MISSALE
SAGIENSE








SALE
ENSE
ERVE

KL Januarius habet dies xxxi.
Luna vero xxx.

iii	A		Circuncisio domini.	Duplex
	b iiii	N	Octabe sancti stephani prothomartyris ix. lectionum	
xi	c iii	N	Octabe sancti iohannis euangeliste	nouem lectionum.
	d ii	N	Octabe sanctorum innocentium.	nouem lectionum
xix	e	Nonas.		
viii	f viii	Id	Epyphania domini	Solñ.
	g vii	Idus.	Claues. lxx	
xvi	A vi.	Idus.		
v	b v	Id	Post epi pri pri pri di di di pascha fiet.	
	c iiii	Idus.		
xiii	d iii	Idus.		
ii	e ii	Idus.		
	f	Idus.	Octa epiphanie. ix lectionum. Hilarii epi et cōfessoris. cō.	
x	g xix	kl	Felicis confessoris	iii. lectionum.
	A xviii	kl	Mauri abbatis.	iii. lectionum
xviii	b xvii	kl	Marcelli pape et martyris.	iii. lectionum
vii	c xvi	kl	Sulpicii epyscopi et confessoris.	iii. lectionum
	d xv	kl	Prisce virginis. trium l. Sol i aquario.	Prim? termin? lxx
xv	e xiiii	kl	Launomari abbatis	nouem lectionum
iiii	f xiii	kl	Fabiani et sebastiani martyrum. in omnibus. ix. lectio.	
	g xii	kl	Agnetis virginis & martyris.	nouem lectionum
xii	A xi	kl	Uincentii martyris. in omnibus.	nouem lectionum
i	b x	kl	Emerentiane virginis et martyris.	trium lectionum
	c ix	kalendas.		
ix	d viii	kl	Conuersio sācti pauli apostoli in omnibus.	nouē lectio.
	e vii	kl	Policarpi episcopi & martyris. iii.	lectionum
xvii	f vi	kl	Iuliani epyscopi et confessoris. duplex & in omnibus	
vi	g v	kl	Agnetis secundo: trium lectionum.	Claues. xl.
	A iiii	kalendas.		
xiiii	b iii	kalendas.		
iii	c ii	kalendas.		



¶ Nox habet horas xvi. dies viii.

¶ In iano claris calidisque cibis potiaris:
Atque decens potus post fercula sit tibi notus
Ledit enim medo tunc potus ut bene credo.
Balnea tunc intres et venam findere cures.



Et februus algeo clamat.

KL Februarius habet dies xxviii. Luna vero. xxix.

	d		Ignacii episcopi et martyris.	trium lectionum
xi	e iiii	N	Purificatio beate marie virginis..	Solem.
xix	f iii	N	Blasii epyscopi et martyris. novem lectionum.	peregri.
viii	g ii	N		
	A	Nonas.	Agathe virginis et martyris.	novem lectionum
xvi	b viii	Idus.		
v	c vii	Idus.		
	d vi	Id	primus termin9. xl.	
xiii	e v	Idus.		
ii	f iiii	Id	Scolastice virginis.	novem lectionum
	g iii	Idus.		
x	A ii	Idus.		
	b	Idus.		
xviii	c xvi	kl	Valentini martyris.	trium lectionum
vii	d xv	kl	Sol in piscibus.	
	e xiiii	kalendas.		
xv	f xiii	kl	Nota q a. i. dominica adue. vsq ad octavas: eppha. ex	
iiii	g xii	kl	clu. a. lxx. vsq in crastino octa. pasche a fer. ii. roga vsq ad	
	A xi	kl	oct. pentheco. non debent celebrari spon.	
xii	b x	kalendas		
i	c ix	kalendas	Ultimus terminus lxx.	
	d viii	kl	Cathedra sancti petri. ix. lectionum. Ver oritur arik p deo	
ix	e vii	kalendas.		
	f vi	kl	Mathie apostoli. duplex. in omnibus. Locus bissexti	
xvii	g v	kalendas.		
vi	A iiii	kalendas.		
	b iii	kl	Honorine virginis et martyris.	novem lectionum
xiiii	c ii	kalendas.		

Bissextum sexte martis tenuere kalende.
Posteriori die celebrantur festa mathie.
Tunc bissextus erit per partes quattuor equas
Annos partiri cum poteris domini.

Nox habet horas. xiiii. dies. x.

Nascitur oculta febris februario multa.
Potibus et escis. si caute minuere velis.
Tunc caue frigora. de pollice funde cruorem.
Suge fauum mellis pectoris qui morbos curabit.

KL Martius habet dies. xxxi.
Luna vero. xxx.

iii	d		Albini episcopi et confessoris.	trium lectionum.	
	e vi	Nonas.			
xi	f v	Nonas.			
	g iiii	Nonas.			
xix	A iii	Nonas.			
viii	b ii	Nonas.			
	c	Nonas.	Perpetue et felicitatis martyrum.	comm.	
xvi	d viii	Idus	Quere presentis anni numerum aureum signatum		
v	e vii	Idus.	a die sancti benedicti vsque decimam octavam april. i		
	f vi	Idus.	clusiue: et dominica sequenti habebis pascha.		
xiii	g v	Idus.	Claues pasche.		
ii	A iiii	Id.	Gregorii pape et confessoris.	duplex	
	b iii	Idus.			
x	c ii	Idus.	Ultimus termius. xl.		
	d	Idus.			
xviii	e xvii	kalendas.			
vii	f xvi	kalendas	Introiuit noe in archa.		
	g xv	kalendas.	Primus dies seculi.	Sol in ariete.	
xv	A xiiii	kalendas.			
iiii	b xiii	kalendas.			
	c xii	kl.	Benedicti abbatis. co. Equinoctium.		xvi.
xii	d xi	kalendas.	Primum pascha.		v.
i	e x	kalendas.	Adam creatus est		
	f ix	kalendas			
ix	g viii	kl.	Annunciatio dominica duplex. in omnibus.		ii.
	A vii	kalendas.			
xvii	b vi	kalendas	Resurrectio domini prima.		x.
vi	c v	kalendas.	Au. vin. dit. que. mars. est. pri. leux.		
	d iiii	kalendas.	Cest. mon. dit. gre. goir. il. est. feux.		
xiiii	e iii	kalendas.	Et. tout. prest. de. don. ner. des. eaux.		xviii.
iii	f ii	kalendas.	Ma. ri. e. dit. il. est. caux.		vii.



¶ Nox habet horas. xii. dies. xii.

Martius humores gignit variosque dolores.
Sume cibum pure cocturas si placet vre.
Balnea sunt sana sed que superflua vana.
Uena nec abdenda nec potio sit tribuenda.

Et aprilis florida nutrit.

KL Aprilis habet dies. xxx.
Luna vero. xxix.

	g			xv.
xi	A iiii	N Sancte marie egyptiace		iiii
	b iii	Nonas.		
xix	c ii	N Ambrosii episcopi et confessoris. duplex.		xii.
viii	d Nonas.			i
xvi	e viii	Idus		
v	f vii	Idus.		
	g vi	Idus.		xvii.
xiii	A v	Idus.		vi.
ii	b iiii	Idus.		
	c iii	Idus.		
x	d ii	Idus.		xiiii.
	e Idus			iii.
xviii	f xviii	kl Tiburtii et valeriani martyrum.	trium lectionum.	
vii	g xvii	kalendas. C Claues rogationum.		xi.
	A xvi	kalendas.		
xv	b xv	kalendas. C Sol in thauro.		
iiii	c xiiii	kl En. a. uril. am. broi. se. sen. vint.		
	d xiii	kl Droit. a. le. on. la. se. tint.		xix
xii	e xii	kl En. son. temps. estoit. en. bale·		viii.
i	f xi	kl Geor. ge. mar. chant. de. go. dal. le.		
	g x	kl Oportune virginis.	nouem lectionum	
ix	A ix	kl Georgii martyris.	nouem lectionum	
	b viii	kalendas.		
xvii	c vii	kl Marci euã. d. in omnib9. Letaia maior. Ultimũ pa.		
vi	d vi	kl Cleti pape et martyr	trium lectionum	
	e v	kalendas.		
xiiii	f iiii	kl Uitalis et valerie martyrum.	nouem lectionum.	
iii	g iii	kalendas. Claues penthecostes.		
	A ii	kl Eutropii martyris.	trium lectionum.	

C Nox habet horas. x. dies. x.

C Sepe probatur vere vires aprilis habere.
Cuncta renascuntur pori tunc aperiuntur.
In quo scalpescit corpus sanguis quoque crescit.
Ergo soluatur venter / cruorque minuatur.

KL Mayus habet dies.xxxi.
Luna vero.xxx.

xi	b	Apostolorum philippi et iacobi.	duplex in omnibus.
	c vi	Nonas.	
xix	d v	N Inuentio sancte crucis. duplex in omnib⁹. Alexãdri.cõm	
viii	e iiii	Nonas.	
	f iii	N Auertini confessoris & dyaconi.	
xvi	g ii	N Iohannis ante portam latinam.ix.lec.pro deo aratur.	
v	A	Nonas Cenerici confessoris.	nouem lectionum peregri
	b viii	Idus.	
xiii	c vii	Id Translatio sancti nicholai. nouem lectionum. peregri.	
ii	d vi	Id Gordiani et epi. mar. triũ lectionũ	Primus termin⁹ pen.
	e v	Idus.	
x	f iiii	Id Nerei achilei et pancracii martyrum	trium lectionum.
	g iii	Idus. Seruatii epi et conf. ix. l.	
xviii	A ii	Idus.	
vii	b	Idus.	
	c xvii	kl Alnoberti episcopi sagiensis et confessoris.ix. lectionum.	
xv	d xvi	kalendas.	
iiii	e xv	kalendas.	Sol in geminis.
	f xiiii	kl Iuonis confessoris.	nouem lectionum.
xii	g xiii	kalendas.	Iac.ques.croix.dit.que.iham.et.moy.
i	A xii	kalendas.	Ni.co.las.dit.il.est.bray.
	b xi	kalendas.	Ho.no.rez.font.sai.ges.et.fotz.
ix	c x	kalendas	Car.mes.au.gu.stins.et.bi.gotz.
	d ix	kalendas.	
xvii	e viii	kl Vrbani pape et martyris.trium lectionũ.	Estas oritur.
vi	f vii	kalendas	
	g vi	kalendas	
xiiii	A v	kl. Germani parisiensis epyscopi et confessoris.ix. lectionum.	
iii	b iiii	kalendas.	
	c iii	kalendas.	
xi	d ii	kalendas.	

Peregri

Nox habet horas.viii.dies.xvi.

Mayo secure laxari sit tibi cure.
Scindatur vena sed balnea dentur amena.
Cum calidis rebus sint fercula seu specieb⁹
Potibus astricta sit saluia cum benedicta.

Dat iunius fena.

KL Junius habet dies .xxx.
Luna vero .xxix.

	e		
xix	f iiii	N Marcellini et petri martyrum.	trium lectionum.
viii	g iii	Nonas.	En.iu.ing.on.a.bien.sou.uent.
xvi	A ii	Nonas.	Grant.soif.ou.bar.na.be.ment.
v	b	Nonas.	En.son.temps.fut.prins.con.ler.res.
	c viii	Idus.	Damp.iehan.e.loy.et.damp.pie.re.
xiii	d vii	Idus.	
ii	e vi	Idus.	
	f v	Id Primi et feliciani martyrum.	trium lectionum.
x	g iiii	Idus.	
	A iii	Id Barnabe apostoli.	duplex in omnibus.
xviii	b ii	Id Basilidis sociorumq eius martyrum.	trium lectionum
vii	c	Idus. Ultimus terminus penthecostes.	
	d xviii	Kalendas.	
xv	e xvii	kalendas.	
iiii	f xvi	kl Cirici et iulite martyrum.	trium lectionum.
	g xv	Kalendas. Sol in cancro.	
xii	A xiiii	kl Marci & marcelliani martyrum.	trium lectionum
i	b xiii	kl Geruasii et prothasii martyrum.	so[lemn]i[ter] in omnibus.
	c xii	kl Latuini epyscopi sagiensis.	nouem lectionum
ix	d xi	Kalendas.	
	e x	kl Decem miliuz martyrum peregri. nouem	lectionum.
xvii	f ix	kalendas. ℭ Vigilia.	
vi	g viii	kl Natiuitas sancti iohannis baptiste	duplex. in omnibus
	A vii	kl. Eligii epyscopi et confessoris.	commemoratio.
xiiii	b vi	kl Octa. sctorum ger. & pthasii ix. k. Johannis & pauli mar.	comme
iii	c v	Kalendas.	
	d iiii	kl Leonis pape et confessoris. commemoratio. ℭ Vigilia.	
xi	e iii	kl Apostolorum petri et pauli.	duplex in omnibus.
	f ii	kl Commemoratio sancti pauli apostoli.	nouem lectionum

ℭ Nox habet horas .vi. dies .xviii.

In iunio gentes potabit medo bibentes.
Atqz nouellarū fuge potus ceruisiarum.
Ne noceat colera. valet hec refectio vera.
Lactuce frondes ede ieiunus bibe fontes.

1564

Peregri

KL Julius habet dies.xxxi
Luna vero.xxx.

xix	g		Octa. sancti iohannis baptiste. nouē lec. Scti theobaldi.
viii	A vi	N	Pꝛocessi et martiñ martyꝛum. cōmemoꝛatio.
	b v	N	
xvi	c iiii	N	Translatio sancti martini epi ꝛ cōfes. ix. lectionū. peregri
v	d iii		Nonas.
	e ii	N	Octave apostoloꝛum petri et pauli. nouem lectionum
xiii	f		Nonas. Incipiunt dies caniculares.
ii	g viii		Idus.
	A vii		Idus.
x	b vi	Id	Septem fratrum doꝛmientium mar. trium lectionum.
	c v	Id	Translatio sancti benedicti abbatis. nouem lectionum.
xviii	d iiii		Idus. En. iuil. let. mar. tin. se. com. bat.
vii	e iii		Idus. Et. du. be. no. tier. saint. vast. bat
	f ii		Idus. La. sur. uint. mar. guet. mag. de. lain.
xv	g		Idus. Jac. mar. doꝛ. an. ne. et. ger. main.
iiii	A xvii	kl	Sancti mammerti martyꝛis.
	b xvi		kalendas.
xii	c xv	kl	Arnulphi et clari martyꝛum. iii. lectionum. Sol in leone.
i	d xiiii		kalendas.
	e xiii	kl	Margarete virginis ꝛ martyꝛis. trium lectionum.
ix	f xii	kl	Pꝛaxedis virginis. trium lectionum.
	g xi	kl	Marie magd. ix. lect. Uuandꝛegisili. comm̄. in omnibus.
xvii	A x	kl	Rauenni et rasiphi mar. ix. lec. Apolinaris. cōmemoꝛatio.
vi	b ix		kalendas.
	c viii	kl	Iacobi apli duplex. Cristofoꝛi et cucufatis. cō. in omnib⁹
xiiii	d vii	kl	Anne matris beate marie. nouem lectionum ī omnib⁹
iii	e vi		kalendas.
	f v	kl	Nazarii et celsi martyꝛum. trium lectionum
xi	g iiii	kl	Felicis sociozumq ei⁹ martyꝛum. trium lectionum.
xix	A iii	kl	Abdon et sennes martyꝛum. trium lectionum
	b ii	kl	Germani epyscopi et confessoꝛis. trium lectionum.

¶ Nox habet hoꝛas viii. dies. xvi.

Qui vult solamē iulio pꝛobet hoc medicamen.
Uenam non scindat nec ventrem potio ledat.
Somnum compescat et balnea cuncta pauescat.
Pꝛodest recens vnda: alium cum saluia munda.

KL Augustus habet dies .xxxi.
Luna vero .xxx.

viii	c		Petri ad vincula .ix. lectionū ligatur.	Machabeoꝝ .mar
xvi	d iiii	N	Stephani papē et martyris.	trium lectionum
v	e iii	N	Inuentio sancti stephani pthomꝝ .ix. l. i oib⁹ nisi p deo.	
	f ii		Nonas	
xiii	g	Nonas.	Festum beate marie de niue .ix. lectionum. postseruitiū	
ii	A viii	Id	Transfiguratio domini duplex in omnib⁹	Sixti pape ꝛ
	b vii	Id.	mar. ix. l. felicissimi et agapiti martyrum.	
x	c vi	Id	Ciriaci sociorumqꝫ eius martyrum.	trium lectionum
	d v	Idus.	Vigilia.	
xviii	e iiii	Id	Laurentii martyris. in omnibus.	nouem lectionum.
vii	f iii	Idus	Tiburtii martyris.	commemoratio
	g ii	Idus.		
xv	A	Idus.	Ipoliti sociorumqꝫ eius martyrum.	commemoratio.
iiii	b xix	kl	Eusebii confessoris. comm̄. Vigilia.	
	c xviii	kl	Assumptio beate marie virginis. soleñ.	in omnibus.
xii	d xvii	kalendas.		
i	e xvi	kl	Octaue sancti laurentii.	nouem lectionum
	f xv	kl	Agapiti martyris.	Sol in virgine.
ix	g xiiii	kalendas.		
	A xiii	kalendas.		
xvii	b xii	kalendas.		
vi	c xi	kl	Octa. assumptionis beate marie .ix. lectionum.	Timothei
	d x	kl	et simphoriani martyrum. commemoratio.	Antūn⁹ oꝛiꝭ
xiiii	e ix	kl	Bartholomei apostoli. duplex in omnibus.	Audoeni. cō:
iii	f viii	kl	Ludouici regis francorum.	nouem lectionum
	g vii	kalendas.		
xi	A vi	kalendas		
xix	b v	kl	Augustini episcopi duplex.	Heremitis martyris. comm̄.
	c iiii	kl	Decol. s. iohis baptiste .ix. lec. in omnibus.	Sabine ṽgcō
viii	d iii	kl	Felicis et adaucti martyrum:	commemoratio.
	e ii	kalendas.		

Nox habet horas .x. dies .xii.

Quisquis sub augusto viuat medicamine iusto.
Raro dormitet estum coitum quoqꝫ vitet.
Balnea non curet nec multum comestio duret.
Nemo laxari debet vel fleubotomari.

Septembet conterit uuas.

KL September habet dies.xxx.
Luna vero.xxix.

xvi f Egidii abbatis et cõfessoris. nouem lectionum
v g iiii Nonas
A iii N Gordiani episcopi sagiẽsis. et martyris. nouem lectionũ
xiii b ii N Octabe sancti augustini. nouem lectionum.
ii c Nonas.
d viii Idus.
x e vii Idus.
f vi Id Natiuitas beate marie de omnibus. Adriani .m.comm
xviii g v Id Gorgonii martyris. comm.
vii A iiii Idus.
b iii Id Prothi et iacincti martyrum. comm.
xv c ii Idus.
iiii d Idus.
e xviii kl Exaltatio sancte crucis de in omnib9. Cornelii et cipri.cõ
xii f xvii kl Octa.nati.beate marie.nouem lectionum. Nicomedis cõ
i g xvi kl Eufemie virginis et mar.triũ lectionũ. Lucie et geminiani
A xv kl Lamberti episcopi et martyris.triũ lectionũ. Sol i libra
ix b xiiii kalendas.
c xiii kalendas.
xvii d xii kl Vigilia. Equinoctium hiemale.
vi e xi kl Mathei apostoli et euangeliste. duplex in omnibus.
x f x kl Mauricii sociorumque eius martyrum. nouem lectionum
xiiii g ix kalendas.
iii A viii kalendas. Hic incipiunt inditiones et finiuntur.
b vii kalendas.
xi c vi kalendas.
xix d v kl Dedicatio ecclesie sagiensis.sol in omnibus. Cosme et damiani martyrum.comm.
e iiii kalendas.
viii f iii kl Michaelis in mõte gargano. duplex in omnibus.
g ii kl Hieronimi presbiteri et confessoris. duplex.

Nox habet horas.xii. dies.xii.

Fructus maturi septẽbris sunt valituri.
Et pira cum vino panis cum lacte caprino.
Aqua de vrtiqua tibi potio fretur amica.
Tunc venam pandas species cum semine mandas.

KL October habet dies.xxxi.
Luna vero.xxx.

xvi	A		Remigii episcopi et confessoris.	nouem lectionum.
v	b vi	N	Leodegarii episcopi.	trium lectionum
xiii	c v		Nonas.	
ii	d iiii	N	Octa.dedicationis ecclesie.ix.lectionum.Francisci.ix.lec.	
	e iii		Nonas.	
x	f ii		Nonas	
	g		Nonas. Marci pape et confessoris.	trium lectionum
xviii	A viii		Idus.	
vii	b vii	Id	Dionisii sociorumque eius martyrum.peregri.ix.lectionum	
	c vi		Idus.	
xv	d v	Id.	Nigasii sociorumque eius martyrum.	nouem lectionum
iiii	e iiii		Idus.	
	f iii		Idus.	
xii	g ii	Id	Calixti pape et martyris.	trium lectionum
i	A		Idus. Leonardi abbatis.	trium lectionum.
	b xvii	kl	Michaelis in monte tumba.nouem lectionum in omnibus	
ix	c xvi		kalendas.	
	d xv	kl	Luce euangeliste.duplex in omnibus.	Sol in scorpione
xvii	e xiiii		kalendas.	
vi	f xiii		kalendas.	
	g xii		kalendas.	
xiiii	A xi	kl	Melloni archiepiscopi et confessoris.	trium lectionum
iii	b x	kl	Romani archiepiscopi et confessoris.	nouem lectionum
	c ix		kalendas.	
xi	d viii	kl	Crispini et crispiniani martyrum.	trium lectionum.
xix	e vii		kalendas.	
	f vi		kalendas Vigilia.	
viii	g v	kl.	Symonis et iude apostolorum.	duplex in omnibus.
	A iiii		kalendas.	
xvi	b iii		kalendas.	
v	c ii	kl	Quintini martyris. trium lectionum.	Vigilia.

Peregri

¶ Nox habet horas.xiiii.dies.x.

October vina prebet cum carne ferina.
Nec non ancina caro valet et volucrina.
Quam vis sint sana: tamẽ est repletio vana.
Quantum vis comede sed non precordia lede.

KL Nouember habet dies.xxx.
Luna vero.xxix.

	d		Festiuitas omnium sanctorum.	Solen.
xiii	e iiii	N	Commemoratio fidelium defū.d.post seruitiū pro deo.	
ii	f iii	N	Maturini confessoris.	nouem lectionum.
	g ii	N	Hic fiet de sancto eustachio martyre.	nouem lectionum
x	A	Nonas.		
	b viii	Id	Leonardi abbatis et confessoris.	nouem lectionum.
xviii	c vii	Idus.		
vii	d vi	Id	Quattuor coronatorum martyrum.	trium lectionum
	e v	Id	Theodori martyris.	trium lectionū
xv	f iiii	Idus.		
iiii	g iii	Id	Martini epyscopi et cōfessoris.d.i omnibꝰ.	
	A ii	Idꝰ.		
xii	b	Idus.	Brictii epyscopi et confessoris.	cō.
i	c xviii	kalendas.		
	d xvii	kl	Corone virginis.	comm̄.
ix	e xvi	kalendas.		
	f xv	kalendas.	Sol in sagitario.	
xvii	g xiiii	kl	Octa.sancti martini.	nouem lectionum.
vi	A xiii	kalendas		
	b xii	kalendas		
xiiii	c xi	kalendas.		
iii	d x	kl	Cecilie virginis et martyris.	nouem lectionum
	e ix	kl	Clementis pa.& mar.ix.lectionū. Felicis.cō.	Hyēs oritur
xi	f viii	kl	Grisogoni martyris.	trium lectionum
xix	g vii	kl	Katherine virginis & martyris.	nouem lectionum.
	A vi	kl	Lini pape et martyris.trium	lectionum.
viii	b v	kalendas		
	c iiii	kalendas		
xvi	d iii	kl	Saturnini martyris.trium lectionum.	Vigilia.
v	e ii	kl	Andree apostoli.	duplex in omnibus.

Nox habet horas.xvi.dies.viii.

Hoc scire tibi datur q̄ renma nouembri curatur.
Queq̄ nociua vita/tua sint preciosa dicta.
Balnea cum venere/tunc nullum constat habere.
Potio sit sana/atq̄ minutio bona.

Querit habere cibum porcum mactando december.

KL December habet dies.xxxi.
Luna vero.xxx.

	f			Eligij episcopi et confessoris.iii.	lectonum
xiii	g	iiii	N		
ii	A	iii	N		
x	b	ii	N	Barbare virginis et martyris.	comm.
	c		Nonas.		
xviii	d	viii	Id	Nicholai epyscopi et confessoris.duplex in omnibus.	
vii	e	vii	Id	Octabe sancte andree.	nouem lectionum
	f	vi	Id	Conceptio beate marie virginis.duplex.in omnibus.	
xv	g	v	Idus.		
iiii	A	iiii	Idus		
	b	iii	Idus.		
xii	c	ii	Idus		
i	d		Id?.	Translatio scti.geruasii et ptha.sol.i ofb?	Lucie v.cõ.
	e	xix	Kalendas.		
ix	f	xviii	Kalendas.		
	g	xvii.	Kalendas.		
xvii	A	xvi	Kalendas.		
vi	b	xv	Kl	Gaciani epyscopi et cõfessoris.ix.lect.	Sol i capricorno.
	c	xiiii	Kalendas.		
xiiii	d	xiii	Kalendas.		
iii	e	xii	Kl	Thome apostoli.	duplex in omnibus.
	f	xi	Kalendas.		
xi	g	x	Kalendas.		
xix	A	ix	Kalendas	Vigilia.	
	b	viii	Kl	Natiuitas domini.	Solen.
viii	c	vii	Kl	Stephani prothomartyris.	duplex in omnibus.
	d	vi	Kl	Iohannis apostoli et euangeliste.	duplex in omnibus.
xvi	e	v	Kl	Innocentium martyrum.	duplex in omnibus.
v	f	iiii	Kl	Thome archiepiscopi et martyris duplex.	in omnibus.
	g	iii	Kl	Dominica infra octabas.natiuitatis.nouem lectionum.	
xiii	A	ii	Kl	Siluestri pape et confessoris.	nouem lectionum.

Nox habet horas.xviii.dies.vi.

Sane sunt membris res calide mense decembris.
Frigus vitetur capitalis vena scindatur.
Lotio sit vana sed vasis potatio cara.
Sit tepidus potus frigori contrarius totus.



Ordo missarũ per anni circulũ tã de tẽpore q̃ de sctis secũdum vsũ ecclesie sagieñ Et primo dominica prima aduẽtus missa matu. de b. ma. ad magnã missã officium.

Ad te leuaui aĩam meã deus me⁹ in te cõfido non erubescam neqꝫ irrideant me inimici mei etenĩ vniuersi qui te expectant nõ confũdẽtur. Ps. Uias tuas domine demõstra michi ꝛ semitas tuas edoce me. Glia patri. Kyrie eleysõ. Nõ dicitur. Glia i excelsis. per totũ aduentũ nisi in festis nouem lectionum. Or.

Excita q̃s dñe potentiam tuam et veni: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi: te liberante saluari. Qui viuis

Memoria sancti andree si festum trãsactum fuerit. Ad romanos xiii. c.

Fratres. Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc autem propior est nostra salus: q̃ cum credim⁹ Nox precessit: dies autem appropinquauit Abiiciamus ergo opera tenebrarꝫ ꝛ induamur arma lucis: sic vt i die honeste ambulemus. Non in comessationibus et ebrietatibus: nõ in cubilibus ꝛ inpudiciis / non in cõtentione ꝛ emulatione Sed induimini: dominum iesum christuꝫ. R. Uniuersi qui te expectant non confundentur domine. vers⁹. Uias tuas domine notas fac michi et semitas tuas edoce me. Alleluya. V. Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. Sequentia.

Salus eterna indeficiẽs mũdi vita. Lux sempiterna et redemptio vere nostra. Condolẽs humana perire secla per tẽtantis numina. Non relinquens excelsa adiisti yma propria clemẽtia. Mox tua spõtanea gratia: assumens humana. Que fuerant perdita omĩa saluasti terrea. Ferens mũdo gaudia. Tu animas ꝛ corpora. Nostra christe expia. Ut possideas lucida. Nosmet habitacula. Aduentu primo iustifica. In secundo nosqꝫ libera. Ut cũ facta luce magna iudicabis oĩa. Compti stola incorrupta nosmet tua subsequamur mox vestigia quocunqꝫ visa Amen. ¶ Initiũ sancti euangelii secundum marcum. i. ca

Principium euangelii iesu christi filii dei sicut scriptũ est in ysaya propheta. Ecce ego mitto ãgelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te. Uox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite semitas eius Fuit iohannes in deserto baptizans: ꝛ predicãs baptismum penitẽtie in remissionẽ peccatorum. Et egrediebatur ad illũ omnis iudee regio ꝛ hierosolimite vniuersi: et baptizabãtur ab illo ĩ iordane flumine confitẽtes peccata sua. Et erat iohannes vestitus pilis cameli: et zona pellicea circa

a

Euange. In illo t. dix. ihs d. s. Erunt signa in sole et luna. q're in d'nica secunda folio .i.



lumbos ei⁹. Et locustas et mel sil uestre edebat et predicabat dicēs Ueniet fortior me post me: cui⁹ nō sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorum eius. Ego baptizo vos aqua ille vo baptizabit vos spiritu sācto Credo
Offertoriū Ad te dñe leuaui aīam meā deus me⁹ in te cōfido nō erubescam neqꝫ irrideant me inimici mei etenim vniuersi q̄ te expectant non confundetur. Secreta.

Hec sacra nos domine potenti virtute mundatos: ad suū faciāt puriores venire principum Per. Cōmunio. Dñs dabit benignitatem ꝛ terra nr̄a dabit fructum suum. Postcōio.

Suscipiamus domine misericordiā tuā i medio tēpli tui ꝛ reparatiōis nr̄e ventura solēnia congruis honoribus precedamus. Per Dominica secunda. Officiū.

Populꝰ syō ecce dominus veniet ad saluandas gentes ꝛ auditā faciet dominꝰ gloriā vocis sue i leticia cordis vestri Ps. Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Oratio.

Excita dñe corda nostra ad preparandas vnigeniti tui vias ꝛ per eius aduentū purificatis tibi mentibus seruire mereamur Qui tecū viuit et regnat in.
Ad romanos xv. capitulo.

Fratres: Quecunqꝫ scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt: vt per patientiam et cōsolationez scripturarꝫ spē habeamus. Deus autem patientie ꝛ solatii: det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum iesum christum: vt vnanimes vno ore honorificetis deum et patrē domini nostri iesu christi. Propter quod suscipite inuicem: sicut ꝛ christus suscepit vos in honorem dei. Dico enī christum iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei: ad confirmādas promissiones patrum. Gentes autem super misericordia honorare deū: sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus: et nomini tuo cantabo. Et iterum dixit. Letamini gentes: cum plebe eius Et iterum Laudate omnes gentes dominū ꝛ magnificate eū oēs populi. Et rursum ysaias ait. Erit radix iesse et qui exurget regere gentes in eū gētes sperabūt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo: vt abundetis in spe: ꝛ virtute spiritus sancti. R. Ex syō species decoris eius deus manifeste veniet. V. Congregate illi sanctos eius qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia Alleluya. V. Excita domine potentiam tuam et veni vt saluos facias nos. Sequentia.

Regnantē sempiterna. Per secla susceptura. Concio de uote concrepa. Diuino sono facto ri reddendo debita. Cui iubilant agmina celica eius vultu exhilarata. Quem expectant omnia terrea eius nutu examinando. Districtum ad iudicia. Clemētem in potentia. Tua nos salua christe clementia. Propter quos passus es dira. Ad poli astra subleua nitida qui sorde tergis secula. Influat salus vera effugans pericula. Omnia vt sint munda tribue pacifica Ut hic tua salui misericordia. Celi regna post adeamꝰ supera. Quo regnas secula per infinita. Amen
¶ Secundum lucam. xxi. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Erunt signa in sole ꝛ luna ꝛ stellis. et i terris pressura

Alla. Letatus sū i his q̄ dicta sūt michi i domū dn̄i ibimꝰ
In illo t. Cū audisset iohēs. fo. ii.

gentium: pre confusione sonitus maris et fluctuum arescentibus hominibus pre timore et expectatione que superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes celorum mouebuntur. Et tunc videbunt filiū hominis venientem in nube: cum potestate magna et maiestate. His autem fieri incipientibus: respicite et leuate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Uidete ficulneam et oēs arbores: cum producunt iam se fructum: scitis quoniam prope est estas. Ita et vos cū videritis hec fieri scitote quoniam prope est regnum dei. Amen dico vobis: quia non preteribit generatio hec donec omnia fiant. Celum et terra transibunt: verba autem mea non transient. Offer. Deus tu conuertens viuificabis nos et plebs tua letabitur in te ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. Secreta.

Placare quesumus domine humilitatis nostre precibus et hostiis: et vbi nulla suppetunt suffragia meritorum tuis nobis succurre presidiis. Per. Com. Hierusalem surge et sta in excelso et vide iocunditatem que veniet tibi a deo tuo. Postcom.

Refecti cibo spiritualis alimonie supplices te domine deprecamur vt huius participatione misterii doceas nos terrena despicere et amare celestia. Per

Dominica tertia. Officium.

Gaudete in domino semper iterum dico gaudete modestia vestra nota sit omnibus hominibus dominus prope est nichil solliciti sitis sed in omni oratione petitiones vestre innotescant apud deum. Ps. Et pax dei que exuperat omnem sensum custodiat corda vestra et intelligentias vestras. Oratio.

Aurem tuam quesumus domine precibus nostris accommoda: et mentis nrē tenebras gratia tue visitationis illustra. Qui viuis. Prime. Ad corinthios. iiii

Fratres: sic nos existimet homo vt ministros christi et dispensatores ministeriorum dei. Hic iam queritur inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur. Michi autem pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nichil enim michi conscius sum. sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare: quo adusque veniat dominus qui et illuminabit abscondita tenebrarum: et manifestabit consilia cordium. Et tunc laus erit vnicuique a deo. R. Qui sedes domine super cherubin excita potentiam tuā et veni. V. Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Alleluya. V. Ueni domine et noli tardare relaxa facinora plebis tue. Alleluya. Sequentia.

Qui regis sceptra forti dextra solus cuncta. Tu plebi tuam ostende magnam excitando potentiam. Presta dona illi salutaria. Quem predixerunt prophetica vaticinia A clara poli regia in nostra iesu veni benigne arua. Secundum matheum. vndecimo capitulo.

In illo tempore. Cum audisset iohannes in vinculis opera christi mittens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui venturus es an alium expectamus? Et respondens iesus ait illis. Euntes renunciate iohanni: que audistis et vidistis. Ceci vident claudi ambulant

p. Benedixisti dñe terram tuam cap. iacob. Alla. Excita dñe folio. i. a ii
Eua. In illo t. Miserunt iudei. fo. v.

leprosi mundantur Surdi audiũt mortui resurgũt: pauperes euangelizantur. Et beatus est: qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus: cepit iesus dicere ad turbas de iohanne Quid existis in desertum videre? Arundinē vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitũ Ecce qui mollibus vestiunt: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis: & plusq̃ prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meũ ante faciam tuam: qui preparabit viam tuam ante te. Offer. Benedixisti domine terram tuam auertisti captiuitatem iacob remisisti iniquitatem plebis tue. Secreta.

Deuotionis nostre tibi domine quesumus hostia iugiter immoletur que & sacri pagat instituta misterii: & salutare tuum nobis mirabiliter operetur. Per. Cõio. Dicite pusillanimes: confortamini et nolite timere ecce deus noster veniet et saluabit nos. Postcommunio.

Imploram⁹ domine clemētiam tuam: vt hec diuina subsidia a vicus expiatos ad festa ventura nos preparent. Per.

Fer. iiii. in ieiu. iiii. tpm. officium.

Rorate celi de super & nubes pluant iustum aperiatur terra & germinet saluatorem. Ps. Et iusticia oriatur simul ego dominus creaui eum. Gloria. Non dicitur. Dominus vobiscum. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs deus. vt redemptionis nostre ventura solennitas: et presentis nobis vite subsidia conferat et eterne beatitudinis premia largiatur. Per. Isaye. ii. capi.

Ps Celi enarrant gloriam dei. &c.

In diebus illis. Dixit ysaias propheta. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium: et eleuabitur super colles & fluent ad eum omnes gētes et ibunt populi multi et dicent. Venite ascendamus ad mõtem domini & ad domum dei iacob: & docebit nos vias suas: et ambulabim⁹ i semitis ei⁹: quia de syon exibit lex et verbũ domini de hierusalē. Et iudicabit gētes: & arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres: et lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur vltra ad prelium. Domus iacob venite ambulemus in lumine dei nostri. R. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. V. Quis ascendet in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius innocens manibus et mundo corde. R. non reit. Ibi dicitur Dominus vobiscum. Oratio.

Festina quesumus domine ne tardaueris & auxiliũ nobis supne virtutis īpēde: vt aduētus tui ɔsolatiōib⁹ subleuēt q̃ i tua pietate cōfidunt. Qui. ysa. vii.

In diebus illis Locutus est dñs ad achaz dicens. Pete tibi signũ a dño deo tuo in profundum īferni: siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Nõ petam: & non tētabo dñm Et dixit. Audite ergo domus dauid Nũquid parũ vobis est molestos esse hoībus: q2 molesti estis & deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signũ. Ecce virgo ɔcipiet et pariet filiũ: & vocabit nomē eius emmanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malum & eligere bonum. R. Prope

est dominus omnibus inuocantibus eũ omnibus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudẽ dñi loquetur os meũ et benedicat oĩs caro nomen sanctũ eius. ¶ Secundũ Lucã. i.

In illo tempore. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad virginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph de domo dauid: et nomẽ virginis maria Et ingressus angelus ad eã dixit. Aue gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus Que cũ audisset turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait ãgelus ei. Ne timeas maria: iuenisti enim gratiam apd deum. Ecce concipies i vtero et paries filium: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid pris eius et regnabit i domo iacob ieternũ: et regni eius nõ erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quõ fiet istud qm virũ nõ cognosco? Et rñdẽs angelus: dixit ei Spũs sanctus supueniet i te et virt⁹ altissimi obũbrabit tibi Ideoq et qd nascet ex te sctm vocabit fili⁹ dei Et ecce helizabeth cognata tua et ipa ↄcepit filiũ i senectute sua Et hic mẽsis ẽ sext⁹ illi que vocatur sterilis: qr non erit impossibile apd deũ omne verbũ Dixit aũt maria ad angelum. Ecce ancilla dñi. Fiat michi secũdum verbũ tuum Offr. Aue maria gratia plena dñs tecũ: bñdicta tu in mulieribus et bñdictus fructus ventris tui. Secreta.

Accepta tibi sint domĩe que sumus nostra ieiunia: que et expiando nos tua gratia efficiant dignos: et ad sempiterna promissa perducant. Per. Cõio. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen ei⁹ emmanuel. Postcõ.

Salutaris tui domine munere satiati supplices deprecamur vt cuius letamur gustu remouemur effectu. Per.

¶ Feria sexta. Officium.

Prope es tu dñe et omnes vie tue veritas / initio cognoui de testimoniis tuis qr i eternum tu es ℣. Beati imaculati i via qui ãbulant in lege domini. Oratio.

Excita quesumus dñe potẽtiam tuam et veni: vt hi q in tua pietate cõfidunt / ab oĩ cũcti aduersitate liberent. Qui. Ysa. xi.

Hec dicit domin⁹ de⁹ Egredietur virga de radice iesse et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spũs dñi: spiritus sapientie et intellectus: spũs cõsilii et fortitudinis: spũs scientie et pietatis: et replebit eum spirit⁹ timoris dñi. Non secundum visionẽ oculorum iudicabit: neq secũdum auditũ aurium arguet sed iudicabit i iusticia paupes: et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui et spiritu labiorum suorum interficiet impiũ. Et erit iusticia cingulum lumborum eius: et fides cinctoriũ renũ ei⁹. ℟. Ostẽde nobis dñe miam tuam et salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti dñe terram tuam auertisti captiuitatem iacob. ¶ Secundum lucam. i.

In illo tempore. Exurgẽs maria abiit in mõtana cũ festinatione in ciuitatem iuda: et intrauit in domum zacharie et salutauit elizabeth Et factum est vt audiuit salutationẽ marie helizabeth: exultauit infãs in vtero ei⁹. Et repleta est spiritu sãcto: heliza-

Offr Confortamini fo. 6.

beth et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in auribus meis / exultauit in gaudio infans in vtero meo Et beata que credidisti: quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominum: et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Offer. Deus tu conuertens viuificabis nos et plebs tua letabitur in te: ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. Secreta.

In die visitationis beate marie. Mansit autem maria quasi tribus mensibus et reuersa est in domum suam.

Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis et celestibus nos munda mysteriis et clementer exaudi. Per. Com. Ecce dominus veniet et omnes sancti eius cum eo et erit in die illa lux magna. Postcommunio.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos in mysterii salutaris faciat transire consortium Per. Sabbato. Officium.

Ueni et ostende nobis faciem tuam domine qui sedes super cherubin et salui erimus. Ps. Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Kyrie eleyson. Non dicitur. Dominus vobiscum, vsque ad vlti. or. Oratio.

Deus qui conspicis quia ex nostra prauitate affligimur: concede propicius: vt ex tua visitatione consolemur. Qui viuis.

Lectio ysaie prophete. xix. ca.

In diebus illis. Clamabunt ad dominum a facie tribulantis: et mittet eis saluatorem et propugnatorem qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab egipto et cognoscent egiptii dominum in die illa: et colent eum in hostiis et muneribus: et vota vouebunt domino et soluent. Et percutiet dominus egyptum plaga et saluabit eum et reuertentur ad dominum et placabitur eis: et sanabit eos dominus deus noster. R. A summo celo egressio eius et occursus eius vsque ad summum eius. V. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui sub peccati iugo ex vetustate seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filii tui noua natiuitate liberemur Qui tecum. Ysaye. xxxv. ca.

Hec dicit dominus deus Letabitur deserta et inuia: et exultabit solitudo et florebit quasi lilium. Germinans germinabit et exultabit letabunda et laudans Gloria libani data est ei decor carmeli et saron. Ipsi videbunt gloriam domini: et decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas et genua debilia roborate. Dicite pusillanimes: confortamini et nolite timere. Ecce deus noster vltionem adducet retributionis: deus ipse veniet et saluabit nos. Tunc aperientur oculi cecorum: et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus. et aperta erit lingua mutorum. Quia scisse sunt in deserto aque: et torrentes in solitudine Et que erat arida in stagnum: et sitiens in fontes aquarum. Ait dominus omnipotens. R. In sole posuit tabernaculum suum et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. V. A summo celo egressio eius et occursus eius vsque ad summum eius. Oratio.

In dignos nos quesumus domine famulos tuos quos

Prima R. In sole. Secunda R. A summo. ut s.

actiōis pꝛopꝛie culpa cōtristat vnigeniti filii tui aduētu letifica. Qui tecum.

Isaye.xl.

HEc dicit dominꝰ deus. Super mōtem excelsum ascēde tu qui euangelizas syon: exalta in foꝛtitudine vocem tuā qui euāgelizas hierusalem. Exalta noli timere. Dic ciuitatibꝰ iude: ecce deꝰ vester. Ecce in foꝛtitudine veniet: et bꝛachium eius dominabit̄. Ecce merces eius cum eo: ⁊ opus illiꝰ coram illo. Sicut pastoꝛ gregem suum pascet: in bꝛachio suo congregabit agnos: et in sinu suo leuabit eos. Ait dn̄s. oṗs. R. Domine deus virtutū conuerte nos: et ostende faciē tuā et salui erimus. V. Excita domine potentiā tuā et veni vt saluos facias nos.

Oratio.

PResta quesumus omnipotens deus: vt filii tui ventura solennitas: et pꝛesentis nobis vite remedia conferat ⁊ pͥmia eterna concedat. Per eundem.

Lectio ysaye prophete. xlv. ca.

HEc dicit dn̄s deus. Chꝛisto meo cyꝛo cuius appꝛehendi dexteram: vt subiiciam ante faciem eius gentes: et doꝛsa regū vertā. Et apperiam coꝛā eo ianuas: ⁊ poꝛte nō claudentur. Ego ante te ibo: et gloꝛiosos terre humiliabo. Poꝛtas ereas conterā: ⁊ vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos: et archana secretoꝛum: vt scias quia ego dn̄s q̇ inuoco nomē tuū deus israel. Propter seruū meum iacob ⁊ israel electū meū: ⁊ vocaui te noīe tuo: assimilaui te et nō cognouisti me. Ego dn̄s ⁊ non est alius: extra me nō est deꝰ. Accinxi te: ⁊ nō cognouisti me. Ut sciāt hi qui ab oꝛtu solis: et q̇ ab occidente q̄m absq̧ me nō est deus. Ego dn̄s: ⁊ nō est alter. Foꝛmās lucē ⁊ creans tenebꝛas: faciēs pacē ⁊ creans malū. Ego dn̄s faciens oīa hec. Roꝛate celi desuper et nubes pluāt iustū: aperiatur terrā: ⁊ germinet saluatoꝛē. Et iusticia oꝛiat̄ simul: ego dn̄s creaui eum. R. Excita dn̄e potētiā tuā et veni vt saluos facias nos. V. Qui regis israel intende qui deducis velut ouē ioseph qui sedes super cherubī appare coꝛā effraī beniamī et manasse.

Oratio.

PReces populi tui quesumꝰ dn̄e clementer exaudi vt q̇ iuste pꝛo pctis nr̄is affligimur: pietatis tue visitatione cōsolemur: Qui

Danielis. iii. ca.

ANgelus dn̄i descēdit cū azaria ⁊ sociis eiꝰ ī foꝛnacē: ⁊ excussit flamā ignis de foꝛnace ⁊ fecit mediū foꝛnacis quasi vētum roꝛis flantē. Flama aūt diffusa est super foꝛnacē cubitis quadragita nouē: et incēdit quos reperit iuxta foꝛnacē de caldeis ministros regis q̇ eā īcēdebāt. Illos aūt omnino nō tetigit ignis: neq̧ cōtristauit: nec q̇cq̄ molestie ītulit. Tunc hi tres quasi ex vno oꝛe hymnum dicebāt: ⁊ magnificabāt deū ī foꝛnace dicentes.

BEnedictus es in firmamēto celi et laudabilis et gloriosus ī secula. Bn̄dicite oīa opera dn̄i dn̄o: bn̄dicite celi dn̄o: bn̄dicite angeli dn̄i dn̄o. Himnū dicite et superaltate eū in secula. Bn̄dicite aque q̄ sup celos sunt dn̄o: bn̄d omnes virtutes dn̄i dn̄o: benedicite sol ⁊ luna dn̄o. Himnū dicite. Bn̄dicite stelle celi domino: benedicite ymber ⁊ ros dn̄o benedicite omnis spiritus domīo: Himnū. Benedicite ignis et estus domino: bn̄dicite noctes et dies dn̄o: benedicite tenebꝛe et lumen dn̄o. Himnū. Benedicite frigus ⁊ cauma

Tercium R Excita dn̄e. fo iiij.

Quartu R Dn̄e ds virtutu.

dño: benedicite pruina et niues do
mino: beneđ fulgura et nubes do-
mino. Hymnũ. Benedicat terra dño
beneđ mõtes et colles dño: benedi-
cite oĩa nascẽtia terre dño. Hymnum
Benedicite maria et flumina dño:
benedicite fõtes dño: beneđ cete et
oĩa que mouẽtur in aquis domio.
Hymnũ. Beneđ volucres celi dño: be
neđ bestie et vniuersa pecora dño:
beneđ filii hoim dño. Hymnũ. Bene
dicat israel dño: beneđ sacerdotes
dñi domino: beneđ serui dñi dño.
Hymnũ. Benedicite spũs et aĩe iusto
rum dño: benedicite sancti et humi
les corde domino. Hymnũ. Benedici
te anania azaria misael dño Hymnũ
dicite et superexaltate eũ in secula Hic dr̃. Dñs
vobiscũ. et non ad alias. Oratio.

Deus qui tribus pueris mi-
tigasti flamas ignium con
cede ppicius: vt nos famulos tuos
non exurat flama viciorum. Per.
Nulla mẽoria secũde. Ad thessalonicẽses. ii

Fratres. Rogamus vos per
aduẽtum domini nostri ie
su christi: et nostre congregationis
in ipsum vt non cito moueamini a
vestro sensu neq; terreamini: neq;
per spiritum. neq; per sermonẽ: ne
q; per epistolam tanq; per nos mis
sam quasi instet dies domini. Ne
quis vos seducat vllo modo. Quo
niam nisi venerit discessio primũ:
reuelat? fuerit homo pcti filius p-
ditionis q aduersatur et extollitur
supra omne quod dicitur deus aut
quod colitur: ita vt in templo dei
sedeat ostendens se tanq; sit deus.
Non retinetis q cum adhuc essem
apud vos: hec dicebam vobis? Et
nunc quid detineat scitis: vt reue-
letur in suo tempore. Nam miste-
rium iam operatur iniquitatis: tã
tum vt qui tenet nunc teneat do-
nec de medio fiat. Et tunc reuela-
bitur ille iniquus: quem domin? ie
sus interficiet spiritu oris sui. et de-
struet illustratiõe aduẽt? sui Tract?

Qui regis israel intende qui dedu-
cis velut ouẽ ioseph. ℣. Qui sedes
super cherubin appare corã effraim beniamin
et manasse. ℣. Excita dñe potentiã tuã et veni
vt saluos facias nos. Secundũ lucam. iii.

Anno quintodecimo impe-
rii tyberii cesaris procurã-
te poncio pylato iudeam: tethrar
cha autẽ galilee herode philippo
autem fratre eius tethrarcha ytu-
rie et trachonitidis regionis. et lisa
nia abiline tethrarcha sub princi-
pibus sacerdotum anna et caypha
factum est verbum domini sup io-
hãnem zacharie filium in deserto.
Et venit in omnem regionem ior
danis predicans baptismum peni
tẽtie in remissionem peccatorum:
sicut scriptum est in libro sermonũ
ysaie prophete. Vox clamantis in
deserto: parate viam dñi: rectas fa
cite semittas eius. Omnis vallis ĩ
plebitur: et omnis mons et collis
humiliabitur: et erunt praua et in
directa et aspera ĩ vias planas. Et
videbit omnis caro: salutare dei.
Offertoriũ. Exulta satis filia syon predica fi-
lia hierusalem ecce rex tuus venit tibi sãctus
et saluator. Secreta.

Ecclesie tue domine mune
ra sanctifica et concede: vt
per hec veneranda misteria pane
celesti refici mereamur. Per. Cõmu-
nio. Exultauit vt gigas ad currendã viam a
sũmo celo egressio eius et occursus eius vsq;
ad summum eius. Postcõmunio.

Quesumus domine deus
noster: vt sacrosancta mi-
steria que pro reparationis nostre

munime contulisti: et presens nobis remedium esse facias et futurum. Per dominum nostrum iesum.

¶ Dominica quarta. Officium.

Memento nostri domine in beneplacito populi tui visita nos in salutari tuo ad videndum in bonitate electorum tuorum in leticia gentis tue vt lauderis cum hereditate tua. ps. Confitemini domino quoniã bonus quoniã in seculũ misericordia eius. Oratio.

Excita qs dñe potẽtiam tuã et veni et magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratie tue quod nr̃a peccata p̃pediunt indulgẽtia tue ppiciatiõis acceleret. Qui viuis.

¶ Ad phslipen. iiii.

Fratres. Gaudete in domino: sẽper: iterũ dico gaudete. Modestia vestra nota sit oĩbus hoĩbus: dñs ppe est Nichil solliciti sitis: sed in oĩ oratione et obsecratione cum gratiarum actiõe petitiones vestre innotescãt apud deum. Et pax dei que exuperat omnẽ sensum: custodiat corda vestra et itelligẽtias vestras. In christo iesu: domino nostro. R. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum omnibus qui inuocant eũ in veritate. V. Laudẽ domini loquetur os meũ et benedicat omnis caro nomen sanctũ eius. Alleluya. V. Memento nostri dñe in beneplacito populi tui visita nos in salutari tuo. Sequentia.

Iubilemus omẽs vna / deo nostro qui creauit omnia Per quem cuncta condita sunt secula. Celum quo plurima luce choruscat. Et diuersa sunt sydera Sol mundi scema noctium decus luna ceteraqz splendentia. Mare solum alta plana ac profunda flumina. Aeris ampla spacia que discurrũt aues vẽti atqz pluuia Hec simul cũcta tibi deo soli patri militãt. Nũc et i euum sine fine per secla laus eorum tua gloria. Qui pro salute nostra prolem vnicam. Pati in terra misisti sine culpa ob nostra delicta Te trinitas precamur: vt corpora nostra et corda. Regas et protegas et dones peccatorum veniam. Precamur nostras deus aĩas et consciẽtias igne mũda Ut nũc nostra christus veniens corda sibi iueniat parata. Amen. ¶ Secundũ iohannẽ. i.

In illo tempore. Miserunt iudei ab hierosolimis sacerdotes et leuitas ad iohannem vt i terrogarẽt eum. Tu qui es? Et cõfessus est: et nõ negauit. Et cõfessus est: quia non sum ego christus. Et interrogauerunt eum. Quid ergo Helyas es tu? Qui dixit. Non sum Propheta es tu? Et respõdit. Non Dixerunt ergo ei. Quis es vt respõsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis i deserto: dirigite viam domini sicut dixit ysaias propheta Et qui missi fuerãt: erant ex phariseis. Et interrogauerunt eum et dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es christus neqz helyas neqz propheta? Respondit eis iohannes dicens. Et baptizo in aqua medius autem vestrũ stetit quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est qui ante me factus est: cuius nõ sum dignus vt soluam eius corrigiam calciamẽti. Hec in bethania facta sunt trans iordanem: vbi erat iohannes baptizans. ¶ Credo. Offertorium. Confortamini et nolite timere ecce enim deus noster retribuet: iudiciũ ipse veniet et saluos nos faciet. Secreta.

Do. iiii. Officiũ. Rorate celi. fo. ii. Epistola Rogamus vos. fo. iiii. R. Prope e. fo. ii. Alla. V. Ecce virgo concipiet et pariet filiũ ihm̃ xpz. Eua. Anno quĩto. fo. iiii. Off. Conforta iiii. fo. v. co. Ecce virgo conci. fo. v. c̃ uts.

Sacrificiis presentibus domine placatus intende: vt et deuotioni nostre proficiant et saluti. Per. Communio. Ecce virgo concipiet et pariet filium & vocabitur nomen eius emmanuel. Postcommunio.

Sumptis muneribus quesumus domine vt cum frequētatione misterii crescat nostre salutis effectus. Per. Vigil. nat. dn̄i si do. contigerit missa mat. de do. et maior missa de. vigil. Officium.

Hodie scietis qz veniet dominus et saluabit nos / et mane videbitis gloriam eius. ps. Domini est terra et plenitudo eiꝰ orbis terrarum: et vniuersi qui habitant i eo Non dicitur Gloria in excelsis deo. or.

Deus qui nos redemptiōis nostre annua expectatione letificas: presta quesumus vt vnigenitū tuū quē redemptorem leti suscipimus: venientem quoqz iudicem securi videamꝰ dominū nostrum iesum christum filium.

Nulla memoria. Jsaye. lxi. ca.

Hec dicit dominus deꝰ. Propter syon non tacebo: et propter hierusalem non quiescam donec egrediatur vt splendor iustus eius: et saluator eius vt lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum: et cuncti reges inclitū tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum: quod os domini nominauit. Et eris corona glorie in manu domini: et dyadema regni in manu dei tui Non vocaberis vltra derelicta: et terra tua non vocabitur amplius desolata: sed vocaberis voluntas mea in ea: & terra tua inhabitabitur. Quia complacuit: domino in te.

Ad romanos. i. ca.

Fratres Paulꝰ seruꝰ xp̄i iesu vocatus apostolꝰ: segregatus in euāgelium dei: quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo: qui factꝰ est ex semine dauid secundū carnē Qui predestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis: ex resurrectiōe mortuorum iesu christi domini nostri. Per quem accipimus gratiam et apostolatum: ad obediendum fidei in omnibus gētibus pro nomine eiꝰ. Jn quibus estis et vos vocati: iesu christi domini nostri. R. Hodie scietis quia veniet dominus et saluabit nos et mane videbitis gloriā eius. Vꝰ. Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. qui sedes super cherubi appare coram effraī beniamin & manasse. Repetitur. R. si dn̄ica fuerit. Alleluya. Crastina die delebitur īiquitas terre et regnabit super nos saluator mundi.

Secundum matheum. i.

Cum esset despōsata mater iesu maria ioseph: ātēqz cōuenirent inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Joseph autem vir eius cum esset iustus & nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eā Hec autem eo cogitāte: ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicens. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariam coniugem tuam Quod enim in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autem filium: et vocabis nomen eius iesū Jp̄e enim saluum faciet populum suum: a peccatis eorum. Offertoriū. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales et itroibit rex glorie. Secreta.

Da nobis quesumꝰ oīpotēs deus vt sicut adoranda filii tui natalicia preuenimus: sic eius

Alia: Ecce virgo concipiet fo. b.

munera capiam⁹ sẽpiterna gaudẽtes. Qui tecum. Cõmunio. Reuelabitur gloria domini ⁊ videbit omnis caro salutare dei nostri. Postcommunio.

DA nobis quesumus domine vnigeniti filii tui recẽsita natiuitate respirare cui⁹ celesti misterio pascimur ⁊ potamur. Qui

DOminus vobiscum. Et cũ spũ tuo. Initiũ scti euãgelii secũdũ matheũ. i. Gl'a tibi dñe

LIber generationis iesu xp̄i. filii dauid: filii abrahã. Abrahã autẽ genuit ysaac. ysaac autem genuit iacob. Jacob autem genuit iudam et fratres ei⁹. Judas autem genuit phares ⁊ zaram de thamar. Phares autem genuit esrom. Esrom autẽ genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab aũt genuit naason. Naason autem genuit salmon. Salmõ autem genuit booz de raab. Booz autẽ genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit iesse. Jesse autem genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit salomonem ex ea que fuit vrie. Salomon autem genuit roboam. Roboam autem genuit abiã. Abia autẽ genuit asã. Asa autẽ genuit iosaphat. Josaphat aũt genuit iorã. Jorã aũt genuit oziã. Ozias aũt genuit ioatham. Joatham aũt genuit achaz. Achaz autem genuit ezechiã. Ezechias autem genuit manassẽ. Manasses autem genuit amon. Amõ autem genuit iosiã. Josias autem genuit iechoniam et fratres eius ĩ transmigratiõe babilonis. Et post transmigrationẽ babilonis iechonias genuit salathiel. Salathiel autem genuit zorobabel. Zorobabel autem genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim. Eliachim autem genuit azor. Azor autem genuit sadoch. Sadoch autẽ genuit achim. Achim autem genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan autem genuit iacob. Jacob autem genuit ioseph virũ marie. De qua natus est ies⁹ qui vocatur christus. p̄s. Te deum. Sequit' missa in gallicantu. Officium.

DOminus dixit ad me filius me⁹ es tu ego hodie genui te. p̄s. Quare fremuerunt gentes et ppl'i meditati sũt inania. Gl'ia in. Oratio.

DEus qui hanc sacratissimã noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere: da quesumus vt cuius lucis misteria ĩ terra cognouimus ei⁹ quoq₃ gaudiis in celo perfruamur. Qui tecum.

Ysaye prophete. xi.

HEc dicit dominus. Popul⁹ gentiũ qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnam. Habitantibus in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Paruulus enim natus est nobis: et filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius: et vocabitur nomen eius admirabilis: consiliarius deus fortis: pater futuri seculi. princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium: et pacis non erit finis. Super solium dauid et super regnum eius sedebit: vt confirmet illud et corroboret in iudicio et iusticia. A modo: et vsq₃ in sempiternum. Hic di. V̸ Tecu

Ad titum. Epist. cu sua Vsu. ii.

KAriſſime. Apparuit gratia dei ⁊ saluatoris nostri omĩbus hoĩb⁹ erudiẽs nos: vt abnegãtes ĩpietatem ⁊ secularia desideria

sobrie et iuste et pie viuamus ĩ hoc seculo. Expectantes beatam spē ⁊ aduentum glorie magni dei et saluatoris nostri iesu christi. Qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate. Et mũdaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operũ. Hec loquere: et exhortare. In christo iesu domino nostro. ℟. Tecum principiũ in die virtutis tue in splēdoribus sanctorum ex vtero ante luciferũ genui te. ℣. Dixit dominus dño meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. Allã. ℣. Dominus dixit ad me fili⁹ meus es tu ego hodie genui te. Sequentia.

NAto canũt [illegible] omnia domino pie agmina. Sillabatī neumata perstringendo organica. Hec dies sacrata in qua noua sũt gaudia mundo plene [illegible]edita. Hac nocte precelsa ĩtonuit ⁊ gloria ĩ voce angelica. Fulserunt et ĩmania nocte media pastorib⁹ lumina. Dñi fouent sua pecora subito diua percipiunt monita. Natus alma virgine qui extat ante secula. Est immensa in celo gloria pax ⁊ in terra. Sic ergo celi caterua altissime iubila. Et tanto canore tremat alta poli machina. Sonet et per omīa hac ĩ die gloria voce clara reddita. Humana concrepent cuncta deũ natum in terra. Confracta sũt imperia hostis crudelissima. Pax ĩ terra reddita nunc letētur omnia nati per exordia. Solus qui condidit omnia. Solus qui tuetur omnia. Ipse sua pietate soluat omnia peccata nostra.

Secundum lucam. ii.

IN illo tempore. Exiit edictum a cesare augusto: vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prīa facta est: a preside syrie syrino. Et ibant omēs vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeā ciuitatem dauid que vocatur bethleem eo ꝙ esset de domo ⁊ familia dauid vt profiteretur cũ maria desponsata sibi vxore pregnante. Factum est autem cũ essēt ibi: impleti sũt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum Et pānis eum inuoluit / et reclinauit eum in presepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erāt in regione eadem: vigilantes et custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angel⁹ dñi stetit iuxta illos: et claritas dei circunfulsit illos: et timuerunt timore magno. Et dixit illis angel⁹ Nolite timere. Ecce enim euāgelizo vobis gaudium magnũ quod erit omni populo: quia nat⁹ est vobis hodie saluator qui et christ⁹ dominus in ciuitate dauid Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pānis inuolutum: ⁊ positum ĩ presepio Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis laudātium deum et dicentium. Glĩa in altissimis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Credo. Offr. Letentur celi ⁊ exultet terra ante faciem dñi quoniā venit. Secreta.

ACcepta tibi dñe quesumus hodierne festiuitatis oblatio vt tua gratia largiente per hec sacrosancta commercia in illius inueniamur formo in quo tecum est nostra substantia filius tuus iesus christus dominus noster. Qui tecum viuit. Prefa. Quia per incarnati. et Communicantes. vt in cano-

lxv

ne. Cõmunio. In splendoribus sctõr ex vtero ante luciferum genui te. Postcommunio.

Da nobis quesumus domine deus noster vt qui natiuitatẽ dñi nostri iesu christi nos frequẽtare gaudemus dignis conuersationibus ad ei⁹ mereamur peruenire cõsortium. Qui tecum viuit.

Ad missam in aurora diei.

Lux fulgebit hodie super nos quia natus est nobis dominus ⁊ vocabitur admirabilis deus princeps pacis pater futuri seculi cuius regni nõ erit finis. Ps. Dominus regnauit decorẽ indut⁹ est idutus est dominus fortitudinẽ et precinxit se. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in nostro resplendeat opere / quod per fidem fulget in mente. Ambe dicuntur sub vno. Per dominum.

Sancte anastasie. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui beate anastasie martiris tue solennia colimus: eius apud te patrocinia sẽtiamus. Per. Ysaye prophete. lxi.

Hec dicit dominus Spirit⁹ dñi super me: eo q͂ vnxerit me ad annunciandum mansuetis misit me. Ut mederer cõtritis corde: ⁊ predicarem captiuis indulgẽtiam: et clausis apertionẽ. Ut predicarem agnum placabilẽ domino et diem vltionis deo nostro. Ut cõsolarer omnes lugẽtes: et ponerẽ fortitudinem lugentibus syon Et darem eis coronã pro cinere oleum gaudii pro luctu: pallium laudis pro spiritu meroris Et vocabuntur in ea fortes iusticie: plantatio domini ad glorificãdum. Ecce domin⁹ auditum fecit: in extremis terre: Dicite filie syon. Ecce saluator tu⁹ venit: Ecce merces eius cum eo: et opus illius coram illo Et vocabũt eos populus sãctus: redẽpti a dño deo nostro. Ad titum. iii. ca.

Karissime. Apparuit benignitas et humanitas: saluatoris nostri dei. Non ex operib⁹ iusticie que fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauachrum regenerationis ⁊ renouationis spiritussãcti quem effudit in nos abunde per iesum christum saluatorem nostrũ. Ut iustificati gratia ipsi⁹: heredes simus secũdum spẽ vite eterne. In christo iesu domino nostro. Rx. Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. V. A domino factum est istud ⁊ ẽ mirabile i oculis nostris Alleluya V. Dominus regnauit decorem induit dominus fortitudinem et precinxit se virtute. Alleluya. Sequentia.

Letabũdus exultet fidelis chor⁹: alleluya. Regẽ regũ intacte profudit thorus res miranda. Angelus cõsilii natus est de virgie sol de stella. Sol occasũ nesciẽs stella semper rutilãs semper clara Sicut sydus radium profert virgo filiũ pari forma. Neq͂ sydus radio neq͂ mat filio fit corrupta Cedrus alta libani cõformatur ysopo valle nostra. Uerbũ ens altissimi corporari passum est carne sumpta. Isaias cecinit synagoga meminit nunq͂ tamẽ desinit esse ceca Si nõ suis vatibus credat vel gentilibus sibilinis versibus hec predicta. Infelix propera crede vel vetera: cur damnaberis gens misera. Quem docet littera / natum cõsidera ipsũ genuit puerpera. allã. Se. x. i.

No⁹ post epistola. d: R. Benedictus q̃ cũ suo V. Post epistolã. d: Allã. cũ suo Vsu.

IN illo tp̄e: pastores loquebātur ad inuicem. Trāseamus vsqꝫ bethleem: et videamus hoc verbum quod factum est qđ fecit dominus ⁊ ostēdit nobis Et venerunt festināntes ⁊ inuenerūt mariam et ioseph ⁊ infātem positum in presepio. Uidētes autem cognouerūt de verbo: quod dictum erat illis de puero hoc. Et omēs qui audierunt mirati sunt: ⁊ de his que dicta erant a pastoribus ad ip̄os Maria autem cōseruabat omnia verba hec conferēs in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes ⁊ laudantes deum: in omnibus que audierant et viderant sicut dictū est ad illos. Credo. Offr. Deus enim firmauit orbem terre qui nō commouebitur parata sedes tua deꝰ ex tūc a sc̄lo tu es. Sec.

MUnera nostra quesumus domīe natiuitatis hodierne misterii apta proueniant: vt sicut homo genitꝰ idem refulsit deꝰ sic nobis hec terrena substantia cōferat quod diuinum est. Per.

Sancte anastasie. Secreta.

ACcipe quesumus domine munera dignāter oblata et beate anastāsie suffragantibus meritis ad nostre salutis auxilium prouenire cōcede. Per. Prefa. Quia per incar. et Cōmu. Cō. Exulta filia syō lauda filia hierusalem ecce rex tuus venit sāctus et saluator mundi. Postcōio.

HUius nos domine sacramēti semper nouitas natalis instauret: cuius natiuitas singularis humanam repulit vetustatem Per. Sancte anastasie. Postcōio.

SAciasti domine familiam tuam munerībꝰ sacris eiꝰ semper q̄s interuentione nos refoue cuius solēnia celebramus. Per.

In die nati. ad missam. Officium.

PUer natus est nobis et filius datꝰ est nobis cuiꝰ īperiū super humerū eiꝰ et vocabit̄ nomē eiꝰ magni cōsilii angelꝰ. Ps. Cātate dn̄o cāticū neuum quia mirabilia fecit. Glia. Oro.

COncede q̄s om̄s deꝰ vt nos vnigeniti tui noua ꝑ carnē natiuitas liberet: quos sub pc̄ti iugo vetusta seruitus tenet. Per.

Lec. ysa. prophete. lii.

HEc dicit dn̄s deus. Propter hoc sciet populꝰ meꝰ nomē meū in die illa: qꝛ ego ipse q̄ loq̄bar ecce assū. Quā pulchri sup montes pedes aunūciātis ⁊ p̄dicantis pacē aānūciantis bonū: p̄dicātis salutē dicētis Syō regnabit deꝰ tuꝰ Uox speculatorꝝ suorꝝ leuauerūt vocē simul laudabūt: qꝛ oculo ad oculū videbūt cū cōuerterit dn̄s syō Gaudete ⁊ laudate simul deserta hirlꝫ qꝛ cōsolatus est dn̄s pp̄lm suū. Et videbūt omnes fines terre: salutare dei nostri. Ad hebreos. i.

FRēs Multipharie multisqꝫ modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quem constituit heredē vniuersorū: ꝑ quē fecit et secula. Qui cū sit splēdor glie ⁊ figura substātie eius portansqꝫ omīa verbo virtutis sue purgationem pc̄torū faciēs: sedet ad dexteram maiestatis ī excelsis. Tanto melior angelis effectus: quanto differētius pre illis nomē hereditauit Cui enim dixit aliquādo angelorū filius meus es tu ego hodie genui te. Et rursū. Ego ero illi in patrem: et ip̄e erit michi in filium. Et cum iterū introduxit primogenitum in orbem terre dixit.

No⁹ q post p̄phetia dr R. Viderunt. etc. et post epistolā Alla. cū suo v̄su. Dies etc.

Et adorent eũ oẽs angeli dei. Et ad angelos quidem dixit Qui facit angelos suos sp̃s: et ministros suos flamã ignis. Ad filiũ aũt Thron⁹ tuus de⁹ in seculũ seculi virga eq̃tatis vga regni tui. Dilexisti iusticiã et odisti iniquitatẽ: ppterea vnxit te de⁹ deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Et tu dñe in principio terrã fũdasti: et opera manuum tuarũ sunt celi. Ipi peribũt tu aũt permanebis: et oẽs vt vestimentum veterascẽt Et velut amictum mutabis eos: et mutabũtur Tu aũt idẽ ipse es: et anni tui non deficiẽt. ℟ Viderũt oẽs fines terre salutare dei nostri iubilate deo oĩs terra. ℣ Notum fecit dñs salutare suũ ante ꝯspectũ gẽtiũ reuelauit iusticiam suam Allã. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis venite gẽtes et adorate dñm qꝛ hodie descẽdit lux magna sup terrã Sequẽ

Christi hodierna pangimini omnes vna. Celica resonẽt clare camenas agmina Nũc regis celebrando gratulanter nuptias: Lux noua iam terras illustrat veteres pellens tenebras. Reserat̃ superna grã diu clausa palatia Felix mater et sola intacta eterna puerpera. Jam nato stas grauida cum viri sis cubilis nescia. Oĩs caterua nostra te rogat dña soluas vt nr̃a cuncta peccaminũ vincula vga sẽpiterne beata Digna fuisti sola tollentẽ crimina Intra vteri claustra portare qui gubernat oĩa supera infera. Hũc sua laudãt facta gaudãdo bona qui viuũt super essẽtia Nos huilima turba damus debita poscentes eius clementiam Ut nostra prestans tẽpora nũc quieta det placida frui vita vtilia donando famulis mũera. Ac inter nos discrimina seua soluens post funera derelictam sedem ducat mortis ac malorum ignaram. Ubi ad dexterã patris almã sedẽs cõregnat coeternus per oĩa. Potenter cũcta disponendo cum eo secla futura et p̃sẽtia Grã iustis donans oĩbus p̃mia preclara qua lux vere micat q̃ est eterna salus et nostra gloria. Amẽ

Initiũ sancti euangelii secũdum iohan. i.

In principio erat verbum et verbum erat apud deũ. et deus erat verbũ. Hoc erat ĩ principio apud deũ Oĩa per ipsum facta sũt: et sine ipso factũ est nichil Quod factum est in ipso vita erat et vita erat lux hoĩm. et lux in tenebris lucet: et tenebre eã non cõprehẽderũt Fuit homo missus a deo: cui nomẽ erat iohãnes. Hic venit ĩ testimoniũ. vt testimoniũ phiberet de lumine: vt oẽs crederẽt per illũ. Nõ erat ille lux: sed vt testimoniũ phiberet de lumĩe. Erat lux vera que illuĩat oẽm hominẽ venientẽ in hũc mũdũ. In mũdo erat: et mundus per ipsũ fact⁹ est et mũdus eũ non cognouit In ppria venit et sui eũ non receperũt. Quotquot aũt receperũt eũ: dedit eis potestatẽ filios dei fieri. his qui credũt in noĩe eius. Qui non ex sanguinib⁹. neqꝫ ex volũtate carnis neqꝫ ex volũtate viri: sed ex deo nati sũt. Et vbũ caro factum est: et hĩtauit in nobis Et vidim⁹ gliam ei⁹: gloriã quasi vnigeniti a patre plenũ grẽ et veritatis. Credo. Offr. Tui sunt celi et tua est terra orbẽ terrar̃ et plenitudinẽ ei⁹ tu fũdasti iusticia et iudiciũ preparatio sedis tue.

Secreta

Oblata q̃s dñe munera noua vnigeniti tui natiuitate sãctifica: nosqꝫ a pctõr̃ nostror̃ maculis emunda. Per e. Prefacio. Quia per icarnati. et Commu

nicantes. Cōio. Viderunt omnes fines ter
re salutare dei nostri. Postcōio.
P Resta q̄s oīps deus vt natus
hodie saluator mundi sicut
diuine nobis generationis est au-
ctor ita et imortalitatis sit ipse lar
gitor. Qui tecum. Per oct. missa matu.
de nati. do. Puer natus est. Or. Con-
cede. Epla. Apparuit gr̄a. R. Viderūt
Alla. V. Dies sctificat⁹. Euā. Pastores.
& cete. sicut i die. Scti stephani ad missā offm
E Tenim sederunt princi-
pes & aduersum me loque
bantur et iniqui persecu-
ti sūt me adiuua me dn̄e deus me⁹
q2 seruus tuus exercebatur in tuis
iustificationibus. Ps. Beati imaculati in
via: qui ambulant in lege domini. Oratio
D A nobis q̄s domie imitari
qd̄ colimus vt discamus &
inimicos diligere: quia eius natali
cia celebramus q̄ nouit etiam pro
persecutoribus suis exorare dn̄m
nr̄m iesū xp̄m filium tuū Qui tecū
Lectio actuū apostolorum. vi.
I N diebus illis: Stephan⁹
plenus gratia et fortitudi
ne: faciebat prodigia & signa ma-
gna in populo. Surrexerunt autē
quidam de synagoga que appella
batur libertinorum & alexādrino
rum & cyrenēsium & eorū qui erāt
a cilicia et asia disputantes cū ste-
phano. Et nō poterāt resistere sa
piētie et spiritui qui loq̄batur. Au
dientes autem hec dissecabantur
cordibus suis et stridebant denti-
bus i eū Cum autem esset stepha
n⁹ plenus sp̄ūsancto intendens i
celum vidit gl'iam dei: et ait Ecce
video celos aptos: & filiū hoīs stā-
tem a dextris dei. Exclamantes
aūt voce magna: continuerūt au
res suas. et ipetum fecerunt vna-
nimiter in eū Et eiiciētes eū extra
ciuitatē lapidabant. Et testes de
posuerunt vestimenta sua secus
pedes adolescentis: qui vocabatur
saulus. Et lapidabant stephanū
inuocantem & dicentem. Dn̄e iesu
suscipe spiritum meū. Positis aūt
genib⁹ / clamauit voce magna di-
cēs Dn̄e ne statuas illis hoc pctm̄.
Et cum hoc dixisset obdormiuit in
dn̄o. R. Sederunt principes & aduersū me
loquebātur & iniqui persecuti sūt me. V. Adiu
ua me domine deus meus saluū me fac pro-
pter miam tuam Alla. V. Video celos aper-
tos & iesū stantē a dextris v̄tutis dei. Sequē.
M Agnus deus i vniuersa ter
ra. Magna sūt ei⁹ vbiq3 oia
i celo atq3 in terra opera. Qui ē rex
regū dn̄s oīm apr̄e genit⁹ ante se-
cula Cuius caritas vera celo suble
uat stephanū de terra Atq3 peren-
ni vita ornat candida dignāter co
rona. Plenus eteni stephanus dei
tate atq3 gratia Magna dabat pro
digia docens verissima dogmata.
Cū autē p̄dicaret iā presentia No
stre redemptionis noua gaudia.
Intento in superna celi patet ia-
nua. Dixitq3 circunstanti plebi vo
ce publica. Sacra plenus gratia.
Ecce dei video admirabilē gloriā
Claritate fulgidam. Atq3 iesū stā-
tem in v̄tutis dei dextera. Cū hoc
audisset impia gens iudaica. Dās
fremitū concita Quassat lapidib⁹
stephani membra. Sed stat forti-
ter patiēs martyr et orat. Ne eis
xp̄e noxam statuas. Sed iam acci
pe spiritū meum. Et cū hoc dixis-
set obdormiuit i dn̄o pace eterna.
Tu et nobis martir o stephane sē
piterna impetra gaudia. Amen.
I Secundum matheum .xxiii. ca.
N illo tempore: Dixit iesus

Prosa. Xpristo inclito. fo. cxlii.

turbis iudeorum: et principibus sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas et ex illis occidetis et crucifigetis: et ex illis flagellabitis in synagogis vestris Et persequimini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram a sanguine abel iusti vsque ad sanguinem zacharie filii barachie quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis: venient hec omnia super generationem istam. Hierusalem hierusalem que occidis prophetas / et lapidas eos qui ad te missi sunt. Quotiens volui congregare filios tuos: quemadmodum galina congregat pullos suos sub alas et noluisti. Ecce relinquetur: vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis non me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini. Credo. Offer.

Elegerunt apostoli stephanum leuitam plenum fide et spiritusancto quem lapidauerunt iudei orantem et dicentem: domine iesu accipe spiritum meum. alleluia. Secre.

Suscipe domine munera pro tui commemoratione sancti stephani prothomartyris oblata: et quia illum passio gloriosum effecit: ita nos deuotio reddat innocuos. Per dominum. Prefa. Quia per incar. et Com. vt in die nat. Co.

Video celos apertos: et iesum stantem a dextris virtutis dei domine iesu accipe spiritum meum et ne statuas illis hoc peccatum quia nesciunt quid faciunt. Postco.

Auxilientur nobis domine sumpta misteria: et intercedente beato stephano prothomartyre tuo sempiterna protectione confirment. Per

Sancti iohannis apostoli et euangeliste. Offi.

In medio ecclesie aperuit os eius et impleuit eum dominus spiritu sapientie et intellectus: stola glorie induit eum. Ps. Iocunditatem et exultatio-

Offi. In virtute tua domine fo. cli.

nem thezaurisauit super eum. Oratio.

Ecclesiam tuam quesumus domine benignus illustra: vt beati iohannis apostoli tui et euangeliste illuminata doctrinis: ad dona perueniat sempiterna. Per

Sapientie ecclesiastici. xv

Qui timet deum faciet bona et qui continens est iusticie apprehendet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et non flectetur: et continebit illum et non confundetur: et exaltabit illum apud primos suos In medio ecclesie aperuit os eius: et implebit eum dominus spiritu sapientie et intellectus: et stola glorie induit eum. Iocunditatem et exultationem thesaurizabit super eum. Et nomine eterno hereditabit illum: dominus deus noster. Resp.

Exiit sermo inter fratres quod discipulus ille non moritur. V. Sed sic eum volo manere donec veniam. tu me sequere. alleluia. V. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his: et scimus quia verum est testimonium eius Sequentia.

Organicis canamus modulis nunc iohannis solennia Virginis domino vocibus reddentes odas debitas. Qui in sanctis suis mirabilis nimis multiplici virtutum flore eosdem decorat ac mirifice adornat. Nam musicis instrumentis / et in ipsis quasi in quibusdam digito proprios fides agitat fidis virtutum sonorat. Has numerose percurrens singulas. Permiscet singulis dyathesaron mellifluam melodiam Quam generat virtutum mater illa. Que aliis decenter composita reddit suauem symphoniam Qua sine cuncta / fiunt dissona.

Prosa. Celi solemn fo. clxxxvii.

Necnon et friuola Qua cum oĩa fi
unt consona necnõ vtilia. Qua iu=
sti vñ morati rite petentes excelsa
celi sydera. Alacres decantant no=
ua cantica In cythara treicia Quo
rum agentes festa consortiũ mere
amur in celesti gloria. Se. ioh. vlti.

In illo tẽpore Dixit iesus pe
tro. Seq̃re me. Conuersus
petrus vidit illum discipulũ quem
diligebat iesus sequentem: q̃ et re=
cubuit in cena super pectus ⁊ dixit
Dñe quis est q̃ tradet te? Hunc er=
go cum vidisset petrus / dixit iesu
Dñe. hic aũt q̃d? Dixit ei iesus. Sic
eum volo manere donec veniã: q̃d
ad te? Tu me seq̃re. Exiit ergo ser=
mo iste iter fratres: q̄ discipulus il
le non moritur. Et non dixit ei ies⁹
non moritur: sed sic eum volo ma=
nere donec veniã: quid ad te? Hic ẽ
discipulus ille qui testimoniũ per
hibet de his: ⁊ scripsit hec. Et scim⁹
q̄ verum est testimoniũ eius. Cre=
do. Offer. Iustus vt palma florebit: sicut ce=
drus q̃ in libano ẽ multiplicabitur. Secreta.

Suscipe munera dñe q̃s q̃ in
eius tibi solennitate deferi=
mus: cuius nos cõfidimus patroci
nio liberari. Per dominum nostrũ
Pref. Te dñe sup. Cõm de nat. Cõio Exiit
sermo iter fratres q̄ discipulus ille non morit̃
et non dixit iesus nõ morit̃ sed sic eũ volo ma=
nere donec veniam Postcommunio

Refecti cibo potuq̃ celesti
deus noster te supplices
exoramus: vt in cuius hec comme=
moratione percepimus: eius mu=
niamur et precibus. Per dominuz.

De sanctis innocentibus. Officium

Ex ore infantiũ de⁹ et la
ctentium perfecisti lau
dẽ ppter inimicos tuos
Ps. Dñe dñs noster q̃ admirabile est nomẽ tu
um in vniuersa terra Oratio

Deus cui⁹ hodierna die pre
conium innocentes mar
tyres non loquẽdo. sed moriẽdo cõ
fessi sunt: omnia in nobis viciorũ
mala mortifica: vt fidem tuã quã
lingua nostra loquitur: etiam mo
ribus vita fateatur Per dominum
Lcõ libri apo. bti iohãnis apostoli xiiij

In diebus illis. Uidi supra
montem syon agnum stã
tem: et cum eo centum quadragin
ta quattuor milia: habẽtes nomẽ
eius: et nomen patris eius scri=
ptum in frontibus suis. Et audiui
vocem de celo tanq̃ vocem aqua=
rum multarum: et tanq̃ vocem to
nitrui magni. Et vocem quam au
diui sicut cytharedorum cytharizã
tium in cytharis suis. Et cãtabant
quasi cãticum nouum ante sedem
dei: ⁊ ante quattuor aĩalia et senio
res Et nemo poterat dicere cãticũ
nisi illa cẽtũ quadragita quattuor
milia qui empti sunt de terra. Hi
sunt qui cum mulieribus non sunt
coinquinati: virgines enim sunt.
Hi sequũtur agnum quocũq̃ ierit.
Hi empti sũt ex omnibus primitie
deo et agno: et in ore ipsorum non
est inuentum mendatiũ. Sine ma
cula sũt: ante thronum dei. Rñ.
Anima nostra sicut passer erepta ẽ de laqueo
venantium: V. Laqueus cõtritus ẽ et nos li=
berati sumus: adiutoriũ nostrũ i noĩe dñi: qui
fecit celũ ⁊ terrã Allã. V. Sub throno dei oẽs
sancti clamãt vidica sanguinẽ nostrũ deus no
ster in eternum. Sequentia

Celsa pueri cõcrepẽt melo=
dia. Pia inocẽtum colẽtes
tripudia. Quos infãs xp̃s hodie ve
xit ad astra Hos trucidauit frẽdẽs
insania. Herodiane fraudis ob nul
la crimina. In bethleem ipsius

Alla. Te martiru. fo. c. lv.

cūcta ꝫ per cōfinia. Ab imatu ꝫ ifra iuxta nascēdi tpa. Herodes rex xpi nati herens infelix imperia. Infremit totus: et erigit arma superba dextera. Querit lucis et celi regem cum mēte turbida. Ut extinguat qui vitā pꝛestat per sua iacula. Dū nō valet intueri lucē splendidā nebulosa querentis pectoꝛa. Ira feruet: fraudes auget herodes seuus vt perdat pioꝛum agmina. Castra militum dux iniqu⁹ aggregat ferrum figit in membꝛa tenera Inter vbera lac effudit anteꝙ̄ fierent sanguis coagula. Hosti nature natos euiscerat atꝙ iugulat. Ante pstēnit ꝙ̄ et eas paruula sumat roboꝛa Quā btā sunt innocentum ab herode cesa coꝛpuscula Quā felices exiſtūt mr̄es que fuderūt talia pignora. O dulces innocentū acies: o pia lactentum pro xp̄o certamina. Paruoꝛum trucidātur milia mēbꝛis ex teneris manant lactis flumina Ciues angelici veniunt in obuiā. Mirabi victoꝛia vite captat pꝛemia turba candidissima. Te xp̄e poscimus mente deuotissima. Nr̄a q̄ venisti refoꝛmare secula. Innocētum glā pfrui nos ꝯcedas p etna. ā. S. mat. ii

In illo tp̄e. Angelus domini apparuit in sōnis ioseph dicens. Surge et accipe puerum ꝫ matrem eius et fuge in egyptum ꝫ esto ibi vſꝙ dū dicā tibi. Futurū ē enim: vt herodes q̄rat pueruꝫ ad pdēdū eū. Qui ꝯsurgens accepit puerū et matrem eius nocte: ꝫ secessit i egyptū ꝫ erat ibi vſꝙ ad obitū herodis: vt adimpleretur qđ dictuꝫ ē a dn̄o p pphetam dicētem. Ex egypto vocaui filium meū. Tūc herodes vidēs qm̄ illusus esset a magis: iratus est valde. Et mittēs occidit oēs pueros q̄ erant i bethleem et in oībus finibus eius abimatu: ꝫ ifra scđm tp̄us qđ exquisierat a magis. Tūc adipletum ē: qđ dictū est per hieremiam pphetā dicētē. Uox in rama audita est ploꝛat⁹ ꝫ vlulat⁹ multus: rachel ploꝛans filios suos Et noluit cōsolari: qꝛ nō sūt. Credo

Offr. Aīa nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū: laqueus contritus est: et nos liberati sumus Secreta

Adesto dn̄e muneribus ino cētiū martyꝛū tuoꝝ festiuitate sacrādis ꝫ pꝛesta: vt eoꝝ sinceritatē possimus imitari: quoꝝ tibi dicatam veneramur infātiam. p

Pꝛefatio Q₂ p incarnati. ꝫ cōicantes

Cōio. Uox in rama audita est ploꝛatus ꝫ vlulatus rachel ploꝛans filios suos noluit consolari qꝛ non sunt Postcommunio.

Uotiua dn̄e dona pcepim⁹ que sanctoꝛum nobis pꝛecibus innocentium martyꝛū ꝫ pꝛesentis q̄s vite pariter: et eterne tribue conferre subsidium. per

Sancti thome martyꝛis Offm̄. In virtute tua Oꝛatio.

Deus pꝛo cuius ecclesia gloriosus martyꝛ et pontifex thomas hodierna die gladiis impioꝛum occubuit pꝛesta q̄s: vt omēs qui eius imploꝛant auxilium petitiōis sue salutarem consequātur effectum. Per eundem dominum nostrum.

Epistola. Beatus vir qui in sapiētia: R̄. Jurauit. Allā. V̄. Posui adiutoꝛium vel Allā. V̄. Hodie beat⁹ thomas archipsul ꝫ apostolice sedis legatus cum triumpho martyꝛii celos petiit hodie dn̄m iesum xp̄m videre meruit quem dilexit Sequentia.

Triumphe mus triūphali thome martyris natali cō coꝛdi ꝯcoꝛdia. Triūphem⁹ voto vita: voce trinum tripertita deum

Sā thō. Officiū. Letabi⁹ iust⁹ vt ii ꝯfe fo. c li. Epla. Beat⁹ vir q̄ iuēt fo. c xlviii R̄ Posuisti. fo. c l. Allā. posuisti fo. c l. Offr Glīa et ho fo c li. Cō Qui vult fo. c li cetā ut s.

decent munia Ueritas de terra nata et terris est declarata de celo iusticia. Carne deus obūbratur thomas litat immolatur sacerdos / et hostia. Modum queris ense ruit locus ara causa fuit zelus pro iusticia Tempus dñi natale sic ornat pontificale decus patiētia. Morte mortem triumphauit / vitam vita cōmutauit veram profunctoria. Celo presidēs terrenis modis cōgrua millenis prestat bñficia. Iam in regis miles ortu iam tranquillo nauta partu gaudes post picula Miles hoste s nauta mare fuga seda fac regnare nos tecum per secula. Amē. Euā. Nisi grā. fu. Credo. Offr. Inueni dauid clix Secreta

Quesumus omps et misericors deus: vt per hanc hostiam salutarē quā tue suppliciter offerimꝰ maiestati interueniēte beato thoma archipresule / et martyre tuo a nostris mūdemur delictis et ab hostium liberemur insidiis. Per. Prefatio. Qr per incar. ꝛ Cōican. Cō. Domine quinqꝫ Postcommunio

Supplices te rogamus ops et misericors deus vt hec sacramenta que sumpsimus intercedente beato thoma archipresule / ꝛ martyre tuo ab oibus nos peccatꝭ et mundent et muniant et ad celestia regna perducant. Per.

¶ Dñica infra octa. missa. matu. de natiui.

Ad magnam missam Officium.

Dum medium silētiū teneret omnia ꝛ nox i suo cursu mediūiter haberent ops sermo dñe de celis a regalibꝰ sedibꝰ venit ps. Dñs regnauit decorem indutus est. Indutꝰ ē dñs fortitudinē ꝛ pcīxit se. or.

Omps sempiterne deꝰ dirige actus nr̄os in bñplacito tuo vt i nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibus abundare Per.

Ad galathas quarto

Fratres Quāto tpe heres puulꝰ ē nichil differt a seruo cū sit dñs oīm ſ3 sub tutoribꝰ et actoribꝰ ē vsqꝫ ad p̄finitum tempꝰ a patre Ita et nos cū essemꝰ paruuli sub elemētis mūdi huius eramꝰ seruientes. At vbi venit plenitudo tpis: misit deꝰ filiū suum factum ex muliere factū sub lege vt eos q̄ sub lege erāt redimeret: vt adoptionē filiorum reciperemus. Qm̄ estis filii dei misit deꝰ spm̄ filii sui in corda vestra: clamantē abba pr̄. Itaqꝫ iā non est seruus sed filius. Quod si filius et heres per deum. Rm. Speciosus forma pre filiis hoim: diffusa est gratia i labiis tuis. V. Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi: lingua mea calamꝰ scribe velociter scribentis. Allā. Vꝰ. Dñs regnauit decorem induit: iduit dñs fortitudinē et precinxit se virtute ¶ Sequentia.

Letabundus exultet fidelis chorꝰ allā. Regē regū intacte pfudit chorꝰ res miranda Angelus ꝯsilii natꝰ est de vgīe sol de stella. Sol occasum nesciens stella sēp rutilās sēper clara Sicut sydꝰ radium pfert virgo filium pari forma. Neqꝫ sydꝰ radio neqꝫ mater filio fit corrupta Cedrꝰ alta libani ꝯformatur ysopo valle nr̄a. Uerbū ens altissimi corporali passū est carne sūpta. Isayas ceciuit / synagoga meminit nunq̄ tamē desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat / vel gētilibus sibilinis versibus hec predicta. Infelix propera crede vel vetera: cur damnaberis gens misera Quem docet littera: natum considera: ipsum genuit puerpera. allā

In illo tempore Erant ioseph et maria mater iesu mirãtes super his q̃ dicebantur de illo. Et bñdixit illis symeon & dixit ad mariam matrẽ ei⁹ Ecce positus ẽ hic i ruinã & resurrectionem multoꝝ in isrl'& in signum cui contradicetur. Et tuã ipsi⁹ aĩam pertrãsibit gladi⁹: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna ꝓphetissa filia phanuel de tribu aser hec processerat in diebus multis: & vixerat cum viro suo annis septẽ a virginitate sua Et hec vidua erat vsq̧ ad annos octoginta quattuor que non discedebat de templo ieiuniis & obsecrationibus seruiens die ac nocte. Et hec ipsa hora superueniens confitebatur dño & loquebatur de illo omnibus q̃ expectabãt redemptionem hierusalem Et vt perfecerunt omnia secundum legem dñi reuersi sunt galileã in ciuitatẽ suã nazareth Puer autẽ crescebat & ꝯfortabat plen⁹ sapientia Et grã dei erat in illo. Credo. Offr̃ De⁹ eni firmauit orbẽ terre q̃ nõ cõmouebit parata sedes tua de⁹ extũc a sclo tu es. Secr̃.

Concede q̃s domie vt oclis tue maiestatis munus oblatum et gratiam nobis deuotionis obtineat/et effectum nobis beate perẽnitatis acquirat. Per dominum Cõio. Tolle puerũ & matrẽ eius & vade in terram iuda defuncti sunt enim qui querebant animam pueri Postcommunio

Per huius domie operationẽ misterii: et vicia nostra purgẽtur et iusta desideria compleãtur

In die circũcisionis domini missa matuti. de beata maria cũ me. festoꝝ oct. habentiũ.

Vultum tuum deprecabuntur oĩes diuites plebis adducent regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatiõe ps. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi Oratio

Deus qui salutis eterne btẽ marie virginitate fecũda humano generi pmia prestitisti: tribue q̃s: vt ipsã ꝓ nobis intercedere sẽtiamus ꝑ quã meruimus auctorem vite suscipere dñm nr̃m iesũ xp̃m filiũ tuũ Epl'a. Appãruit be. R. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ĩ eternum. V. Propter veritatem et mansuetudinẽ et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua Alleluya. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. Euã. In illo t. pastores lõquebantur. Offer. Offerentur regi virgines proxime ei⁹ offerentur tibi in leticia: et exultatione adducentur in templum regi domino. Secreta.

Muneribus nostris q̃s domine precibusq̧ susceptis et celestibus nos munda misteriis: et intercedẽte beata et gloriosa semperq̧ virgine dei genitrice maria clemẽter exaudi. Per eundem. Cõio. Simile est regnũ celorum homini negociatori querenti bonas margaritas inuenta vna preciosa margarita dedit omnia sua: et comparauit eam Postcõmunio

Hec nos cõmunio domine purget a crimine et intercedente beata dei genitrice maria celestis remedii faciat esse consortes. Per. In circuncisione domini ad missam. Officium

Puer natus est nobis et filius datus est nobis/ cuius imperium super humerum eius: et vocabit nomen ei⁹ magni ꝯsilii angelus. ps. Cantate dño cãticum nouũ: quia mirabilia fecit. or

Deus q̃ nobis nati saluatoris diem celebrare cõcedis octauum fac nos q̃s eius perpetua v iii.

In Circu. Officium. Vultu[m] [illegible] p toti vt ibi ponitur excepto euange.° q̃ ē Postq̃ consummati &c. fo xi.

diuinitate muniri cuiꝰ sumus car-
nali commercio reparati. Per. e.
Epla. Apparuit gr̃a dei. R. Uiderunt
omnes. V. Notum fecit dominus. Allã. V.
Multipharie oli deus loquẽs patribus in p-
phetis nouissime diebus istis locutꝰ est nobis i
filio suo. Sequentia.

Eya recolamus laudibꝰ piis
digna. Huius diei gaudia i
qua nobis lux oritur gratissima. No-
ctis interit nebula pereunt nostri
criminis umbracula. Hodie secu-
lo maris stella est enixa noue salu-
tis gaudia. Quẽ tremunt baratra
mors cruẽta pauet ipsa a quo peri
bit mortua Gemit capta pestis an
tiqua coluber liuidꝰ perdit spolia.
Homo lapsus ouis abducta reuo-
catur ad eterna gaudia. Gaudent
in hac die agmina angelorũ celestia
Qr erat dragma decima perdita et
est inuenta. O proles nimiũ beata
qua redẽpta est natura. Deus qui
creauit oĩa nascitur ex femina. Mira
bilis natura mirifice induta assu-
mẽs quod nõ erat manẽs qd erat.
Induitur natura diuinitas huma
na quis audiuit talia dic rogo ac q̃-
so facta? Querere venerat pastor
pius quod perierat. Induit galeã
certat ut miles armatura Prostra
tus ĩ sua ruit hostis spicula auferũ
tur tela. In quibus fidebat diuisa
sũt illius spolia capta p̃da sua. Xpi
pugna fortissima salꝰ nr̃a est vera
Qui nos suaz ad patriã duxit post
victoriam. In qua laus est eterna.
Secundum lucam. ij.

In illo tempore. Postq̃ con
summati sunt dies octo: ut
circũcideretur puer vocatum est no-
men eius iesꝰ. Quod vocatũ est ab
angelo priusq̃ in utero cõciperetur.
Credo. Offr. Tui sunt. Secreta

Presta q̃s oĩps deus: ut per
hec munera que dñi nr̃i ie-
su xpi archane natiuitatis myste-
rio gerimus: purificate mentis in-
telligẽtia cõsequamur. Per. e. Prefa.
Quia p i car. Cõ. Uiderũt. Postcõio.

Presta q̃s oĩps deus ut quod
saluatoris nr̃i interata so-
lẽnitate percepimꝰ / ppetue nobis
redẽptiõis cõferat medicinã. Per.
De sctõ siluestro. Offi. Sacerdotes tui dñe.
ps. Or. Da q̃s oĩps deus ut bti silue-
stri. Epla. Plures facti sunt sa. R. Ec-
ce sacerd. Allã. V. Inueni dauid Sequẽ.
Letabũ. Euang. Homo quidem pe
Credo. Offr. Inueni Prefa. Communic. sicut
in na Cõio. Btũs ser. Uigilia epy. Officiũ
Dũ mediũ silẽ. Gloria in ex. Oratio

Corda nostra quesumꝰ do-
mine venture festiuitatis
splẽdor illustret quo mundi huius
tenebris carere valeamus: et per-
ueniamꝰ ad patriã claritatis eter-
ne. Per. Epistola. Apparuit gratia.
R. Benedictus qui ve. V. A dño. Alleluya.
V. Dominus regnauit. Et si do. fue. Sequẽ
Letabun. Secundum matheum. ij

In illo tempore. Defuncto
herode ecce angelꝰ dñi ap-
paruit in somnis ioseph in egypto
dicens. Surge et accipe puerum et
matrem eius: et vade ĩ terrã israel
Defũcti sunt eni q̃ querebãt aiaz
pueri. Qui consurgẽs accepit pue
rũ et matrẽ eius: et venit in terram
israel. Audiens aũt q archilaus re
gnaret ĩ iudea pro herode pr̃e suo
timuit illo ire. Et ammonitꝰ in sõ
nis secessit in partes galilee. Et ve
niẽs habitauit in ciuitate q̃ vocatur na
zareth: ut adimpleretur qd dictũ est
per pphetas qm nazareꝰ vocabitur
Offr. Letentur celi et exultet terra ante faciẽ
domini quoniam venit. Secreta.

Vig epy si do[illegible] fuit. Missa. Dũ mediũ. ut s. fo. x
Si dies fuit ferialis Missa p totũ. Dum [illegible]
ut s. fo. xi.

Tribue q̄s domie vt eū presētibus immolemus sacrificiis et sumamus: quem venture solēnitatis pia munera preloquūtur dn̄m nostrū iesū xp̄m filiū tuū: Prefatio cōis. Cōio. Tollite puerum et matrē eius et vade in terram iuda defuncti sūt eī qui q̄rebant animam pueri. Postcōmunio.

Illumina q̄s dn̄e populum tuum et splendore grē tue cor eius semper accende: vt saluatoris mundi stella duce manifesta natiuitas: mētibus eorum semper reueletur et crescat. Per eū dē. Post. ix. R. dr̄ euang. Factum est. a dyacono reuestito alba / stola et dalm̄.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sequētia scti euangelii scd̄m lucam. iii. Gloria tibi domine.

Factum est cum baptizaretur omnis populus: et iesu baptizato et orāte apertum est celum. Et descendit spiritussanctus corporali specie sicut columba ī ipsum. Et vox de celo facta ē. Tu es filius meus dilectus: in te complacuit michi. Et ipse iesus erat īcipiēs quasi annorum triginta vt putabatur filius ioseph. Qui fuit hely. Qui fuit mathath. Qui fuit leui. Qui fuit melchi Qui fuit iāne Qui fuit ioseph. Qui fuit mathathie. Qui fuit amos. Qui fuit naū. Qui fuit heli. Qui fuit nagge. Qui fuit matath. Qui fuit mathathie. Qui fuit semei. Qui fuit ioseph. Qui fuit iuda. Qui fuit iohanna. Qui fuit resa Qui fuit zorobabel Qui fuit salathiel. Qui fuit neri. Qui fuit melchi. Qui fuit addi. Qui fuit cosam. Qui fuit elmadam. Qui fuit her. Qui fuit iesu. Qui fuit heliezer. Qui fuit iorī. Qui fuit mathat. Qui fuit leui. Qui fuit symeon. Qui fuit iuda. Qui fuit ioseph. Qui fuit iona. Qui fuit eliachim. Qui fuit melea. Qui fuit menna. Qui fuit mathatha. Qui fuit natham. Qui fuit dauid. Qui fuit iesse. Qui fuit obeth. Qui fuit booz. Qui fuit salmon. Qui fuit naason. Qui fuit aminadab. Qui fuit aram. Qui fuit esrom Qui fuit phares Qui fuit iude Qui fuit iacob. Qui fuit ysaach. Qui fuit abrahe. Qui fuit thare. Qui fuit nachor. Qui fuit seruch Qui fuit ragau. Qui fuit phalech. Qui fuit heber. Qui fuit sale. Qui fuit caynā. Qui fuit arphaxat. Qui fuit sem. Qui fuit noe. Qui fuit lamech. Qui fuit mathusale. Qui fuit enoch. Qui fuit iareth. Qui fuit malaleel. Qui fuit cainam. Qui fuit enos Qui fuit seth. Qui fuit adam. Qui fuit dei. Jesus autem plenus spiritusācto: regressus est a iordane.

In die epyphanie domini. Officium.

Ecce aduenit dominator dominus et regnū in manu eius et potestas et imperium. Ps. Deus iudicium tuum regi da Et iusticiam tuam filio regis. Gloria ī excelsis deo. Oratio.

Deus qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: concede propicius vt qui iam te ex fide cognouimus: vsq; ad contemplandā speciem tue celsitudinis perducamur. Per. eūdē. Ysaie prophete. lx.

Surge illuminare hierusalem: quia venit lumen tuum: et gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebre operient terram: et caligo populos. Super te autem orietur dominus: et gloria eius in te videbitur. Et ambu-

labūt gētes ī lumine tuo: et reges
in splēdore ortus tui. Leua ī circui
tu oculos tuos ⁊ vide: omēs isti cō-
gregati sunt venerūt tibi. Filii tui
de lōge veniēt: ⁊ filie tue de latere
surgēt. Tūc videbis ⁊ afflues ⁊ mi
rabitur ⁊ dilatabitur cor tuū quā-
do cōuersa fuerit ad te multitudo
maris: fortitudo gētiū venerit ti-
bi. Inundatio camelorū operiet te
dromedarii madiam ⁊ effa Omēs de
saba veniēt aurū thus deferētes ⁊
laudē dn̄o ānūciātes. ℞. Omēs de saba
venient aurū ⁊ thus deferentes et laudē dn̄o
annunciantes. ℣. Surge ⁊ illuminare hieru
salē quia gloria dn̄i super te orta est Allā. ℣.
Vidimus stellam eius in oriēte ⁊ venimus cū
muneribꝰ adorare dn̄m. Sequentia.

Epyphaniam domino cana-
mus gloriosam. Qua pro-
lem dei vere magi adorāt. Immē
sam caldei cuius perseqꝫ veneran-
tur potentiam. Quem cuncti pro-
phete precinuere ventúrum gentes
ad saluandas. Cuius maiestas ita
est inclinata vt assumeret serui for
mam. Ante secula qui deus ⁊ tem-
pora homo factus est ex maria Ba
laam de quo vaticinās exibit ex ia-
cob rutilās īquit stella. Et confrin
get ducum agmina regiōis moab
maxima potētia. Huic magi mūe
ra deferūt preclara aurū simul thꝰ
et mirrhā Thure deum predicant
auro regē magnū: hoīem morta-
lem mirrha In somnis hos monet
angelꝰ ne redeāt ad regē cōmotū
propter regna. Pauebat eteni ni-
mium regē natū verens amittere
regni iura. Magi ~~dicta sibi complē
tes monita~~. Pergunt alacres itine
ra patriā que eos ducebāt ad pro-
priam: linquentes herodis māda-
ta Qui percussus corde nimiū pre ira
Ex templo mādat eludia magica
non linqui taliter impunita sed
mox priuari eos vita. Ois nunc ca
terua tinnulū iūgat organi laudi-
bus neuma. Mistice offerens regi
regum christo munera preciosa.
Poscens vt per orbem regna om-
nia protegat in secla sempiterna.
Amen. Secundū matheū. ii.

Cum natꝰ esset iesus ī beth
leem iude in diebus hero-
dis regis: ecce magi ab oriēte vene
rūt hierosolimam dicētes. Ubi est
qui natus est rex iudeorum? Vidi-
mus enim stellā eius in oriēte: ⁊ ve
nimus adorare eū. Audiēs autem
herodes rex turbatus est: ⁊ oīs hie
rosolima cum illo Et congregans
oēs principes sacerdotū et scribas
populi: sciscitabat ab eis vbi chri-
stus nasceretur. At illi dixerunt ei:
In bethleem iude. Sic eni scriptū
est per prophetam. Et tu bethleē
terra iuda: nequaq̄ minima es in
pricipibus iuda Ex te eni exiet dux
qui regat populum meum israel.
Tūc herodes clā vocatis magis di
ligēter didicit ab eis tēpus stelle q̄
apparuit eis. Et mittēs eos ī beth
leem dixit. Ite ⁊ īterrogate diligē
ter de puero. Et cum inueneritis
renūciate michi: vt ⁊ ego veniens
adorem eum. Qui cum audissent
regem: abierūt. Et ecce stella quā
viderāt in oriēte antecedebat eos
vsqꝫ dum veniens staret supra vbi
erat puer Vidētes aūt stellam: ga
uisi sūt gaudio magno valde. Et ī
trātes domū: inuenerūt puerū cū
maria matre eius Et procidentes
adorauerūt eū. Et apertis thesau
ris suis obtulerūt ei munera: aurū
thus ⁊ mirrhā. Et respōso accepto
in sōnis ne redirēt ad herodē: p aliā

+ stella sibi micante preuia +

viam reuersi sũt: in regionẽ suam.
Credo. Offer. Reges tharsis et insule munera offerẽt reges arabum ⁊ saba dona adducent et adorabũt eum omnes reges terre omnes gentes seruiẽt ei. Secreta.

Ecclesie tue quesum⁹ domine dona propicius intuere: quibus non iam aurũ / thus ⁊ myrrha pfertur: sed quod eisdem muneribus declaratur immolatur et sumitur: iesus christus filius tuus dominus nr̃. Qui te. Prefa. Qr cum vnigeñ. et Cõmunicã. Cõio Vidimus stellã eius in oriẽte et venimus cum muneribus adorare dominũ. Postcõio.

Presta quesumus omnipotens de⁹: vt que solẽni celebramus officio: purificate mẽtis intelligẽtia cõsequamur. Per dñm.

Nota qsi epyphania dñica die eue. ⁊ tps vsqz ad .lxx. breue fue. ipsa dñica dz fieri i aliqua feriarũ p octa. sin autẽ. Dñica infra oct. missa matu. de epy. cum mẽo. btẽ ma. et aliis Prefa. et Cõmunicã. Ad mag. missam.

In excelso throno vidi sedere virum quẽ adorat multitudo angelorũ psallẽtes in vnũ ecce cui⁹ iperii nomen est in eternũ. ps Jubilate deo oĩs terra Psalmũ dicite noĩ ei⁹ date gl'iam laudi eius. Oratio.

Vota quesumus domĩe supplicantis populi celesti pietate prosequere: vt et q̃ agẽda sũt videant: et ad implenda que viderunt conualescant. Per.

Ad romanos. xii.

Fratres Obsecro vos p misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuẽtẽ sanctam deo placentem: rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini / in nouitate sensus vestri: vt probetis que sit volũtas dei bona ⁊ bñplacens ⁊ perfecta. Dico eñ per gratiã que data est michi omnibus qui sunt inter vos non plus sapere q̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et vnicuiqz sicut deus diuisit mẽsuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus omnia autem membra non eundem actum habẽt: ita multi vnum corpus sumus in christo. Singuli autem: alter alterius mẽbra. In christo iesu dño nostro.

R. Bñdictus domin⁹ deus israel qui facit mirabilia solus a seculo. V. Suscipiant montes pacẽ populo tuo ⁊ colles iusticiã. Allã. V. Jubilate deo oĩs terra seruite dño i leticia. Seque. Letabũ. vtsu. Scd̃m lu. ii. ca.

In illo tp̃e: Cum fact⁹ esset iesus annorũ duodeci ascẽdentibus illis hierosolimam secũdum cõsuetudinẽ diei festi: cõsummatisqz diebus cum redirẽt: remãserit puer iesus i hierusalem: ⁊ non cognouerũt parẽtes eius. Estimãtes autem illum esse i comitatu venerũt iter diei: ⁊ requirebant eũ inter cognatos ⁊ notos. Et nõ inueniẽtes regressi sunt in hierusalem requirẽtes eum. Et factũ est post triduum inuenerũt eum in tẽplo sedẽtẽ i medio doctorum: audiẽtẽ illos ⁊ interrogantẽ Stupebãt autẽ oẽs q̃ eum audiebãt: super prudentia ⁊ respõsis eius. Et vidẽtes admirati sũt. Et dixit mater eius ad illum. Fili: quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego: dolẽtes q̃rebamus te. Et ait ad illos. Quid est q' me querebatis? Nesciebatis quia in his que patris mei sũt oportet me esse? Et ipsi nõ intellexerũt verbum: quod locutus est ad illos Et descẽdit cum illis: ⁊ venit nazareth: et erat subditus illis. Et mat

eius conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et ies⁹ proficiebat sapientia etate et grã: apud deum et homines. Credo.
Offer. Jubilate deo oĩs terra iubilate deo oĩs terra seruite dño ĩ leticia ĩtrate ĩ cõspectu ei⁹ in exultatiõe q2 dñs ipse ẽ deus. Secreta.

Oblatum tibi dñe sacrificiũ viuificet nos semper et muniat. Prefatio. Quia cum vnigenit⁹ Cõio. Fili quid fecisti nobis sic ego et pat̃ tu⁹ dolẽtes querebamus te: et quid est q̃ me q̃rebatis nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse. Postcõmunio.

Supplices te rogamus omnipotens de⁹: vt quos tuis reficis sacramentis: tibi etiam placitis moribus dignãter deseruire cõcedas. Per. In die oct. missa matut. de sãcto hylario cũ mẽoria btẽ marie et aliis suffragiis. Ad mag. mis. Officium. Ecce aduenit dominator. xii. Oratio.

Deus cuius vnigenitus in substãtia nostre carnis apparuit presta quesumus: vt per eũ quem similem nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. dominum nostrum iesum christuz filium tuũ. Qui te. Ysaie. prophẽ. xii.

Domine deus meus honorificabo te: laudem tribuam nomini tuo q̇ facis mirabiles res. Consilium tuum antiquum verũ fiat. Dñe excelsum est brachiũ tuũ deus sabaoth corona spei que ornata est gloria. Exultet desertum: et exultent solitudines iordanis. Et populus meus videbit altitudinẽ domini: ⁊ maiestatem dei: ⁊ erit cõgregatus et redemptus per deum Et veniet in syon cum leticia: et leticia sempiterna super caput eius laus ⁊ exultatio. Et aperiam ĩ mõtibus flumina: in mediis cãpis fontes dirũpam: et terram sitientem sine aqua infundã. Ecce puer me⁹ exaltabitur et eleuabitur: ⁊ sublimis erit valde. Haurietis aquas ĩ gaudio de fontibus saluatoris: ⁊ dicetis illa die: cõfitemini domino et inuocate nomen eius. Notas facite in populis virtutes eius: cantate domino quia mirabilia fecit Annunciate hoc in vniuersa terra. Dicit dominus omnipotẽs. ℞. Omnes xii de saba. ℣. Surge. Alleluya. ℣. Vidimus. xii
Secundum iohannem. i. ca.

In illo tp̃e. Vidit iohannes iesum veniẽtem ad se: ⁊ ait Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mũdi. Hic est de quo dixi Post me venit vir: qui ante me factus ẽ: quia prior me erat. Et ego nesciebam eum. Sed vt manifestaretur in israel: ꝓpterea veni ego in aqua baptizans. Et testimoniũ phibuit iohannes dicens: quia vidi spiritũ descẽdentem quasi columbam de celo: et mansit super eum. Et ego nesciebam eum ꝫ qui misit me: baptizare in aqua. ille michi dixit Super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum: hic est qui baptizat in spiritu sãcto. Et ego vidi: et testimonium perhibui quia hic est filius dei. Credo.
Offertoriũ. Reges tharsis. xiii Secreta.

Hostias tibi domine pro nati filii tui apparitione deferimus suppliciter deprecantes: vt sicut ipse nostrorum est auctor munerũ: ita sit misericors et susceptor iesus christus filius tuus dominus nr̃. Qui te. Cõio. Vidimus stellã. xiii Postcõ.

Celesti lumine q̃sumus domine sẽper et vbiq3 nos ꝑueni: vt misterium cuius nos participes esse voluisti: et puro cerna-

mus intuitu: et digno percipiam⁹ effectu. ¶ Dñica. i. post oct. epy. fiat processio cũ stationibus ad altaria intrando chorum aliqua an. de sanctis geruasio et prothasio. cum Rº. et oratione.

¶ Ad magnam missam. ¶ Officium.

Omnis terra adoret te de⁹ et psallat tibi / psalmum dicat nomini tuo altissime. P̄s. Jubilate deo oĩs terra: psalmũ dicite noĩ eius date gloriam laudi eius. ¶ Oratio.

Omnipotẽs sempiterne de⁹ qui celestia simul et terrena moderaris: supplicationes populi tui clemẽter exaudi: et pacem tuam nostris concede tempori⁹. Per. ¶ Ad romanos. xii.

Fratres. Habẽtes donationes: secundũ gratiam que data est nobis differentes. Siue prophetiam: secũdum rationez fidei Siue misterium: in ministrando. Siue qui docet in doctrina Qui exhortatur in exhortãdo Qui tribuit in simplicitate Qui pre est in sollicitudine Qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione Odiẽtes malũ: adherentes bono. Caritatẽ fraternitatis iuicem diligentes: honore inuicẽ preuenĩẽtes. Sollicitudine non pigri Spũ feruẽtes dño seruiẽtes. Spe gaudẽtes: i tribulatione patientes. Orationi instantes: necessitatibus sanctorum communicantes: hospitalitatẽ sectantes. Bñdicite persequentibus vos: bñdicite et nolite maledicere Gaudere cum gaudentibus flere cũ flentibus. Idipsum inuicem sẽtientes non alta sapientes: sed humilib⁹ consentiẽtes. R℞. Misit dñs verbũ suũ et sanauit eos et eripuit eos de iteritu eorum. V. Confiteantur dño misericordie ei⁹ et mirabilia eius filiis hominum. Alleluya.

¶ Alla. Laudate deũ oẽs angeli ei⁹ laudate eũ oẽs virtutes eius.

V. Laudate dominum oẽs gentes et collaudate eum omnes populi. Prosa. Letabũdus. ¶ Secundum iohannem. ii.

In illo tempore. Nuptie facte sunt in chana galilee: et erat mater iesu ibi Uocatus est autem ies⁹: et discipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficiente vino: dixit mater iesu ad eum. Uinum non habẽt. Et dixit ei iesus. Quid michi et tibi est mulier: Nundum venit hora mea Dixit mater eius ministris. Quodcunq̃ dixerit vobis: facite Erãt autem ibi lapidee ydrie sex posite: secundũ purificationem iudeorum: capientes singule metretas binas vel ternas. Dixit eis iesus. Implete ydrias aqua Et impleuerũt eas vsq̃ ad summum. Et dixit eis ies⁹. Haurite nunc: et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustauit architriclin⁹ aquam vinum factam / et non sciebat vnde esset / ministri autem sciebãt qui hauserãt aquam / vocat sponsum architriclinus: et dixit ei. Omis homo primũ vinum bonum ponit: et cũ inebriati fuerint: tũc id quod deterius est. Tu aũt seruasti vinum bonũ: vsq̃ adhuc. Hoc fecit iitium signorũ iesus in chana galilee: et manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli ei⁹. ¶ Credo. Offr.

Jubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa terra psalmũ dicite noĩ ei⁹ venite et audite et narrabo vobis oẽs q̃ timetis deũ quanta fecit dñs aĩe mee allã. ¶ Secreta.

Ut tibi grata sint munera populi tui supplicãtis: ab omni quesumus eum contagione peruersitatis emunda. Per. Cõmunio.

Dixit dñs implete ydrias aqua et ferte architriclino dum gustasset architriclinus aquã vinum factum dixit sponso seruasti vinuz bonũ

usqꝫ adhuc hoc signũ fecit iesus primũ coraꝫ discipulis suis. Postcommunio.

Augeatur in nobis dñe quesumus tue virtutis operatio ut diuinis vegetati sacramētis ad eorũ ꝓmissa capienda tuo munere ꝑparemur. Per. d. ¶ Nota ꝙ quādo . tp̄s erit vacuũ ꝑ ebd̄. ab oct. epy usqꝫ ad. lxx. tcia vl' quarta feria poterit celebrari de cōgregatione. Offm̄. Salus populi. ꝛc. Quinta vero feria poterit celebrari de dñis nostris. Offm̄. Sapien. ꝛc. Sabbō. vero de b. ma. Dñica secunda post epy. processio ut supra. Ad missam: Officium.

Adorate deuꝫ omnes angeli eius audiuit et letata ē syon et exultauerũt filie iude. ps. Dominus regnauit exultet terra: letent insule multe. Oratio.

Omnipotens sēpiterne deus īfirmitatē nostrā ꝓpicius respice atqꝫ ad protegendum nos dexterā tue maiestatis extende. Per. Ad romanos. xii.

Fratres. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos nulli malum pro malo reddentes: prouidētes bōa nō tm̄ deo corā ſꝫ etiā corā oibus hoibus. Si fieri potest qđ ex vobis est: cũ oibꝫ hoibus pacem habentes. Non vosmet ipsos defēdentes carissimi / sed date locuꝫ ire Scriptum est eni. Michi vindictā et ego retribuam dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuus / ciba illuꝫ Si sitit potũ da illi. Hoc eni faciēs carbones ignis cōgeres sup caput eius. Noli vinci a malo: sed vince ī bono malũ. ℞. Timebũt gētes nomen tuũ dñe et oēs reges tre gloriam tuam. Vs. Quoniam edificauit dñs syon et videbitur in maiestate sua. Allā. Vs. Dextera dei fecit vrtutē dextera domini exaltauit me. Prosa Letabundus ¶ Scdm matheum. viii.

Allā. Dñs regnauit exultet tra letetur insule multe.

In illo tp̄e: Cum descendisset iesus de mōte: secute sũt eũ turbe mlte Et ecce leprosus veniens: adorabat eum dicens. Dñe si vis potest me mũdare. Et extendens iesus manũ: tetigit eũ dicēs Volo. Mundare. Et confesti: mũdata est lepra eius. Et ait illi iesus Vide / nemini dixeris sed vade ostēde te sacerdoti: et offer munus qđ ꝑcepit moyses in testimoniũ illis. Cũ aũt ītroisset capharnaũ: accessit ad eum cēturio: rogās eũ et dicens dñe puer meus iacet in domo paraliticus: ꝛ male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniam: et curabo eũ. Et respondens centurio ait Dñe non sũ dignus ut intres sub tectum meum: sed tantũ dic vbo et sanabit puer meus. Naꝫ et ego hō sum sub ptāte cōstitutus: habēs sub me milites Et dico huic vade ꝛ vadit. Et alio veni: ꝛ venit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiēs autē iesus miratus est: et sequētibus se dixit. Amē dico vobis: non inueni tantam fidē in israel. Dico aũt vobis / ꝙ multi ab oriēte et occidēte venient et recumbent cũ abraham et ysaac et iacob in regno celorum. Filii aũt regni eiciēt in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ꝛ stridor dentium. Et dixit iesus cēturioni. Vade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hora. Credo. Offr. Dextera dñi fecit virtutem dextera dñi exaltauit me non moriar ſꝫ viuaꝫ et narrabo opera dñi Secreta

Hec hostia dñe q̄s emundet nr̄a delicta ꝛ ad sacrificiũ celebrādũ: subditorũ tibi corpora mētesqꝫ scificet. Per. Cōio. Mirabāt oēs de his q̄ ꝑcedebāt de ore dei Postcō.

Quos tantis dñe largiris uti

misteriis quesumus vt effectibus eorum nos veraciter aptare digneris per. ¶ Dominica .iii. totum officium vtsu pra. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere da nobis salutem mentis et corporis vt ea que pro peccatis nostris patimur te adiuuante vincamus. Per. Ad romanos xiii.

Fratres: Nemini quicquam debeatis nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum legem impleuit. Nam non adulteraberis: non occides non furaberis non falsum testimonium dices non concupisces rem proximi tui: Et si quod est aliud mandatum: in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi: malum non operatur. Plenitudo ergo legis: est dilectio. Secundum matheum viii.

In illo tempore: Ascendente iesu in nauiculam: secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari ita vt nauicula operiretur fluctibus. Erat autem illis contrarius ventus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt: et suscitauerunt eum dicentes. Domine salua nos: perimus et dixit eis. Quid timidi estis modice fidei: Tunc surgens imperauit ventis et mari: et facta est tranquillitas magna Porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic: quia venti et mare obediunt ei. Secreta

Concede quesumus omnipotens deus: vt huius sacrificii munus oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget semper et muniat. per.

Munera tua ¶ Post com. nos deus et a delectationibus terrenis expediant et celestibus semper instruant alimentis. per.

¶ Dominica .iiii. totum. vtsu. Oratio.

Familiam tuam quesumus domine continua pietate custodi: vt que in sola spe gratie celestis innititur: tua semper protectione muniatur. per. ¶ Ad colocenses .iii.

Fratres Induite vos sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie / benignitatem humilitatem / modestiam / patientiam supportantes inuicem et donantes vosmetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut et dominus donauit vobis: ita et vos. Super autem hec omnia caritatem habentes: quod est vinculum perfectionis Et pax christi exultet in cordibus vestris: in qua et vocati estis in vno corpore / et grati estote. Verbum christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia docentes et commouentes vosmetipsos in psalmis / hymnis et canticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus vestris domino. Omne quod cunque factis in verbo aut in opere / omnia in nomine domini nostri iesu christi gratias agentes deo et patri: per iesum christum dominum nostrum. ¶ Secundum math. xiii.

In illo tempore: Dixit iesus turbis parabolam hanc. Simile est regnum celorum: homini qui seminat bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines: venit inimicus eius et superseminauit zizania in medio tritici et abiit. Cum autem creuisset herba et fructum fecisset: tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo vnde ergo habet zizania: Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit.

Serui autem dixerunt ei ait. Uis imus et colligimus ea. Et ait. Non ne forte colligentes zizania: eradicetis simul et triticũ. Sinite vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem: ⁊ in tempore messis dicam messoribus. Colligite primũ zizania: et alligate ea ĩ fasciculos ad comburendum. Triticum autem: congregate in horreum meum. Credo. Secreta

Hostias tibi domine placatiõis offerimꝰ: vt et delicta nostra miseratus absoluas: et nutantia corda ad te dirigas. Post cõio

Quesumus omnipotens deus: vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hec misteria pignus accepimus. Per. Dñica i lxx. Officium.

Circundederunt me gemitus mortis dolores inferni circundederunt me et ĩ tribulatione mea ĩuocaui dominum et exaudiuit de templo sãcto suo vocem meam. ps. Diligã te domĩe fortitudo mea dñs firmamẽtũ meũ et refugiũ meũ et liberator meus. Nõ dr̃ Gl'ia in excelsis vsqꝫ ad pas. Oratio.

Preces populi tui quesumꝰ domine clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per. Prime. Ad corinthios ix. ca.

Fratres: Nescitis qꝫ hi qui ĩ stadio currũt: omnes quidem currunt sed: vnus accipit brauium. Si currite: vt comprehẽdatis. Omnis enim qui in agone contendit: ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilẽ coronã accipiant: nos aũt in corruptam. Ego igitur sic curro / non quasi in incertum. Sic pugno: nõ quasi aerem verberans. Sed castigo corpꝰ meum et in seruitutem redigo: ne forte cum aliis predicauerim ipse reprobꝰ efficiar: nolo enĩ vos ignorare fratres quoniam patres nostri omnes sub nube fuerũt: et omnes mare transierunt: et omnes in moyse baptizati sunt: in nube et in mari Et omnes eandem escã spiritualem man ducauerũt ⁊ omnes eundem potũ spiritualem biberunt: Bibebant autem de spirituali: consequenti eos petra. Petra autẽ: erat christus. Rem. Adiutor in oportunitatibus in tribulatione sperent in te qui nouerunt te. quoniam non derelinquis querentes te dñe. Vsus. Qm̃ non ĩ fynẽ obliuio erit pauperis patiẽtia pauperũ nõ peribit ĩ etnũ exurge domĩe nõ ꝑualeat hõ. Nõ reiteretr̃. R. quotienscunqꝫ sequitur tractus. Tractus

De profundis clamaui ad te dñe dñe exaudi vocem meã. V. Fiãt aures tue ĩtẽdẽtes in orõnẽ serui tui. V. Si iniqtates obseruaueris dñe dñe qs sustinebit. V. Qr apud te ꝓpiciatio est et ꝓpter legẽ tuã sustinui te dñe. Scdm math. xx

In illo tempore dixit iesꝰ discipulis suis parabolam hãc. Simile est regnum celorũ homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione aũt facta cum operariis ex denario diurno: misit eos ĩ vineam suam. Et egressus circa horã terciam: vidit alios stantes in foro ociosos: et illis dixit Ite et vos in vineam meam: et qđ iustum fuerit dabo vobis. Illi aũt abierũt. Iterũ autem exiit circa sextam et nonam horam: et fecit similiter. Circa vero vndecimam exiit et inuenit alios stantes et dixit eis Quid hic statis tota die ociosi. Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit

Dixit illis. Ite et vos in viam meã
Cum sero autem factum esset: di
xit dominꝰ vinee procuratori suo
Voca operarios et redde illis mer
cedẽ incipiens a nouissimis vsqꝫ ad
primos. Cũ venissent ergo qui cir=
ca vndecimam horam venerant:
acceperunt singulos denarios. Ve
nientes autem et primi: arbitrati
sunt ꝙ plus essent accepturi. Acce=
perũt autem et ipsi singulos dena
rios. Et accipientes murmurabãt
aduersus patrẽfamilias dicentes
Hi nouissimi vna hora fecerunt et
pares illos nobis fecisti qui porta=
uimus pondꝰ diei et estus. At ille
respondens: vni eorum dixit. Ami
ce: non facio tibi iniuriam. Non
ne ex denario cõuenisti mecũ. Tol=
le quod tuum est et vade. Volo au
tem et huic nouissimo dare: sicut et
tibi. An non licet michi quod volo
facere. An oculꝰ tuus neqꝫ ẽ: qꝛ ego
bonꝰ sũ. Sic erũt nouissimi primi:
et primi nouissimi. Multi ẽi sũt vo
cati pauci vero electi. Credo. Offer.
Bonũ ẽ cõfiteri dño ꝛ psallere noĩ tuo altissĩe

Muneribus nostris Secreta.
q̃s domine precibusqꝫ susce
ptis: et celestibus nos mũda miste
riis: et clementer exaudi. Per. Cõio.
Illumina faciẽ tuã sup seruũ tuũ ꝛ saluũ me fac i
tua mĩa dñe nõ cõfũdar qm̃ ĩvocaui te. Post
Fideles tui deus ꝑ tua cõio.
dona firmẽtur: vt eadem
et percipiendo requirant et querẽ
do sine fine percipiãt. Per do. Dñi=
ca i lx. fiat pces. cũ stationibꝰ ad altꝫ. ꝛc. vt su.

Exurge quare obdormis
dñe exurge et ne repel=
las in finem quare faciẽ
tuam auertis obliuisceris tribula
tionem nostram adhesit ĩ terra vẽ
ter noster exurge domine adiuua
nos ꝛ libera nos. Ps. Deꝰ auribꝰ nr̃is au
diuimꝰ p̃res nr̃i annũciauerunt nobis. Or.

Deus qui conspicis quia ex
nulla nostra actione con
fidimus: concede propicius: vt con
tra aduersa omnia doctoris genti
um ꝓtectione muniamur. Per.
Ad corinthios secundo xi. ii.

Fratres: Libẽter suffertis
insipiẽtes: cũ sitis ipsi sapi
entes. Sustinetis eñi si q̃s vos in ser
uitutem redigit. Si quis deuorat
si quis accipit / si quis extollitur / si
quis in faciem vos cedit. Secundũ
ignobilitatem dico: quasi nos infir
mi fuerimus in hac parte. In quo
quis audet: In insipientia dico: au=
deo ꝛ ego. Hebrei sunt: ꝛ ego. Isra
elite sunt: ꝛ ego. Semẽ abrahe sũt
et ego. Ministri xpi sunt: et ego. Vt
minꝰ sapiens dico: plus ego. In la
boribus plurimis / in carceribus / a=
bũdantius / in plagis supra modũ
in mortibus frequenter. A iudeis
quiquies quadragenas vna minꝰ
accepi. Ter virgis cesus sum se=
mel lapidatus sum: ter naufragiũ
feci. Nocte ac die: in profundũ ma=
ris fui. In itineribꝰ sepe: ꝑiculis flu
minũ: ꝑiculis latronũ ꝑiculis ex ge
nere: ꝑiculis ex gẽtibꝰ: ꝑiculis ĩ ciui
tate: ꝑiculis in solitudine: pericu=
lis in mari. periculis in falsis fratri
bus. In labore et erumna: in vigi=
liis multis. In fame et siti: in ieiu=
niis multis. In frigore: et nuditate
Preter illa que extrinsecus sunt in
stantia mea quotidiana sollicitu=
do omnium ecclesiarum. Quis in=
firmatur: et ego non infirmor?
Quis scandalizatur et ego non v=
ror? Si gloriari oportet: que infir
mitatis mee sunt gloriabor. Deus
et pater domini nostri iesu xpi scit

qui est benedictus in secula q non mentior. Divisio. Damasci prepositus gentis arethe regis: custodiebat ciuitatem damescenor: vt me comprehēderet. Et per fenestram in sporta demissus sū per murū: et sic effugi man⁹ ei⁹. Si gloriari oportet non expedit quidē. Ueniam autem ad visiones et reuelationes domini. Scio hominem in xpo ante annos quattuordeci: siue in corpore siue extra corp⁹ nescio deus scit: raptū huiusmodi vsqz ad tercium celum. Et scio huiusmodi hominē siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit: quoniā raptus est in paradisum: et audiuit archana verba que nō licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autē nichil nisi in infirmitatibus meis. Nam et si voluero gloriari: nō ero insipiens. Ueritatem enim dicam parco autē ne quis me [existimet supra id quod videt in me] aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationū extollat me: dat⁹ est michi stimulus carnis mee angel⁹ sathane qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui vt discederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatib⁹ meis: vt inhabitet in me virtus christi. Rn. Sciāt gentes qm̄ nomē tibi de⁹ tu sol⁹ altissimus sup oēm terrā. V. Deus me⁹ pone illos vt rotā et sicut stipulā ante faciē vēti. Tract⁹

Commouisti dn̄e terrā et cōturbasti eā. V. Sana cōtritiones ei⁹ qr mota ē. V⁹. Ut fugiāt a facie arc⁹ vt liberent electi tui. Secundum Lucam. viii.

In illo tēpore: Cū turba plurima cōuenirent et de ciuitatib⁹ pperarēt ad iesū: dixit per similitudinē. Exiit q seminat seminare semen suum: Et dū seminat aliud cecidit secus viam: et conculcatū est et volucres celi comederūt illud. Et aliud cecidit supra petrā et natum aruit: quia non habebat humorē. Et aliud cecidit inter spinas: et simul exorte spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrā bonā: et ortum fecit fructum centuplum. Hec dicēs clamabat. Qui habet aures audiēdi audiat. Interrogabant autem eum discipuli ei⁹ que esset hec parabola. Quib⁹ ipse dixit. Uobis datum est nosse misteriū regni dei: ceteris autem in parabolis vt videntes non videant: et audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen ē verbum dei. Qui autem secus viā: hi sunt qui audiunt. Deīde venit dyabolus: et tollit verbum de corde eorum ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram: qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbū Et hi radices non habēt: quia ad tempus credunt: et in tempore tētationis recedūt. Quod autē in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt: et a sollicitudinibus et diuitiis et voluptatibus vite euntes suffocātur et non referunt fructū. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono et optimo audiētes verbum retinent: et fructum afferūt in patientia. Credo. Offer. Perfice gressus meos i semitis tuis vt nō moueātur vestigia mea iclina aurē tuā et exaudi verba mea mirifica mias tuas q saluos facis sperantes in te domine. Secreta.

Oblata domine munera sanctifica: nosqz a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per. Cōio. Introibo ad altare dei ad deū qui letificat iuuentutem meam. Post communio.

Supplices te rogamus om
nipotẽs deus: vt quos tu=
is reficis sacramentis: tibi etiam
placitis moribus dignanter deser
uire ꝯcedas. Per. ¶ Dñica .i. l. Officiũ

Esto michi in deum pro=
tectorem et in locum re
fugii vt saluum me faci
as quoniam firmamen=
tum meum & refugium meum es
tu & ppt nomẽ tuũ dux michi eris
& enutries me. ps. In te dñe speraui nõ ꝯfũ
dar i eternũ: i iusticia tua libera me. Oratio.

Preces nostras quesumus
domine clementer exaudi
atqꝫ a peccatorum vinculis abso=
lutos: ab omni nos aduersitate
custodi. Per do. Ad corinthios. i. xiii

Fratres. Si linguis homi
num loquar: et angelorũ /
caritatem autem nõ habeam: fa=
ctus sum velut es sonãs aut cym
balum tinniens. Et si habuero ꝓ=
phetiam et nouerim misteria om
nia / et omẽm scientiam / & si habu
ero omnem fidem ita vt montes
transferam: caritatem autem nõ
habeam / nichil sum. Et si distribu
ero in cibos pauperum omnes fa=
cultates meas: et si tradidero cor=
pus meum ita vt ardeam: carita=
tem autem nõ habuero: nichil mi
chi prodest. Caritas patiẽs est: be=
nigna est. Caritas non emulatur.
non agit perperam. non inflatur.
non est ambiciosa. non querit que
sua sunt. Non irritatur non cogi=
tat malum. non gaudet super ini=
quitate: congaudet autem verita=
ti omnia suffert omnia credit om=
nia sperat. oĩa sustinet Caritas nũ
ꝙ excidit Siue ꝓphetie euacuabũ=
tur siue lingue cessabũt: siue scien=
tia destruet. Ex parte enim cogno
scimus: et ex parte prophetamus.
Cum autẽ venerit quod perfectũ
est: euacuabitur quod ex parte est
Cũ essem paruul9 / loq̃bar vt par=
uulus: sapiebam vt paruulus. co=
gitabam vt paruulus. Quãdo aũt
factus sum vir: euacuaui que erãt
paruuli. Videmus nũc per specu=
lum i enigmate: tũc autẽ facie ad
faciẽ Nunc cognosco ex parte: tũc
autem cognoscam sicut et cognit9
sum. Nunc aũt manent fides spes
caritas tria hec Maior aũt horꝫ est
caritas. ℟. Tu es deus qui facis mirabilia
solus notam fecisti in gentib9 virtutẽ tuã. ℣.
Liberasti i brachio tuo populum tuum filios
israel et ioseph. ¶ Tractus

Jubilate dño oĩs terra seruite dño i leti
cia. ℣. Intrate i ꝯspectu ei9 in exultatiõe. ℣.
Scitote ꝙ dñs ipe est de9. ℣. Ipse fecit nos &
nõ ipi nos. nos aũt ppls ei9 & oues pascue ei9

¶ Secundum lucam. xviii.

In illo tempore Assumpsit
iesus duodecim discipulos
suos: et ait illis. Ecce ascendimus
hierosolimam: et cõsummabũtur
omnia que scripta sunt per prophe
tas de filio hominis. Tradet enim
gentibus & illudetur & flagellabi=
tur et cõspuetur. Et postꝙ flagel=
lauerint occident eum: et die ter=
tia resurget. Et ipsi nichil horum
intellexerũt. erat autem verbum
istud abscõditũ ab eis: & nõ itellige
bãt q̃ dicebantur. Factũ est aũt cũ
appropiquaret hierico: cec9 q̃dã se=
debat secus viam mendicans. Et
cum audisset turbam pretereun=
tem: interrogabat quid hoc esset
Dixerunt autem ei ꝙ iesus nazare
nus trãsiret. Et clamauit dicẽs Je
su fili dauid miserere mei. Et q̃ pre
ibãt: increpabãt eũ vt taceret. Ip=
se ꝟo multo magis clamabat: fili

dauid miserere mei. Stās autem iesus iussit illum adduci ad se: Et cū appropinquasset. interrogauit illum dicēs. Quid tibi vis faciam: At illi ait. Domine vt videam. Et ies⁹ dixit. Respice. Fides tua te saluum fecit Et confestim vidit: et sequebatur illum magnificans deū Et oīs plebs vt vidit: dedit laudē deo. Credo. Offr. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas benedict⁹ es domine doce me iustificationes tuas in labiis meis pnūciaui oīa iudicia oris tui. Secreta.

Hec hostia quesumus domine emūdet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum subditorū tibi corpora mentesqȝ sācti ficet. Per. Cōio. Manducauerunt et saturati sunt nimis et desiderium eorum attulit ei dns nō sūt fraudati a desiderio suo. Postcōio

Quesumus omnipotēs de⁹ vt qui celestia alimēta percepimus: per hec contra omnia aduersa muniamur. Per dominum.

Feria.iiii.in capite ieiunii. dicuntur septē psal. cum letan. et omnia vt in cena domini.

Benedictio cinerum.

Omnipotens sempiterne deus/parce metuētibus/propiciare supplicibus: et mittere digneris sanctum angelum tuū de celis. qui bene ✠ dicat et sācti ✠ ficat cineres istos: vt sint remedium salubre omnibus nomen tuum humiliter pro cōscientia delictorum suorum implorātib⁹. ⁊ presta quesumus per eiusdem sanctissimu nominis tui inuocationem: vt quicūqȝ eos pro sancte militie obseruantia super se aspersérint: tā corporis ꝙ anime percipiāt sanitatem. Per. Ad prec. ān. Exaudi nos domine quoniam benigna est misericordia tua secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos domine. Ps. Saluum me fac de⁹ quoniam intrauerunt aque vsqȝ ad animā meā ān. Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes et leuite ministri dñi et dicent parce domine parce populo tuo ⁊ ne dissipes ora clamantium ad te domine. ān. Immutemur habitu in cinere et cilicio ieiunemus et ploremus ante dominum. quia multū misericors est dimittere pctā nostra de⁹ noster. ℣. Ostende nobis dñe mīam tuam. ℟. Et salu. Or.

Concede nobis domine presidia militie christiane sanctis inchoare ieiuniis: vt cōtra spirituales nequitias pugnaturi/continētie muniamur auxiliis.

Ad missam officium.

Misereris omnium domine et nichil odisti eorum que fecisti dissimulans peccata hoim propter penitentiam ⁊ parcens illis quia tu es dominus de⁹ noster. Ps. Miserere mei deus miserere mei quoniā in te cōfidit anima mea. Ante orationem dicto oremus dicitur: Flectamus genua leuate. et dicitur feria. diebus p totā. xl. Oratio.

Presta domine fidelib⁹ tuis: vt ieiuniorum veneranda solemnia ⁊ congrua pietate suscipiant: et secura deuotione percurrant. Per. Johelis prophete. ii.

Hec dicit dominus de⁹. Cōuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio et fletu et plāctu. et scindite corda vestra et non vestimenta vestra. Et cōuertimini ad dominum deum vestrū: qa benignus et misericors est: patiēs et multam misericors. et prestabilis super malicia. Quis scit si conuertatur et ignoscat deus. et relinquat post se benedictionem: Sacrificium et libamen: domino deo nostro. Canite tuba i syō: sanctificate ieiuniū. vocate cetū. cōgrega

te populum sanctificate ecclesiam coadunate senes congregate paruulos et sugētes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo: et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulū ꝛ ꝛ altare plorabunt sacerdotes ministri domini: et dicent. Parce domine parce populo tuo: et ne des hereditatem tuam ī opprobrium vt dominētur eis nationes. Quare dicunt in populis vbi est de⁹ eorum: zelatus est dominus terram suā: et pepercit populo suo. Et respondit dominus: et dixit populo suo. Ecce ego mittā vobis frumētum et vinum et oleum: et replebimini in eis Et non dabo vos vltra opprobrium in gentibus. Dicit dominus omnipotens. ℞. Miserere mei deus miserere mei quoniam in te cōfidit anima mea. ℣. Misit de celo et liberauit me dedit in opprobrium conculcantes me. Tract⁹

Domine non secundum peccata nostra que fecimus nos neqꝫ secundū iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum cito anticipēt nos misericordie tue quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et propter gloriam nominis tui domine libera nos ꝛ propicius esto peccatis nostris propter nomen tuū ¶ Hic tractus dicitur feria secunda quarta ꝛ sexta per totam quadragesimam excepta feria quarta quattuor temporum in qua est pprius. ¶ Secundum matheum. vi.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Cū ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes Exterminant enim facies suas vt appareant hominibus ieiunātes. Amē dico vobis: qꝛ receperūt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas: vnge caput tuum. et faciē tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans: sed patri tuo qui est ī abscondito. Et pater tuus qui videt in abscondito: reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros ī terra: vbi erugo et tinea demolitur: et vbi fures effodiunt: et furantur Thesaurizate autē vobis thesauros in celo: vbi nec erugo nec tinea demolitur: et vbi fures non effodiunt nec furātur. Ubi est enim thesaurus tuus: ibi est ꝛ cor tuū. Offer. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me domine clamaui ad te et sanasti me. Secreta.

Fac nos que sumus domine his muneribus offerendis conuenienter aptari quibus ipsius venerabilis sacramēti celebram⁹ exordiū. Per. Prefatio. Qui corporali. Et dicitur hec prefatio per totam. xl. ferialibus diebus. Cōio. Qui meditabitur in lege domini die ac nocte dabit fructum suum in tēpore suo. Postcommunio.

Percepta nobis domine tua sancta sacramenta prebeant subsidium / vt ꝛ tibi grata sint nostra ieiunia: et nobis proficiant ad medelam. Per. Super populum dicto Oremus. dicitur Humiliate capita vestra deo. Et dicitur quando et Flecta. Oratio.

Inclinantes se domine maiestati tue propiciatus intende: vt qui diuino munere sunt refecti: celestibus semper nutriantur auxiliis. Per dominum. ¶ Fer. quinta in capite ieiunii. Officium.

Dum clamarē ad dominum exaudiuit vocē meam ab his qui appropinquant michi et humiliauit eos qui est ante secula ꝛ manet in eternum iacta cogitatum tuū in domino et ipse te enutriet. Ps. Exaudi deus orationem meam. Et ne despe

peris deprecationem meam intende michi et exaudi me. Oratio.

Deus qui culpa offenderis penitētia placaris: preces populi tui supplicantis propicius respice: et flagella iracundie tue q̄ p peccatis nostris meremur auerte. Per. Ysaie pphe. xxxviii.

In diebus illis. Egrotauit ezechias vsqꝫ ad mortem: et introiuit ad eū isaias fili⁹ amos propheta: et dixit ei. Hec dicit dn̄s. Dispone domui tue: quia morieris tu et nō viues. Et conuertit ezechias faciem suam ad parietem: et orauit ad dominum et dixit. Obsecro domine memento queso quomodo ambulauerim coram te in veritate et i corde perfecto: et quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Factumqꝫ est verbū domini ad isayā dicens. Uade et dic ezechie. Hec dicit dominus deus dauid patris tui Audiui orationem tuam: et vidi lachrymas tuas. Ecce ego adiiciam super dies tuos quindecim annos et de manu regis asyriorum eruā te et ciuitatē istā et ptegam eam. Dicit domin⁹ omnipotēs. R. Iacta cogitatū tuū in dn̄o et ipse te enutriet. V. Dū clamarē ad dn̄m exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant michi. Secundū matheum. viii.

In illo tēpore. Cum introisset iesus capharnaum: accessit ad eum centurio: rogans eum et dicens. Domine: puer me⁹ iacet in domo paraliticus et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniam: et curabo eum. Et respondens centurio: ait Domine nō sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo et sanabitur puer me⁹. Nā et ego homo sum sub potestate cōstitutus: habēs sub me milites Et dico huic vade: et vadit. Et alio veni: et venit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiens autem iesus miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in israel. Dico autem vobis: q multi ab oriente et occidente venient et recumbent cum abraham et ysaac et iacob in regno celorum. Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus: et stridor dentium. Et dixit iesus centurioni. Uade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Offertorium. Ad te domine leuaui animam meā deus meus in te confido non erubescam neqꝫ irrideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Secreta.

Sacrificiis presentib⁹ domine quesumus placatus intende: vt et deuotioni nostre proficiant et saluti. Per dominum. Cōmunio. Acceptabis sacrificium iusticie oblationes et olocausta super altare tuum domine

Postcommunio

Celestis doni benedictione percepta supplices te deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis et sacramēti causa sit et salutis. Per dominum.

Super populum. Oratio.

Parce domine parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus: in tua miseratione respiret. Feria. vi. Officium.

Audiuit dominus et misert⁹ est michi dn̄s fact⁹ est adiutor me⁹. Ps. Exaltabo te dn̄e qm̄ suscepisti me nec delectasti inimicos meos sup me. Orem⁹. Flectam⁹ genua.

INchoata ieiunia quesum⁹
domine benigno fauore p
sequere: vt obseruantiam quã cor
poraliter exhibemus: mentibus e-
tiam sinceris exercere valeamus.
Per dominum. Ysa. prophete. lviii.

HEc dicit dominus de⁹. Cla
ma ne cesses: quasi tuba ex
alta vocem tuam: et annuncia po
pulo meo scelera eorum: et domui
iacob peccata eorũ. Me etenim de
die in diẽ querũt: & scire vias meas
volunt quasi gens que iusticiam fe
cerit: & que iudicium dei sui non de
relinquerit. Rogant me iudicia
iusticie: et appropinquare deo vo-
lunt. Quare ieiunauim⁹ & nõ aspe
xisti humiliauim⁹ animas nostras
et nescisti? Ecce in die ieiunii vestri
inuenitur volũtas vestra: & omnes
debitores vestros repetitis. Ecce
ad lites et contentiones ieiunatis
et percutitis pugno impie. Nolite
ieiunare sicut vsq; ad hãc diẽ: vt au
diatur in excelso clamor vester. Nũ
quid tale est ieiunium quod elegi:
per diem hoĩem affligere aĩam su
am? Nunquid contorquere quasi
circulum caput suum: et saccum &
cinerem sternere? Nunquid istud
vocaui ieiuniũ: et diem acceptabi-
lem domino? Nõne hoc est magis
ieiunium quod elegi? Dissolue col
ligationes impietatis: solue fasci-
culos deprimentes. Dimitte eos
qui confracti sũt liberos: et omne
onus dirũpe. Frange esurient pa-
nem tuum: et egenos vagosq; in-
duci ĩ domum tuam. Cum videris
nudum operi eũ: & carnem tuã ne
despexeris. Tunc erumpet quasi
mane lumen tuum et sanitas tua
citius orietur. Et anteibit faciẽ tu
am iusticia tua: & gloria domini col
liget te. Tunc inuocabis: et domi-
nus exaudiet. clamabis: et dicet ec
ce assum. Quia misericors sum: domi
nus deus tuus. ℟. Dñe refugium fact⁹
es nobis a generatione et progenie. ℣. Pri-
usq; montes fierent aut formaretur terra et
orbis a seculo et in seculum tu es deus. Tra-
ctus. Domine non secundum. ¶ Require
feria quarta precedenti. ¶ Secundum ma-
theum. quinto capitulo.

IN illo tempore Dixit iesus
discipulis suis. Audistis q̃a
dictum est antiquis. Diliges proxi
mum tuum: & odio habebis inimi
cum tuuz. Ego autem dico vobis
diligite inimicos vestros / benefaci
te his qui oderunt vos: & orate pro
persequentibus & calumniantib⁹
vos: vt sitis filii patris vestris qui
in celis est. qui solem suum oriri fa
cit super bonos et malos / et pluit
super iustos & iniustos. Si enim di
ligitis eos: qui vos diligunt: quam
mercedem habebitis? Nõne & pu-
blicani hoc. faciũt? Et si salutaue-
ritis fratres vestros tantum: quid
amplius facietis? Nonne et ethni
ci hoc faciunt? Estote ergo vos per
fecti: sicut pater vester celestis per
fectus est. Attẽdite ne iusticiam ve
stram faciatis coram hominibus:
vt videamini ab eis. Alioquin mer
cedem non habebitis apud patrẽ
vestrum qui in celis est. Cum ergo
facis elemosinam noli tuba cane-
re ante te: sicut ypocrite faciunt in
synagogis / et in vicis / vt honorifi-
centur ab hominibus. Amen dico
vobis: receperunt mercedem suã.
Te autem faciente elemosinam:
nesciat sinistra tua quid faciat dex
tera tua: vt sit elemosina tua ĩ ab
scondito. Et pater tuus qui videt
ĩ abscõdito: reddet tibi. Et cũ orat;

nõ eritis sicut ypocrite qui amant in synagogis et in angulis platea-rum stantes orare vt videãtur ab hominibus. Amen dico vobis rece-perunt mercedem suam. Tu autẽ cum oraueris: intra in cubiculum tuũ. et clauso hostio ora patrẽ tuũ in abscõdito: Et pater tu⁹ q̇ videt ĩ abscõdito reddet tibi. Offer. Dñe vi-uifica me secundũ eloquiũ tuum vt sciã testi-monia tua. ¶ Secreta.

Sacrificium dñe obseruãtie paschalis offerimus presta q̃s: vt tibi ꝛ mentes nr̃as reddat ac-ceptas: et continẽtie promptioris nobis tribuat facultatẽ. Per. ¶ Cõiõ. Seruite dño in timore et exultate ei cum tre-more apprehendite disciplinam ne pereatis de via iusta. Postcommunio.

Spiritũ nobis dñe tue cari-tatis infunde: vt quos vno celesti pane satiasti: tua facias pie-tate concordes. Per eiusdẽ. ¶ Su-per populum. Humilia.

Uere dñe populum tuum ꝛ ab omnibus peccatis cle-menter emunda: quia nulla ei no-cebit aduersitas/ si nulla domine-tur iniquitas. Per. ¶ Sabbato offici-um Audiuit dominus. vt supra. Fer. vi. oro.

Obseruationis hui⁹ annua celebritate letãtes: quesu-mus domine vt paschalibus actio-nibus inherentes: plenis eius effe-ctib⁹ gaudeam⁹. Per. ysa. pphe. lviii.

Hec dicit dominus de⁹. Si abstuleris de medio tui ca-thenam. et desieris digitum exten-dere et loqui quod non prodest: cũ effuderis esurienti aĩam tuã et ani-mam afflictã repleueris. orietur in tenebris lux tua. et tenebre tue erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit dominus deus tuus sem-per: et implebit splendoribus ani-mam tuam: et ossa tua liberabit. Et eris quasi ort⁹ irriguus: et sicut fons aquarum cuius non deficient aque. Et edificabuntur in te deser-ta seculorum: fundamenta gene-rationis ꝛ generationis suscitabis Et vocaberis edificator sepium: a-uertẽs semitas ĩiq̃tatũ. Si auerte-ris a sabbato pedẽ tuũ facere volũ-tatẽ tuã in die sctõ meo. ꝛ vocaue-ris sabbatũ delicatũ. et sanctũ dñi gloriosũ. et glorificaueris eũ dũ nõ facis vias tuas. et non inuenitur voluntas tua. vt loquaris sermo-nem. tunc delectaberis super do-mino deo tuo. Et sustolam te sup altitudinem terre: et cibabo te he-reditate iacob patris tui. Os eniꝫ domini locutum est. Rx. Unam petii a domino hanc requiram vt inhabitem in do-mo domini. V. Ut videam voluntatem do-mini et protegar a templo sancto eius. Se-cundum marcum. vi.

In illo tempore. Cum sero factum esset: erat nauis in medio mari. et iesus solus in ter-ra. Et videns discipulos suos labo-rantes in remigando: erat eni vẽ-tus contrarius eis. Et circa quar-tam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: et volebat preterire eos. At illi vt viderũt eũ ambulãtem super mare: putaue-runt fantasma eẽ. Et exclamaue-runt. Omnes enim eum viderunt et cõturbati sunt. Et statim iesus locutus est eis: et dixit illis. Confi-dite. Ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim: ꝛ cessa-uit vẽtus. Et plus magis intra se stupebant Non enim intellexerãt de panibus: erat enim cor illorum obcecatũ. Et cum transfretassent

Sabbo tota missa vt heri. excepto Rx° qd est. Unã petii a dño. vide ĩ isto folio.

peruenerunt in terram geneza=
reth et applicuerũt. Cumq; egres=
si essent de naui: continuo cogno=
uerunt eum. Et percurrentes vni
uersam regionem illam: ceperũt
in grabatis eos qui se male habe
bant circunferre vbi audiebant
eum esse. Et quocunq; introibat
in vicos vel in villas aut ciuitates
in plateis ponebant infirmos & de
precabantur eũ: vt vel fimbriam
vestimẽti eius tangerẽt. Et quot
quot tangebant eum: salui fiebãt
Offr. Dñe viuifica me. vt supra. Secreta

S Uscipe dñe sacrificium cu=
ius te voluisti immolatio=
ne placari & presta q̃s. vt huius ope
ratione mũdati: bñplacitum tibi
nostre mentis offeramus effectũ.
Per. ¶ Cõio. Seruite dño. vt su. Postcõiõ.

C Elestis vite munere vege
tati q̃s domine vt quod est
nobis ĩ presenti vita misteriũ: fiat
eternitatis auxiliũ: per dominũ.
Super populũ. Humiliate. Or.

F Ideles tui deus per tua do
na firmantur: vt eadem &
percipiendo requirant: & querẽdo
sine fine percipiant. Per. ¶ Dñica
¶ prima quadragesime missa matutinalis de
sancto spiritu Ad processionem. ã. Ecce nunc
tẽpus. Ad missam. Officium.

I Nuocauit me et ego ex=
audiam eum eripiã eum
& glorificabo eum longi
gitudine dierum ad implebo eum
Ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in pro
tectione dei celi commorabitur. Oratio.

D Eus qui ecclesiam tuã an=
nua quadragesimali obser
uatione purificas: presta familie
tue vt quod a te obtinere abstinen
do nititur: hoc bonis operibus exe
quatur. Per. ii. Ad cor. vi.

F Ratres: Hortamur vos ne
in vacuum gratiam dei re
cipiatis. Ait enim. Tempore acce=
pto exaudiui te: et in die salutis ad
iuui te. Ecce nũc tempus accepta
bile: ecce nunc dies salutis. Nemi=
ni dantes vllam offensionem: vt
non vituperetur ministerium no
strũ. Sed in oĩbus exhibeam⁹ nos
metipsos: sicut dei ministros. In
multa patientia: in tribulationi=
bus in necessitatibus / in angustiis
in plagis / ĩ carcerib⁹ / ĩ seditiõib⁹ / ĩ
laborib⁹ / ĩ vigiliis / ĩ ieiuniis / ĩ casti
tate / ĩ sciẽtia / ĩ lõganimitate / ĩ sua
uitate: in spũ sãcto. In caritate nõ
ficta in verbo veritatis: in virtute
dei. Per arma iusticie: a dextris et
a sinistris. per gloriam: & ignobili
tatem: per infamiã: et bonã famã
Ut seductores et veraces: sicut qui
ignoti et cognoti. Quasi moriẽtes
et ecce viuimus. Ut castigati: et nõ
mortificati. Quasi tristes: semper
autem gaudentes. Sicut egentes
multos autẽ locupletãtes. Tanq̃
nichil habentes: & oĩa possidentes
℟. Angelis suis mandauit de te vt custodiãt
te in omnibus viis tuis. ℣. In manibus por
tabunt te ne vnq̃ offendas ad lapidem pedẽ
tuũ. ¶ Non repitur. ℟. quotiẽscũq; sequit̃

Q Ui habitat tractus. Tractus.
in adiutorio altissimi in protectione
dei celi cõmorabitur. ℣. Dicet domino susce=
ptor meus es et refugium meum deus me⁹
sperabo in eum. ℣. Quoniam ipse liberauit
me de laqueo venantium et a verbo aspero.
℣. Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pen
nis eius sperabis. ℣. Scuto circundabit te
veritas eius nõ timebis a timore nocturno.
℣. A sagitta volante per diem a negocio per
ãbulãte in tenebris a ruina et demonio meri
diano. ℣. Cadẽt a latere tuo mille et decẽmi=
lia a dextris tuis ad te aũt nõ appropiquabit

℣. Qm̄ angelis suis mādauit de te vt custodiant te in oībus viis tuis. ℣. In manibus portabunt te ne vnq̄ offēdas ad lapidē pedē tuū ℣. Sup aspidem ⁊ basiliscū ambulabis ⁊ conculcabis leonē et draconē. ℣. Qm̄ in me sperauit liberabo eū protegam eū qm̄ cognouit nomē meū. ℣. Inuocauit me et ego exaudiā eū cū ipso sum in tribulatione. ℣. Eripiā eū et glorificabo eum longitudine dierū adimplebo eum et ostendam illi salutare meum. ¶ Secūdum matheum. quarto capitulo.

In illo tēpore. Ductus est iesus in desertū a spū: vt temptaretur a dyabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus: postea esuriit. Et accedēs temptator: dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eū dyabolus in sanctam ciuitatem: et statuit eum supra pinaculū templi / et dixit ei. Si filius dei es mitte te deorsum. Scriptū est enī: quia angelis suis mandauit de te / et in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi iesus rursū. Scriptū est: nō temptabis dn̄m deū tuū. Iterū assumpsit eum dyabolus in montem excelsum valde: et ostendit ei omnia regna mundi et gloriā eorū et dixit ei. Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei iesus Vade sathana. Scriptum est enī. Dominum deū tuū adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eum dyabolus: et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. Credo. Offerto.

Scapulis suis obūbrabit tibi dn̄s et sub pennis eius sperabis scuto circumdabit te veritas eius. ¶ Secreta

Sacrificium quadragesimalis initii solenniter immolamus te domine deprecantes: vt cum epularum restrictione carnalium a noxiis quoq̄ voluptatibus tēperemur. Per dominum. Cōio.

Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pēnis eius sperabis scuto circundabit te veritas eius. Postcōio.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos in misterii salutaris faciat transire consortium. Per. Feria. ii. Officium

Sicut oculi seruorū in manibus dominorum suorū ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri miserere nobis domine miserere nobis. Ps. Ad te leuaui oculos meos. Qui habitas i celis. Oremus. Flectam⁹

Conuerte nos deus salutaris noster: et vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat: mentes nostras celestibus instrue disciplinis. Per. Lec. ezechiel. pphete. xxxiiii.

Hec dicit dominus deus. Ecce ego ipse requiram oues meas: et visitabo illas sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarū. Sic visitabo oues meas: et liberabo eas de oīb⁹ locis in qb⁹ dispse fuerāt in die nubis et caliginis. Et educam eas de populis: et congregabo eas de terris: et inducam eas in terram suam. et pascam eas in montibus israel: in riuis et in cunctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascam eas: et in montibus excelsis israel erunt pascue earum. Ibi requiescēt in herbis virentibus: et in pascuis pinguibus pascentur super montes israel. Ego pascam oues meas: et eas

accubare faciam dicit dominus deus. Quod perierat requirã: et quod abiectũ fuerat reducam: et quod cõfractum fuerat alligabo: et quod infirmum fuerat consolidabo. Et quod pingue et forte custodiã: et pascã eas i iudicio et iusticia. ℟ Protector nr̃ aspice deus et respice sup servos tuos. ℣. Domine deus virtutũ exaudi preces servorũ tuorum. Tractus. Domine nõ secũdũ. Require in feria quarta precedenti. Scd̃m math. xxv.

In illo tempore: Dixit dominus iesus discipulis suis Cũ venerit filius hominis in maiestate sua: et omnes angeli eius cum eo: tunc sedebit super sedẽ maiestatis sue et congregabũtur ante eũ omnes gentes et separabit eos ab invicẽ: sicut pastor segregat oves ab hedis. Et statuet oves quidem a dextris: hedos aũt a sinistris. Tũc dicet rex. his qui a dextris eius erũt Venite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnũ a cõstitutione mũdi. Esurivi enim: et dedistis michi manducare. Sitivi: et dedistis michi bibere. Hospes eram et collegistis me. Nudus: et operuistis me. Infirmus: et visitastis me. In carcere eram: et venistis ad me Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine: quando te vidimus esurientem et pavimus. Sitientẽ et dedimus tibi potũ. Quando autem te vidimus hospitem et collegimus te. Aut nudum et cooperuimus te. Aut quando te vidimus infirmum aut in carcere et venimus ad te Et respondẽs rex: dicet illis. Amen dico vobis: quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis michi fecistis. Tũc dicet et his q a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti in ignẽ eternũ: qui paratus est dyabolo et angelis eius: Esurivi enim: et nõ dedistis michi mãducare. Sitivi: et non dedistis michi potũ. Hospes erã. et non collegistis me. Nudus: et nõ operuistis me. Infirmus et in carcere: et nõ visitastis me. Tunc respõdebunt ei: et ipsi dicentes. Dñe: quando te vidimus esuriẽtem aut sitiẽtem: aut hospitẽ: aut nudum: aut ĩfirmum aut ĩ carcere: et non ministravimus tibi: Tũc respondebit illis dicens. Amen dico vobis: quãdiu non fecistis vni de minoribus his: nec michi fecistis. Et ibũt hi in suppliciũ eternum: iusti autẽ in vitam eternam Offr̃ Levabo oculos meos et cõsiderabo mirabilia tua dñe vt doceas me iusticias tuas da michi intellectũ vt discã mãdata tua. Secre.

Munera domine oblata sanctifica nosq per hec a peccatorũ nostrorum maculis emunda Per. Cõio. Voce mea ad dñm clamavi et exaudivit me de mõte sãcto suo non timebo milia populi circumdantis me. Post communio

Salutaris tui domine munere satiati: supplices exoramus: vt cuius letamur gustu: remouemur effectu. Per. Sup populũ.

Absolue quesumus. Humiliate. domine nostrorũ vincula peccatorum: et quicquid pro eis meremur: propiciatus averte Feria tercia. Offm

Domine refugiũ factus est nobis a generatione et progenie a seculo et in seculum tu es. ps. Priusq mõtes fierent aut formaretur terra et orbis a seculo et ĩ seculum tu es deus. Oremus. Flectamus.

Respice dñe familiã tuã et presta: vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat: que se carnis maceratione castigat. Per. Ysaye. lv.

IN diebus illis. Locut⁹ est ysaias propheta dicēs Querite dominum duꝫ inueniri potest inuocate eum dū prope est. Derelinquāt impius viam suam: et vir iniqu⁹ cogitationes suas: et reuertatur ad dominum et miserebitur eius: et ad deū nostrum quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes mee cogitationes vestre: neqꝫ vie vestre: vie mee dicit domin⁹. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a viis vestris: et cogitationes mee a cogitationibus vestris. Et quomodo descēdit ymber et nix de celo: et illud vltra non reuertitur/ sed inebriat terram et infundit eā et germinare eā facit: et dat semē serenti: et panē comedenti: sic erit verbū meum quod egredietur de ore meo. Nō reuertetur ad me vacuū: sed faciet quecūqꝫ volui: et prosperabitur in his ad que misi illud. Ait dominus omnipotēs. ℟. Dirigatur orō mea sicut icēsū in cōspectu tuo dn̄e. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinū. Secundum matheum. xxi.

IN illo tempore: Cū intrasset iesus hierosolimam: cōmota est vniuersa ciuitas dicens. Quis ē hic. Populi autem dicebāt Hic est iesus propheta a nazareth galilee. Et intrauit iesus in tēplū dei. Et eiiciebat omnes vendētes et ementes in templo: et mensas nūmulariorum/ et cathedras vendentium colūbas euertit. Et dixit eis. Scriptū est: quia domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illā speluncam latronum. Et accesserunt ad eum ceci ⁊ claudi in tēplo: et sanauit eos. Vidētes autem principes sacerdotū et scribe mirabilia que fecit: et pueros clamantes in templo et dicentes. Osanna filio dauid: indignati sunt ⁊ dixerūt ei. Audis quid isti dicunt. Jesus autem dixit eis. Utiqꝫ. Nunquid legistis quia ex ore infantiū et lactentium perfecisti laudē. Et relictis illis: abiit foras extra ciuitatem ī bethaniam. Ibiqꝫ māsit. Offr̄. In te speraui dn̄e dixi tu es deus me⁹ in manibus tuis tp̄a mea. Secreta.

OBlatis quesumus domine placare munerib⁹: cunctis nos defende periculis. Per. Cōio. Cum inuocarē exaudisti me deus iusticie mee in tribulatione dilatasti me miserere michi domine et exaudi orationem meam. Post cōio.

QUesumus omnipotēs deus: vt illius salutaris capiam⁹ effectum: cuius per hec misteria pignus accepimus. Per. ¶ Super populum. Humiliate.

AScendāt ad te domine preces nostre: ⁊ ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per.

¶ Feria. quarta. Officium.

REminiscere miserationum tuarum domine: et misericordie tue que a seculo sūt ne vnq̄ dominentur nobis inimici nostri libera nos deus israel ex omnibus angustiis nostris. Ps. Ad te dn̄e leuaui aīaz meā deus me⁹ in te cōfido nō erubescā. Orō. Sine dn̄s vobiscū. Orem⁹. Flectamus genua

PReces nostras quesum⁹ domine clementer exaudi: et cōtra cūcta nobis aduersātia: dexterā tue maiestatis extēde. Per do

¶ Lectio libri exodi. xxiiii. capitulo.

IN diebus illis: Dixit dominus ad moysem. Ascende ad me ī montē: et esto ibi. Daboqꝫ tibi tabulas lapideas et legem ac

mādatā que scripsi vt doceas filios israel. Surrexerunt moyses et iosue: minister eius. Ascendēsq; moyses in montem dei: senioribus dixit Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis aaron: et hur vobiscū. si quid natum fuerit questionis referetis ad eos. Cumq; ascēdisset moyses: operuit nubes montē: et habitauit gloria domini super synay tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die: vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem species glorie domini: quasi ignis ardens super verticem montis: in cōspectu filiorum israel. Ingressusq; moyses medium nebule ascēdit in mōtem. Et fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus. ℟. Tribulationes cordis mei dilatate sunt de necessitatibus meis eripe me dñe. ℣. Uide humilitatē meā et laborē meū et dimitte omnia peccata mea. Dominus vobiscum. Oremus. Flectamus genua.

Deuotionē populi tui quesumus domine benignus intende: vt qui per abstinentiam macerantur in corpore: per fructū boni operis reficiātur in mēte per.

Lectio libri regum tercii. xix. capitulo.

In diebus illis: Uenit helyas in bersabee iuda: et dimisit ibi puerū suum: et perrexit in desertū viam vnius diei Cumq; venisset et sederet subter vnam iuniperum: petiuit anime sue vt moreretur et ait. Sufficit michi domine: tolle animā meam. Neq; enim melior sum q̄ patres mei. Proiecitq; se et obdormiuit in vmbra iuniperi Et ecce angelus domini tetigit eū Dixitq; ei. Surge comede. Et respexit: et ecce ad caput suum subcinericius panis et vas aque. Comedit ergo et bibit: et rursum obdormiuit. Reuersusq; est angelus domini secūdo: et tetigit eum dixitq; ei. Surge comede grandis enī tibi restat via. Qui cū surrexisset: comedit: et bibit Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus vsq; ad montem dei oreb. Tractus.

De necessitatibus meis eripe me domine vide humilitatē meā et laborē meū et dimitte oīa pctā mea. ℣. Ad te dñe leuaui aīam meā de⁹ meus in te cōfido nō erubescā neq; irrideant me inimici mei. ℣. Et enī vniuersi qui te expectāt nō cōfūdentur cōfundāt oēs faciētes vana. Scdm matheū. xii

In illo tempore: Accesserūt ad iesum scribe et pharisei dicentes. Magister: volum⁹ a te signū videre. Qui respōdens ait illis. Generatio mala et adultera signū querit: et signum nō dabitur ei nisi signū ione prophete. Sicut enim fuit ionas in vētre ceti trib⁹ diebus et tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre trib⁹ diebus et tribus noctibus. Uiri niniuite surgent in iudicio cū generatione ista: et cōdennabunt eā: quia penitentiam egerunt in predicatione ione. Et ecce plusq̄ ionas hic. Regina austri surget i iudicio cum generatione ista: et condennabit eam: quia venit a finibus terre audire sapientiam salomonis. Et ecce plusq̄ salomon hic. Cū autē immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida querēs requiem et non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meā: vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantē: scopis mundatā et ornatam. Tunc vadit et assumit septē alios spūs secum nequiores se: et in

trantes habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus: sic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris querētes loqui ei. Dixit autem ei quidā. Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te At ipse respondens: dicenti sibi ait Que est mater mea / et que sūt fratres mei. Et extēdens manū in discipulos suos: dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatē patris mei qui in celis est: ipse meus frater: et soror et mater est: Offer. Meditabor in mandatis tuis q̄ dilexi valde et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi Secreta.

Hostias tibi domine placationis offerimus: vt et delicta nostra miseratus absoluas: et nutantia corda ad te dirigas. Per. Cōio. Intellige clamorē meū itende voci orationis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine. Post cōmunio.

Tui domine perceptione sacramenti a nostris mundemur occultis et ab hostium liberemur insidiis. Super populū. Humilia

Mentes nostras quesumus domine lumine tue claritatis illustra: vt videre possumus que agenda sunt: et que recta sunt agere valeamus. Feria quinta. Officiū

Confessio et pulchritudo in conspectu eius sanctitas et magnificētia in sāctificatione eius. ps. Cātate dn̄o cāticū nouū: cātate domino omnis terra. Oremus. Flectamus genua.

Omnipotens sempiterne deus qui in obseruatione ieiuniū et elemosinarū largitione nostrorū posuisti remedia peccatorū concede nos mente et corpore semper tibi esse deuotos. Per. Lectio ezechielis pphete

In diebus illis Factū est verbū domini ad me dicens. Quid est quod iter vos parabolā vertitis i puerbiū istud in terra israel dicentes: patres comederūt vuam acerbā: et dētes filiorū obtupescunt. Uiuo ego dicit domin⁹ deus: si vltra erit parabola hec in prouerbium in israel Ecce oēs aīe mee sunt: vt aīa pr̄is ita et aīa filii mea est. Aīa que peccauerit ipsa morietur. Et vir si fuerit iust⁹ et fecerit iudiciū et iusticiā: in montibus non comederit: et oculos suos non leuauerit ad ydola domus israel: et vxorē proximi sui non violauerit: et ad mulierem mēstruatam non accesserit: et hominē non cōtristauerit / pignus debitori reddiderit: per vim nichil rapuerit: panem suum esurienti dederit: et nudū operuerit vestimento: ad vsuram non cōmodauerit et amplius non acceperit: ab iniquitate manū suā auerterit / iudicium verum fecerit inter virum et virum: in preceptis meis ambulauerit: et iudicia mea custodierit vt faciat veritatem: hic iustus est vita viuet et nō morietur. Ait domin⁹ deus. Quod si genuerit filium latronem effundentem sanguinem: et fecerit vnū de istis et hec quidem omnia nō facientem sed in mōtibus comedentem et vxorē proximi sui polluentem: egenum et pauperem contristantē rapientem rapinas: pign⁹ non reddentem et ad ydola leuantem oculos suos abominationem facientem: ad vsurā dantē et amplius accipientem: nunquid viuet. Non viuet. Cū vniuersa hec detestā

da fecerit: morte morietur: sāguis
eius in ipo erit. Quod si genuerit fi
lium qui vidēs peccata omnia pa=
tris sui que fecit timuerit et non fe
cerit simile eis iudicia mea fecerit ⁊
in preceptis meis ābulauerit: hic
non morietur ab iniquitate patris
sui: sed vita viuet. Pater eiꝰ qui ca=
lumniatus est: et vim fecerit fratri
et malum operatꝰ est in medio po
puli sui. ecce mortuus est iniquita=
te sua. Et dicitis. Quare non por=
tabit filius iniquitatem patris sui:
videlicet quia filius iudicium et iu
sticiam operatus est. Omnia prece
pta mea custodiuit: et fecit ea: vita
viuet et non morietur. Ait domi=
nus omnipotens. ℞. Custodi me domi
ne vt pupillam oculi sub vmbra alarum tua
rum protege me. Vsus. De vultu tuo iudiciū
meum prodeat oculi tui videant equitates.

Secundum iohannem. viii

In illo tempore: Dicebat
iesus ad eos qui crediderāt
ei iudeos. Si vos manseritis in ser
mone meo vere discipuli mei eri=
tis. Et cognoscetis veritatē: ⁊ veri
tas liberabit vos. Responderūt ei
iudei. Semen abrahe sumus: ⁊ ne
mini seruimus vnq̄. Quomodo tu
dicis liberi eritis. Respondit eis ie
sus. Amē amē dico vobis: quia om
nis qui facit peccatum: seruꝰ est pec
cati. Seruus autem non manet in
domo in eternū: filius autem ma=
net in eternum. Si ergo filius vos
liberauerit: vere liberi eritis. Scio
quia filii abrahe estis: sed queritis
me interficere: quia sermo meꝰ nō
capit ī vobis. Ego quod vidi apud
patrem loquor: et vos que vidistis
apud patrem vestrum facitis. Re=
sponderunt et dixerunt ei. Pater
noster abraham est. Dixit eis iesus
Si filii abrahe estis: opera abrahe
facite. Nūc autē queritis me inter
ficere: hominem qui veritatem lo=
cutus sum vobis quā audiui a deo
Hoc abraham non fecit. Vos faci=
tis opera patris vestri. Dixerunt
ergo ei. Nos ex fornicatione nō su=
mus nati: vnum patrem habemꝰ
deum. Dixit ergo eis iesꝰ. Si deus
pater vester esset: diligeretis vtiq̄
me. Ego enim ex deo processi et ve
ni. Neq̄ enim a meipso veni. sed il=
le me misit. Quare loquelam meā
non cognoscitis. Quia nō potestis
audire sermonem meū. Vos ex pa
tre dyabolo estis: et desideria pa=
tris vestri vultis facere. Ille homi
cida erat ab initio: ⁊ in veritate nō
stetit: quia veritas nō est in eo. Cū
loquitur mendatium ex propriis
loquitur: quia mendax est et pater
eius. Ego autem quia veritatem
dico: non creditis michi. Qui est ex
deo: verba dei audit. Offertorium. Im
mittit angelus dn̄i in circuitu timentium eū
⁊ eripiet eos gustate ⁊ videte quoniā suauis
est dominus. Secreta

Sacrificia domine quesumꝰ
propensius ista nos saluēt
que medicinalibus sunt instituta
ieiuniis. Per. Cōmunio. Panis quē ego
dedero caro mea est pro seculi vita. Postcōio

Tuorum nos domine largi
tate donorū: ⁊ tēporalibus
attolle presidiis: et renoua sēpiter
nis. Per. Super populum. Humilia.

Da quesumus domine popu
lis christianis et que profici
entur agnoscere: et celeste munus
diligere quod frequentant. Per.

Feria sexta. Officium.

De necessitatibus meis eri
pe me domine vide humi
litatem meam et laborem meum

et dimitte omnia peccata mea. Ps.
Ad te dn̄e leuaui animã meã: deꝰ meꝰ in te cõ
fido non erubescam. Oremus. Flectamus.

Esto domine plebi tue pro
picius: et quam tibi facis es
se deuotam: benigno refoue mise=
ratus auxilio. Per. Lectio ezechielis
prophete xviii. capitulo.

Hec dicit dominus. Anima
q̄ peccauerit: ipa morietur
Filiꝰ nõ portabit iniq̄tatē p̄ris ⁊ p̄r
nõ portabit ĩiquitatē filii. Iusticia
iusti super eũ erit: et impietas im=
pii erit super eum. Si autem impi
us egerit penitentiam ab omnibꝰ
peccatis suis que operatus est: ⁊ cu
stodierit omnia precepta mea ⁊ fe
cerit iusticiam et iudicium: vita vi
uet et non morietur. Omnium ini
quitatum eius quas operatus est
nõ recordabor. In iusticia sua quã
operatus est / viuet. Nunquid vo=
luntatis mee est mors impii dicit
dominus deus: et non vt converta
tur a viis suis et viuat. Si autem a
uerterit se iustus a iusticia sua / et fe
cerit iniquitatem secundum om=
nes abominationes quas operari
solet impius. nunquid viuet. Om=
nes iusticie eius quas fecerat nõ re
cordabuntur. In preuaricatione
qua preuaricatus est: et in peccato
suo quod peccauit: in ipsis morie=
tur. Et dixistis. Non est equa via
domini. Audite ergo domꝰ dauid
Nunquid via mea non est equa: et
non magis vie vestre praue sunt.
Cum enim auerterit se iustus a iu=
sticia sua et fecerit iniquitatē: mo=
rietur in ea. In iusticia sua quam
operatus est morietur. Et cum a=
uerterit se impiꝰ ab impietate sua
quam operatus est / et fecerit iudi=
ciũ et iusticiam: ipse animã suam
viuificabit. Considerans enim se ⁊
auertēs ab omnibus peccatis suis
que operatus est: vita viuet et non
morietur. Ait dominus omnipo=
tens. ℟. Saluũ fac seruũ tuũ deus meꝰ spe
rantē in te. ℣sus. Auribus p̄cipe domine ora=
tionem meam. Tractus. Domine non secũ
dum. ℭ Secundum iohannem v. ca.

xviii

In illo tempore. Erat dies
festus iudeorum: et ascen=
dit iesus hierosolimã. Est autem
hierosolimis probatica piscina que
cognominatur hebraice bethsai=
da: quinqꝫ porticus habens. In his
iacebat multitudo magna lãguē
tium: cecorum: claudorum / aridio=
rum expectantium aque motum
Angelus autem domini secũdum
tempus descendebat in piscinã: et
mouebatur aqua. Et qui prior de
scendisset in piscinam post motio=
nem aque: sanus fiebat: a quacũqꝫ
detinebatur infirmitate. Erat au
tem quidam homo ibi triginta et
octo annos habens in infirmitate
sua. Hunc cum vidisset iesus iacen
tem et cognouisset quia iam mul=
tum tempus haberet: dixit ei. Vis
sanus fieri. Respondit ei languidꝰ
Domine hominem non habeo vt
cum turbata fuerit aqua: mittat
me in piscinam: Dum venio enim
ego. alius ante me descēdit. Dixit
ei iesus. Surge: tolle grabatum tu
um et ambula. Et statim sanꝰ fa=
ctus est homo: et sustulit grabatũ
suum et ambulabat. Erat autem
sabbatum: in illo die. Dicebant er
go iudei: illi qui sanus fuerat effe=
ctus. Sabbatũ est: nõ licet tibi tol
lere grabatũ tuum: Respondit eis
Qui me sanũ fecit: ille michi dixit.
tolle grabatũ tuũ et ambula. In=
terrogauerunt ergo illũ. Quis est

ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum et ambula. Is aūt qui sanus fuerat effect⁹: nesciebat quis esset. Jesus autem declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eum iesus in templo: et dixit illi. Ecce sanus factus es: iā noli peccare: ne deterius tibi aliquid cōtingat. Abiit ille homo ⁊ nunciauit iudeis: quia iesus esset qui fecit eum sanum. Offr. Benedicite anima mea domino et noli obliuisci oēs retributiōes ei⁹ ⁊ renouabitur sicut aquille iuuētus tua. Secreta

Suscipe quesumus domine munera nostris oblata seruitiis: et tua propicius dona sanctifica. Per dominum. Cōio Erubescāt et conturbentur oēs inimici mei aduertātur retrorsū et erubescāt valde velociter. Postcōio.

Per hui⁹ domine operatione misterii: et vicia nostra purgentur: et iusta desideria compleantur. Per dominum. ¶ Super populum. Humiliate capita

Exaudi nos misericors deus et mentib⁹ nostris gratie tue lumē ostende. Per dominum.

¶ Sabbato .iiii. temporum. Officium.

Intret oratio mea in conspectu tuo iclina aurem tuam ad precem meam domine. Ps. Dñe de⁹ salutis mee i die clamaui. Et nocte corā te. Nō dr̄. Dñs vobiscū vsq₃ ad vltimā orōnē añ epistolā. S₃ ad quā l₃ dicit. Orem⁹. Flectam⁹ genua leuate orō.

Populum tuum quesumus domine propicius respice: atq₃ ab eo flagella iracūdie tue clementer aduerte. Deuteronomii. xxvi.

In diebus illis Locutus est moyses ad dominum dicēs Respice domine de sanctuario tuo et de excelso celorum habitaculo ⁊ benedic populo tuo israel: et terre quam dedisti nobis sicut iurasti patribus nostris: terre lacte et melle mananti. Audi israel: hodie dominus deus tuus precepit tibi vt facias mandata eius atq₃ iudicia et custodias ⁊ impleas ex toto corde tuo et ex tota anima tua. Dominū elegisti hodie vt sit tibi deus vt ambules in viis eius / et custodias cerimonias illius / ⁊ mandata atq₃ iudicia et obedias eius imperio. Et dominus elegit te hodie: vt sis ei populus peculiaris sicut locutus est tibi Et custodias omnia precepta eius et faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem ⁊ nomen et gloriam suam: et sis populus sanctus domini dei tui: sicut locutus est tibi. R. Dirigat orō mea sicut incēsū i ɔspectu tuo dñe. V. Eleuatio manuum meaꝝ sacrificiū vesptinū. Oremus. Flectamus genua.

Deus qui nos in tantis periculis cōstitutos pro humana sis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis: vt ea que pro peccatis nostris patimur: te adiuuāte vicam⁹. Per. Deuteronomii. xi

In diebus illis: Dixit moyses filiis israel. Si custodieritis mandata que ego precipio vobis et feceritis ea: vt diligatis dominum deum vestrum et ambuletis in omnibus viis eius adherentes ei: disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem vestram et possidebitis eas que maiores et fortiores vobis sūt. Omnis locus quē calcauerit pes vester vr̄ erit. A deserto et libano et flumine magno eufrateq₃ ad mare occidētale erūt termini vestri. Nullus stabit contra vos. Terrorem vestrum et formidinem dabit dominus deus ve-

ster super omnē terram quā calcaturi estis: sicut locutus est vobis domin⁹ deus vester. ℟. Protector nr̄ aspice deus et respice sup seruos tuos ℣. Dn̄e deus virtutū exaudi preces seruoꝝ tuoꝝ. Oremus

Secūdū ℟ hic di Propicius.

P Rotector noster Flectamus aspice deus vt qui maloꝝ nostroꝝ pondere premimur: percepta misericordia: libera tibi mente famulemur. Per dominum. Lectio libri machabeorum. i. secundo.

I N diebus illis: Orationem faciebant sacerdotes dum offerrēt sacrificium pro populo israel: ionatha ichoāte / ceteris autē respondentibus & dicentib⁹. Bn̄faciat vobis deus et meminerit testamēti sui qd ad abrahā & ysaac et iacob locut⁹ est seruoꝝ suoꝝ fideliū Ut det vobis cor oībus vt colatis eum: et faciatis eius volūtatē. Adaperiat cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat pacē. Exaudiat orationes vestras et reconcilietur vobis: nec vos deserat in tēpore malo: dominus deus vester. ℟. Propicius esto pctis nr̄is dn̄e neqn̄ dicāt gētes vbi ē deus eoꝝ. ℣. Adiuua nos deus salutaris nr̄ et ppter honorē nois tui domine libera nos. Oremus. Flectam⁹ genua. leuate

Tertiū ℟ Conuertere.

A Desto quesumus domine supplicationibus nostris: vt esse te largiēte mereamur. et inter prospera humiles: et inter aduersa securi. Per. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxxvi.

M Iserere nostri deus omniū et respice nos: et ostēde nobis lucem miserationum tuarum Et immitte timorem tuū super gentes que non exquisierunt te vt cognoscant quia non est deus nisi tu. vt enarrēt magnalia tua. Alleua manū tuam super gentes alienas vt videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis: sic in cōspectu nostro magnificaberis in illis. Ut cognoscant te sicut & nos cognouimus: quoniam non est deus preter te domine. Innoua signa: et immuta mirabilia. Glorifica manum: et brachium dextrum. Excita furorē et effunde iram. Extolle aduersarium: et affige inimicum. Festina tempus: & memēto finis. Ut enarrent mirabilia tua: domine deus noster. ℟. Cōuertere dn̄e aliquātulū et deprecare sup seruos tuos. ℣. Dn̄e refugiū fact⁹ ē nobis a gn̄atione & pgenie. Oremus. Flectamus genua

P Reces populi tui quesumus domine clemēter exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur: pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per. Lctō danielis prophete. iii.

I N diebus illis. Angelus domini descendit cum azaria et sociis eius in fornacem: et excussit flamam ignis de fornace: et fecit medium fornacis quasi vētum roris flantem. Flama autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: et incendit quos repperit iuxta fornacem de caldeis ministros regis qui eam incēdebant. Illos autem omnino nō tetigit ignis neq̄ cōtristauit: nec molestie quicq̄ itulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore hymnum dicebant: et magnificabāt deum in fornace dicentes. Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis et superexaltatus in secula. Et benedictum nomen glorie tue sanctum: et laudabile et superexaltatum in omnibus seculis. Benedictus es in tēplo sancto glorie tue:

Quartū ℟ Dirigatur.

et superlaudabilis et superexaltatus in omnib⁹ seculis. Benedict⁹ es in firmamẽto celi: ꝛ laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es qui intueris abyssos et sedes sup cherubin: ꝛ laudabilis ꝛ superexaltatus in secula. Tractus.

Benedictus es in firmamẽto celi ꝛ laudabilis et gloriosus in secula. ℣. Benedicite omnia opera domini domino benedicite celi domino benedicite angeli domini domino. ℣. Hymnum dicite et superexaltate eũ in secula. ℣. Benedicite aque que super celos sunt domino benedicite omnes virtutes domini domino benedicite sol et luna domino. Hymnum. ℣. Benedicite stelle celi domino benedicite ymber et ros domino benedicite omnis spiritus dei domino. Hymnum dicite ℣. Benedicite ignis et estus domino benedicite noctes et dies domĩo benedicite tenebre et lumen domino. Hymnum. ℣. Benedicite frigus et cauma domino benedicite pruina ꝛ niues domino benedicite fulgura et nubes domino. Hymnum dici. ℣. Benedicat terra domino benedicite montes ꝛ colles domino benedicite omnia nascentia terre dño. Hymnum. ℣. Benedicite maria et flumina domino benedicite fontes domino benedicite cete et omnia que mouentur in aquis dño. Hymnum. ℣. Benedicite volucres celi domino benedicite bestie ꝛ vniuersa pecora domino benedicite filij hominum domino. Hymnum. ℣. Benedicat israel domino: benedicite sacerdotes domini domino benedicite serui domini domino. Hymnum. ℣. Benedicite spirit⁹ et anime iustorum domĩo benedicite sancti et humiles corde domino. Hymnum dicite. ℣. Benedicite anania azaria misael domĩo hymnum dicite et superexaltate eum in secula. Dñs vobiscũ. Orem⁹. Flectamus genua

Deus q̃ trib⁹ pueris mitigasti flamas igniũ cõcede propicius: vt nos famulos tuos nõ exurat flama viciorũ. Per. Non dicũtur collecte .ij. Ad thessalonicenses. v.

Fratres. Rogam⁹ vos corripite inquietos. cõsolamini pusillanimes suscipite ĩfirmos. patiẽtes estote ad oẽs. Uidete ne q̃s malum pro malo alicui reddat: sꝫ semper quod bonũ est sectamini in inuicẽ ꝛ in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate. in oĩbus gratias agite. Hec est enim voluntas dei: in xp̃o iesu in oĩb⁹ vob⁹. Spm̃ nolite extinguere / ꝓphetias nolite spernere. Omnia autẽ probate: quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstĩete vos. Ipe aũt de⁹ pacis sanctificet vos ꝑ oĩa ꝛ ĩteger spiritus vester. et anima ꝛ corpus sine querela: in aduentu domini nostri iesu christi: seruet. Trac.

Laudate dominũ oẽs gẽtes ꝛ collaudate eum oẽs populi. ℣. Qm̃ cõfirmata est sup nos mĩa eius ꝛ veritas dñi manet in eternum. ¶ Secundum matheum. xvij.

In illo tempore. Assumpsit iesus petrum et iacobum ꝛ iohannem fratrem eius: et duxit illos in montem excelsum seorsum et transfiguratus est ante eos. Et resplẽduit facies ei⁹ sicut sol: vestimẽta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerũt illis moyses et helyas: cum eo loquentes. Respondens autem petrus: dixit ad iesum. Domine bonum est nos hic esse. Si vis: faciam⁹ hic tria tabernacula. Tibi vnum. moysi vnum. ꝛ helye vnum. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli: ceciderunt in faciem suam. et timuerunt valde. Et accessit iesus et

tetigit eos: dixitq eis. Surgite: no
lite timere. Leuãtes aũt oculos su
os neminẽ viderũt: nisi solũ iesum
Et descẽdẽtib9 illis de mõte prece-
pit eis iesus dicẽs. Nemini dixerit
visionẽ: donec fili9 hoïs a mortuis
resurgat. Offerto. Domine deus salutis
mee in die clamaui et nocte coram te intret
oratio mea in conspectu tuo domine. Secre.

Presentibus sacrificiis dñe ie
iunia nr̃a sctifica: vt qd ob-
seruãtia nr̃a pfitet extrisec9. iteri
us opet. Per. Cõio. Dñe de9 me9 in te spe-
raui libera me ab omnibus persequentibus
me et eripe me. Postcommunio.

Sanctificatiõib9 tuis qs ops
de9. et vicia nr̃a curent: et re-
media nobis eterna pueniãt. Per.
Super populum. Humiliate capita vestra.

Nō dr orō sup populum.

Ab oïb9 nos qs dñe pctis pro
piciat9 absolue vt pcepta ve
nia pctoꝝ liberis tibi mẽtib9 serui-
amus. Per. Dñica.ij.xl. missa matutina.
vt supra. Ad processiõn. vt supra. Officium.

Remiscere miserationũ
tuarũ dñe et mie tue q a
seculo sunt ne vnq dñen
tur nob inimici nr̃i libe
ra nos de9 israel ex oïb9 angustiis
nostris. Ps. Ad te domine leuaui animam
meam. deus meus in te confido non erube-
scam. Oratio.

Deus qui cõspi-
cis omni nos virtute desti-
tui: interius exteriusq custodi: vt
et ab omnibus aduersitatibus mu
niamur in corpore: et a prauis cogi-
tationibus mundemur in mente.
Per dominũ nostrum iesum chri-
stum. C.j. Ad thessalonicenses.iiij.

Fratres. Rogamus vos et
obsecramus in domino ie-
su: vt quemadmodum accepistis
a nob quomodo oporteat vos am
bulare et placere deo: sic et ambu-
letis vt abundetis magis. Scitis
enim que precepta dederim vobis
per dominum iesum. Hec est eniz
voluntas dei sanctificatio vestra:
vt abstineatis vos a fornicatione.
vt sciat vnusquisq vestrum suum
vas possidere in sanctificatione et
honore. Non in passione desiderii:
sicut et gentes que ignorant deũ
Et ne quis superegrediatur neq
circumueniat in negocio fratrem
suum: quoniã vindex est dominus
de omnibus his: sicut prediximus
vobis et testificati sumus. Nõ eñ
vocauit nos deus in immundiciã
sed in sanctificationem. In christo
iesu domino nostro. R. Tribulatiões
cordis mei dilatate sunt de necessitatib9 me-
is eripe me dñe. V. Uide humilitatẽ meã et la
borẽ meũ et dimitte oïa pctã mea. Tractus.

Dixit dñs mulieri chananee nõ ẽ bonũ
sumere panẽ filioꝝ et mittere canibus
ad mãducãdũ. V. At illa dixit etiã dñe nã et
catelli edũt de micis q cadũt de mẽsa dñorum
suorum. V. Ait illi iesus mulier magna est fi-
des tua fiat tibi sicut petisti. C S. math.xv.

In illo tpe. Egressus iesus se
cessit i partes tyri et sydonis
Et ecce mulier chananea a finib9
illis egressa: clamauit dicens ei. Mi
serere mei dñe fili dauid: filia mea
male a demonio vexatur. Qui nõ
rñdit ei verbũ. Et accedẽtes disci-
puli ei9: rogabãt eũ dicẽtes Dimit
te eã: q clamat post nos. Ipse aũt
respondens ait. Non sum missus:
nisi ad oues que perierunt domus
israel. At illa venit: et adorauit eũ
dicens. Dñe adiuua me. Qui respõ
dens ait. Non est bonum sumere
panem filioꝝ: et mittere canib9 At
illa dixit. Etiam domie. Nam et ca
telli edunt de micis que cadunt de
mensa dominorum suorum. Tũc

Epi. Rogam9 vos corripite. ut heri.

Tract. De necessitatibz. fo.xxii. Euange. Assūpsit ihē petrū. ut heri.

respondens iesus: ait illi O mulier magna est fides tua. Fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius: ex illa hora. Credo. Offer. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

SAcrificiis presentib9 domine quesumus intende placatus. vt et deuotioni nostre proficiant et saluti. Per do. Cõio. Intellige clamorẽ meũ intende voci orationis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine. Postcommunio

SUpplices te rogamus omnipotẽs deus: vt quos tuis reficiis sacramẽtis: tibi etiam placitis morib9 dignãter deseruire cõcedas. Per. Feria.iii. offm

REdime me dñe et miserere mei pes enim me9 stetit in via recta in ecclesiis bñdicam dñm. ps. Judica me dñe qm ego in innocẽtia mea ingressus sum et in dño sperãs nõ infirmabor. Oremus. Flectam9 genua Leua.

PResta quesumus omnipotens de9: vt familia tua q̃ se affligendo carne ab alimẽtis abstinet: sectãdo iusticiã a culpa ieiunet. Per. Danielis prophete.ix.

IN diebus illis. Orauit daniel dicens. Domine deus noster qui eduxisti populum tuum de terra egypti in manu forti: et fecisti tibi nomen secundum diẽ hanc: peccauimus: iniquitatem fecimus domine in omnẽ iusticiam tuã. Auertatur obsecro ira tua: et furor tuus a ciuitate tua hierusalem: et a mõte sancto tuo. Propter peccata enĩ nostra. et iniquitates patrum nostrorum: hierusalem et populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi deus noster orationem serui tui et preces eius: et ostẽde faciem tuam super sanctuarium tuum quod desertum est. Propter temetipsum inclina deus meus aurem tuam: et audi. aperi oculos tuos et vide desolationem nostram et ciuitatis super quam inuocatũ est nomen tuum. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam sed in miserationibus tuis multis Exaudi domine: placare domine attende et fac. Ne moreris propter temetipsum deus meus / quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem et super populum tuum: dñe de9 nr̃. R. Adiutor meus et liberator me9 esto dñe ne tardaueris. V. Cõfundantur et reuereãt inimici mei q̃ q̃rũt aĩam meã. Tract9. Dñe nõ scdm. vt su xviii. Scdm iohannẽ. viii.

IN illo tẽpore. Dixit iesus turbis iudeorum. Ego vado et queretis me: et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado: vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nunq̃d interficiet semet ipsum: quia dixit quo ego vado nõ potestis venire? Et dicebat eis. Vos de deorsum estis: ego de superi9 sũ. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis q̃a ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebãt ergo ei. Tu quis es? Dixit eis iesus. Principium qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui: et iudicare. Sed qui misit me verax est: et ego q̃ audiui ab eo hec loquor in mũdo. Et nõ cognouerũt quia de patre eis dicebat Dixit ergo eis iesus. Cum exaltaueritis filiũ hominis: tunc cognoscetis quia ego sum. Et a meipso facio nichil:

sed sicut docuit me pater: hec lo-
quor Et qui misit me mecū est. Et
nō reliq̇t me solū: qr ego q̄ placita
sunt ei facio semp. Offer. Bn̄dicā dn̄m
q̄ michi tribuit intellectū, puidebā deū in cō-
spectu meo semper quoniam a dextris est mi
chi ne commouear. Secreta

Hec hostia dn̄e placationis
⁊ laudis: tua nos ꝓpiciatio
ne dignos efficiat. Per. Cōio. Dn̄e do
minus noster q̄ admirabile est nomē tuum
in vniuersa terra. Postcōio

Hec nos cōmunio dn̄e pur-
get a crimine: ⁊ celestis re-
medii faciat esse cōsortes. Per. Sup
populum. Humiliate capita vestra deo.

Adesto supplicationibꝰ no-
stris oīps deꝰ: ⁊ quibꝰ fiduci
am sperande pietatis indulges: cō
suete mīe tribue benignꝰ effectū.
Per. Feria tertia. Officiū.

Tibi dixit cor meū quesiui
vultū tuū: vultū tuū do-
mine requirā ne auertas
faciem tuam a me. ps. Dn̄s illūīatio
mea. ⁊ salus mea quē timebo. Ore. Flecta.

Perfice q̄s dn̄e benignꝰ in
nobis obseruantie sancte
subsidiū vt que te auctore faciēda
cognouimus: te operante implea
mus. Per. Lectio libri regū. iii. xvii.

In diebꝰ illis. Factꝰ est ser-
mo dn̄i ad helyā thesbitē
dicēs. Surge ⁊ vade in sareptā sy-
doniorū: ⁊ manebis ibi. Precepi ei
ibi mulieri vidue vt pascat te. Sur
rexit et abiit in sareptā. Cumqꝫ ve-
nisset ad portā ciuitatis: apparuit
ei mulier vidua colligēs ligna. Et
vocauit eam: dixitqꝫ illi. Da michi
paululū aque in vase: vt bibā. Cū-
qꝫ illa pgeret vt afferret: clamauit
post tergum eius dicens. Affer mi
chi obsecro: et bucellā panis in ma
nu tua: Que respondit. Viuit dn̄s
deus tuus/ quia nō habeo panē: ni
si quātū pugillus potest capere fa
rine in ydria ⁊ paululū olei in lechi
to. En colligo duo ligna: vt ingre
diar ⁊ faciā illud michi et filio meo
vt comedamus et moriamur. Ad
quam helyas ait. Noli timere: sed
vade ⁊ fac sicut dixisti. Verūtamē
michi primum fac de ipsa farinula
subcineritium panem paruulū et
affer ad me. Tibi autē et filio tuo
facies postea. Hec autem dicit do-
minus deꝰ israel. Hidria farine nō
deficiet: nec lechitus olei minue-
tur vsqꝫ in diem in qua daturꝰ est
dominus pluuiam super faciē ter-
re. Que abiit ⁊ fecit iuxta sermonē
helye. Et comedit ipse et illa/ ⁊ do
mus eiꝰ tota. Ex illa die hidria fari
ne non deficit: et lechitus olei non
est imminutus. Iuxta verbum do
mini: quod locutus est in manu he
lye. ℟. Iacta cogitatum tuum in domino
et ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad do
minum exaudiuit vocem meā ab his qui ap
propinquant michi. Scd̄m matheum. xxiii.

In illo tempore. Locutus
est iesꝰ ad turbas ⁊ ad disci
pulos suos dicēs. Super cathedrā
moysi sederunt scribe et pharisei.
Omnia ergo quecūqꝫ dixerint vo
bis: seruate et facite. Secundū ve
ro opera eorū nolite facere. Dicūt
enim et non faciūt. Aligāt autem
onera grauia ⁊ importabilia: ⁊ im
ponūt in humeros hominū. Digi-
to autem suo: nolunt ea mouere.
Oīa opa vero sua faciūt: vt videā
tur ab hominibus. Dilatāt enim
philacteria sua: et magnificāt fim
brias. Amāt autē primos recubitꝰ
in cenis ⁊ primas cathedras ī syna
gogis ⁊ salutatiōes ī foro. ⁊ vocari

ab hominibus rabbi. Uos autem nolite vocari rabbi. Unus est eni magister vester. Omnes autẽ vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram. Unus est eni pater vester qui i celis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester unus est xp̄s. Qui maior est vestrum erit minister vester. Qui autẽ se exaltauerit: humiliabitur. Et qui se humiliauerit: exaltabit. Offer. Miserere michi dñe secũdũ magnam miam tuã dele dñe iniquitatẽ meã. Secreta

Sanctificationem tuam nobis domie his mysteriis placat' operare: que nos et a terrenis purget viciis. & ad celestia regna pducat. Per. Cõio. Narrabo oĩa mirabilia tua letabor et exultabo in te psallam nomini tuo altissime. ¶ Postcommunio.

Ut sacris domie reddamur digni muneribus: fac nos tuis quesumus obedire mandatis Super populum. Humiliate.

Propiciare domine supplicationib' nr̃is: et aiarũ nostrarũ medere languoribus vt remissione pcepta: i tua sẽper benedictione letemur. Per do. ¶ Feria quarta. Officium.

Ne derelinquas me domine deus me' ne discedas a me intende in adiutorium meũ dñe virtus salutis mee. Ps. Dñe ne i furore tuo arguas me. Neq; in ira tua corripias me. Ore'. Flectam' genua

Populum tuum dñe propicius respice: & quos ab escis carnalib' precipis abstinere: a noxiis quoq; viciis cessare cõcede. Per. ¶ Lectio libri hester. xiii.

In dieb' illis. Orauit mardocheus: ad dominũ dicẽs Dñe deus rex oĩps in ditiõe tua cũcta sunt posita: et nõ est qui possit resistere volũtati tue. Si decreueris saluare nos: continuo liberabimur. Tu enim domine fecisti celũ et terram et quicquid celi ambitu continetur. Tu es dominus oĩm: et nõ est qui resistat maiestati tue. Et nũc dñe rex regũ: de' abraham miserere pp̄lo tuo q2 volũt inimici nostri perdere nos & hereditatẽ tuam delere. Ne despicias partẽ tuã quã redemisti tibi: sed exaudi depcationẽ nostrã: & ppici' esto sorti & funiculo hereditatis tue. Et cõuerte luctũ nostrũ in gaudiũ: vt viuẽtes laudem' nomen tuũ: & ne claudas ora canẽtiũ te dñe deus nr̄. R. Saluũ fac pp̄lm tuũ dñe et bñdic hereditati tue. V. Ad te dñe clamaui de' me' ne sileas a me & ero siĩis descẽdẽtib' i lacũ. Tract'. Dñe nõ scdm̃. xviii vtsu. S. matheũ. xx. ca.

In illo tpe. Ascendẽs iesus hierosolimã: assumpsit duodecim discipulos suos secreto. et ait illis. Ecce ascẽdim' hierosolimã: & fili' hoĩs tradetur pricipib' sacerdotũ & scribis: & condẽnabunt eũ morte Et tradent eũ gentibus ad illudẽdum & flagellãdũ & crucifigendũ: et die tercia resurget. Tũc accessit ad eũ mater filiorũ zebedei cũ filiis suis: adorãs & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeãt hi duo filii mei: vnus ad dexterã tuã & vn' ad sinistrã in regno tuo. Respõdens aũt iesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibitur' sum Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere aũt ad dexterã meam & ad sinistrã non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et audiẽtes decem. indignati sũt

de duobus fratribus. Jesus autem vocauit eos ad se: et ait Scitis quia principes gentium dominātur eorum. et qui maioꝛes sunt: potestatem exercent in eos. Nō ita erit inter vos: sed quicūꝫ voluerit inter vos maioꝛ fieri: sit minister vester. Et qui voluerit inter vos pꝛimus esse erit vester seruus. Sicut filius hominis nō venit ministrari: sed ministrare Et dare animā suā: redēptionē pꝛo multis. Offer. Ad te leuaui aīam meam deus meus in te confido nō erubescam neꝫ irrideāt me inimici mei et eteni vniuersi q̄ te expectāt nō cōfūdent. Secreta

HOstias tibi domine quas offerimus ꝓpicius respice: et per hec sancta cōmercia: vincula pctōꝛū nostroꝛum absolue. Per. Cōio. Justus dominus et iusticia dilexit equitatem vidit vultus eius. Postcō.

SUmptis domine sacramētis: ad redemptiōis eterne quesumus ꝑficiamus augmentū Per do. Sup ppl̄m. Oꝛemꝰ. Humiliate ca.

DEus innocencie restitutoꝛ et amatoꝛ/ dirige ad te tuorum coꝛda seruoꝛū: vt spiritus tui feruoꝛe concepto: et in fide inueniantur stabiles/ ⁊ in opere efficaces Per do. eiusdē. ¶ Feria quinta. Officiū.

DEus in adiutoꝛiū meum intēde domine ad adiuuandum me festina confundantur et reuereantur inimici mei qui querūt animā meam. ps. Auertantur retroꝛsum et erubescāt qui volūt michi mala. Oꝛeꝰ Flectamꝰ genua

PResta nobis dn̄e q̄s auxilium gratie tue vt ieiuniis ⁊ oꝛationibꝰ cōuenienter intenti: liberemur ab hostibꝰ mētis ⁊ coꝛpoꝛis. Per. Lec. hieremie ꝓphe. xvii

HEc dicit dominus deꝰ. Maledictus homo qui confidit in homine: ⁊ ponit carnem bꝛachiū suum ⁊ a dn̄o recedit coꝛ eiꝰ. Erit em̄ quasi mirice in deserto: ⁊ non videbit cum venerit bonum. Sed habitabit in siccitate ī deserto: in terra salsuginis et inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in dn̄o: et erit dominus fiducia eiꝰ. Et erit quasi lignum quod transplantatur sup aquas quod ad humoꝛē mittit radices suas: ⁊ nō timebit cū venerit estus. Et erit folium eius viride et in tempoꝛe siccitatis non erit sollicitum: nec aliquando desinet facere fructum: Pꝛauum est coꝛ homīs ⁊ inscrutabile: q̄s cognoscet illud? Ego dn̄s scrutās coꝛda et ꝓbās renes: qui do vnicuiqꝫ iuxta viā suā. et iuxta fructū adiuentionum suarū Dicit dn̄s op̄s. ℟. Pꝛopiciꝰ esto dn̄e peccatis nostris nequando dicant gentes vbi est deus eoꝛum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster ⁊ pꝛopter honoꝛem nominis tui domine libera nos. Secundum iohannem. v.

IN illo tempoꝛe Dixit iesus turbis iudeoꝝ. Nō possum ego a meipso facere quicq̄: sed sicut audio iudico: et iudiciū meū iustū est: qꝛ nō quero volūtatem meam: sed voluntatem eius qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de meipo: testimoniū meū non est verum. Aliꝰ est q̄ testimoniū ꝑhibet de me. Et scio qꝛ verū est testimoniū: qd̄ ꝑhibet de me. Vos misistis ad iohānē: et testimoniū ꝑhibuit veritati. Ego aūt nō ab hoīe testioniū accipio: sed hec dico vt vos salui sitis Jlle erat lucerna ardēs ⁊ lucens: vos autē voluistis ad hoꝛā exultare in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius iohanne. Opera enim que dedit michi pater

vt perficiaꝫ ea: ipsa opera que ego facio testimonium perhibēt de me qꝛ pater me misit. Et qui misit me pater ipse testimonium perhibuit de me. Neqꝫ vocem eius vnq̄ audistis: neqꝫ speciem eius vidistis. Et verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille huic vos non creditis. Scrutamini scripturas: qꝛ vos putatis in ipsis vitam eternam habere ⁊ ille sunt que testimonium perhibēt de me. Et non vultis venire ad me: vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio: sed cognoui vos quia dilectionem dei nō habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei: ⁊ non accepistis me. Si alius venerit in nomine suo: illum suscipietis. Quomodo potestꝭ vos credere qui gloꝛiam ab inuicem expectatis. et gloꝛiam que a solo deo est non queritis. Nolite putare: qꝛ ego accusaturus sum vos apud patrem. Est qui accusat vos: moyses in quo speratis. Si eniꝫ crederetis moysi: crederetis foꝛsitan ⁊ michi. De me enim ille scripsit. Si auteꝫ illius litteris non creditis: quomodo verbis meis credetis. Offer. Pꝛecatus est moyses in conspectu domini dei sui et dixit pꝛecatus est moyses in conspectu domini dei sui et dixit quare domine irasceris in populo tuo parce ire anime tue memento abꝛaham isaac ⁊ iacob quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel: et planctus factus est domino de malignitate quam dixit facere populo suo. Secreta.

PResenti sacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata sanctificent: vt quod obseruātia nostra pꝛofitetur exterius: interius operetur effectus. Per. Cōio. Qui manducat carnē meā et bibit sanguinē meū i me manet ⁊ ego i eo dicit dn̄s. Postcō.

GRatia tua nos quesumus domine non derelinquat: que nobis opem tue largitatis sē per acquirat: et ab oībus tueatur aduersis. Per. Sup ppl'm. Oꝛeꝰ. Hūlia

ADesto domie famulis tuis ad perpetuam benignitatem largire poscētibus: vt his qui te auctoꝛe et gubernatoꝛe gloꝛiantur: et congregata restaures et restaurata conserues. Per dominū.

Feria sexta. Officium.

EGo autem cum iusticia apparebo in conspectu tuo satiaboꝛ dum manifestabitur gloꝛia tua. ℣. Exaudi domine iusticiam meam. Intende depꝛecationē meā. Oꝛemus. Flectamꝰ genua. Oratio

DA quesumus omnipotens deus: vt sacro nos purificāte ieiunio / sinceris mētibus ad sancta ventura facias peruenire. Per.

Lectio libꝛi genesis. xxxvii. ca.

IN diebꝰ illis. Dixit ioseph fratribus suis. Audite somnium meum quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: et quasi consurgere manipulum meum et stare. vestrosqꝫ manipulos circunstantes adoꝛare manipulū meum. Responderunt fratres eiꝰ. Nunquid rex noster eris: aut subiciemur ditioni tue? Hec ergo causa somnioꝛum atqꝫ sermonum iuidie ⁊ odii fomiteꝫ ministrauit. Aliud quoqꝫ vidit somniuꝫ: qđ narrās fratribus ait. Vidi per somnium quasi solem et lunā: et stellas vndecim adoꝛare me. Quod cū patri suo ⁊ fratribꝰ retulisset: icrepauit eū pr̄ ⁊ dixit. Quid sibi vult hoc sōniū qđ vidisti. Nun ego ⁊ mr̄ tua ⁊ fratres tui adoꝛabimus te sup ter

Offi Dextera dni. fo xiiij.

ram. Inuidebāt igit ei fratres sui pater vero rem tacitus considerabat. Cumq fratres illius in pascēdis gregibus patris morarētur in sichem: dixit ad eū israel. Frēs tui pascunt oues in sichimis: veni mittā te ad eos. Quo respondēte: presto sum ait. Uade z vide si cūcta pspera sint erga fratres tuos. et pecora et renūcia michi quid agatur Missus de valle ebron: venit ī sichē Inuenitq eū vir errantē in agro et interrogauit quid quereret. At ille respōdit. Fratres meos quero: indica michi vbi pascūt greges. Dixitq ei vir. Recesserūt de loco isto: audiui autem eos dicētes. eam⁹ in dothaī. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: et inuenit eos in dothaim. Qui cū vidissent eū pcul anteq accederet ad eos: cogitauerūt occidere eum. et mutuo loquebantur: Ecce somniator venit / venite occidamus eū et mittamus eū in cisternam veterem dicemusq fera pessima deuorauit eum. Et tūc apparebit: quid illi prosint sōnia sua. Audiens autem hoc ruben: nitebatur liberare eū de manibus eorum et dicebat. Non interficiamus animā eius nec effundam⁹ sanguinē sed proiicite eum in cisternam hāc que est ī solitudie manusq vestras seruate inoxias. Hoc autē dicebat volens eripere eum de manib⁹ eorum: et reddere patri suo. ℟. Ad dominū cū tribularer clamaui z exaudiuit me. ℣. Domine libera aīam meā a labijs iniquis et a lingua dolosa. Tract⁹. Domine non secundum. Secundum matheum. xxi.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum parabolam hanc. Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam et sepem circundedit ei: z fodit ī ea torcular / z edificauit turrim et locauit eam agricolis z peregre profectus est. Cum autem tēpus fructuum appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas vt acciperent fructus eius. Et agricole apprehensis seruis eius: aliū ceciderūt / alium occiderunt / aliū vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruus plures prioribus: et fecerunt illis similiter Nouissime vero misit ad eos filium suum dicens Uerebuntur filium meum. Agricole autem videntes filium: dixerūt intra se. Hic est heres: venite occidamus eum: et habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eū: eiecerunt extra vineam: et occiderunt. Cum ergo venerit dominus vinee. qd faciet agricolis illis. Aiūt illi. Malos male perdet et vineam suam locabit alijs agricolis q reddant ei fructum temporibus suis. Dixit illis iesus. Nunq legistis in scripturis: lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli. a domino factū est istud: z est mirabile in oculis nrīs. Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis regnum dei: et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur. Super quem vero ceciderit conteret eū. Et cum audissent prīcipes sacerdotum et pharisei parabolas ei⁹: cognouerūt q de ipsis diceret. Et qrentes eū tenere: timuerunt turbas: qm sicut pphetā eū habebant. Offr. Dne ī auxiliū meū respice confundantur et reuereantur qui querunt animam meam vt auferant eam. Secreta.

Hec in nobis sacrificia deus et actione permaneant et

operatione firmentur. Per. Cōio.
Tu dñe seruabis nos et custodies nos a gñati
one hac in eternum. ¶ Post communio.
HAc nos quesumus do-
mine accepto pignore sa
lutis eterne sic tēdere cōgruenter:
vt ad eam peruenire possim⁹. Per.
Super populum. Oremus. Humiliate
DA quesum⁹ domine popu-
lo tuo salutem mētis et cor
poris: vt bonis operibus inheren-
do: tue semper virtutis mereatur
protectione defendi: Per. dominū.
¶ Sabbato. Officium.
LEx domini irreprehensi
bilis cōuertens animas
testimoniū dei fidele sa-
pientiam prestans par-
uulis. Ps. Celi enarrant gloriam dei. Et
opera manuū ei⁹ ānūciat firmamētū. Ore⁹
DA quesumus Flectamus.
domine nostris effectū ie-
iuniis salutarem: vt castigatio car
nis assumpta: ad nostrarum vege-
tationem transeat animarū. Per
dominum. ¶ Lectio libri genesis. xxvii
IN diebus illis: Dixit rebec
ca filio suo iacob. Audiui pa
trē tuum loquentem cum esau fra
tre tuo: et dicentem ei. Affer michi
de venatione tua: et fac cibos vt co
medam: et benedicam tibi coram
domino anteq̄ moriar. Nūc ergo
fili mi acquiesce cōsiliis meis: et per
gens ad gregē affer michi duos he-
dos optimos vt faciam ex eis escas
patri tuo quibus libenter vescitur
Quas cum intuleris et comederit
benedicat tibi priusq̄ moriar. Cui
ille respondit. Nosti q̄ esau frater
meus homo pilosus sit: ⁊ ego lenis
Si attrectauerit me pater meus ⁊
senserit: timeo ne putet sibi me vo
luisse illudere: et indicat super me
maledictionem pro benedictione
Ad quem mater. In me sit ait ista
maledictio fili mi: tantum audi vo
cem meam et pergens affer que di
xi. Abiit ⁊ attulit deditq̄ matri. Pa
rauit illa cibos sicut nouerat vel-
le patrem illius: ⁊ vestib⁹ esau val
de bonis quas apud se habebat do
mi induit eum. Pelliculasq̄ edo-
rum circundedit manibus: et colli
nuda protexit. Deditq̄ pulmentū
et panes quos coxerat tradidit.
Quib⁹ illatꝭ dixit pater mi. At ille
respōdit. Audio. Quis es tu fili mi.
Dixit iacob. Ego sū p̄mogenit⁹ tu⁹
esau feci sicut p̄cepisti michi. Sur-
ge sede ⁊ comede de venatiōe mea
vt benedicat michi aīa tua. Rur-
sumq̄ ysaac ad filium suum. Quo-
modo tam cito inquit inuenire po
tuisti fili mi. Qui respondit. Volū
tas dei fuit: vt cito michi occurre-
ret quod volebā. Dixitq̄ ysaac. Ac
cede huc vt tāgam te fili mi: et pro
bem vtrum tu sis filius me⁹ esau
an non. Accessit ille ad patrem: et
palpato eo dixit ysaac. Vox quidē
vox iacob est: sed manus / man⁹ sūt
esau. Et nō cognouit eum quia pi
lose manus similitudinem maio-
ris expresserant. Benedicens ergo
ait illi. Tu es filius meus esau. Re
spōdit. Ego sum. At ille. Affer mi-
chi inquit cibos de venatione tua
fili mi: vt benedicat tibi anima me
a. Quos cū oblatos comedisset ob
tulit ei etiam et vinum. Quo hau
sto: dixit ad eum. Accede ad me et
da michi osculū fili mi. Accessit: et
osculatus est eū. Statimq̄ vt sen-
sit vestimentorum illius fragran-
tiam: benedicēs ait. Ecce odor filii
mei sicut odor agri pleni: cui bene-
dixit domin⁹. Det tibi deus de ro-

re celi:et de pinguedine terre:abū
dantiam frumēti vini et olei:et ser
uiant tibi populi & adorēt te tribꝰ
Esto dominus fratrū tuorum:& in
curuentur ante te filii matris tue.
Qui maledixerit tibi:sit ille male=
dictus:et qui benedixerit tibi bene
dictionibus repleatur. Uix ysaac
sermonem impleuerat:et egresso
iacob foras venit esau: coctosq̄ de
venatione cibos:ītulit patri dicēs
Surge pater mi:et comede de ve=
natione filii tui: vt benedicat mi=
chi aīa tua. Dixitq̄ illi ysaac. Quis
enim es tu. Qui respondit. Ego sū
filius tuus primogenitus esau. Ex
pauit ysaac. stupore vehementi:et
vltra ꝙ credi potest admirans ait:
Quis igit ille est qui dudum captā
venationem attulit michi & come
di ex omnibus priusꝙ tu venires
Benedixitq̄ ei:et erit benedictus.
Auditis esau sermonibus patris:ir
rugiit clamore magno:et cōsterna
tus ait. Benedic etiam et michi pa
ter mi. Qui ait. Uenit germanus
tuꝰ fraudulenter: et accepit bene=
dictionem tuā. At ille subiūxit. Iu
ste vocatū est nomen eiꝰ iacob:sup
plantauit enim me en altra vice.
Primogenita mea ante tullit:et
nunc secundo surripuit benedictio
nem meam. Rursūq̄ ad patrē Nū
quid non reseruasti ait et michi be
nedictionē. Respondit ysaac. Do=
minum tuum illum cōstitui:& om
nes fratres eiꝰ seruituri illius sub=
iugaui. Frumento et vino et oleo
stabiliui eum et tibi post hec fili mi
vltra quid faciā. Cui esau ait. Nū=
vnam inquit tantum benedictio=
nem habes pater. Michi quoq̄ ob=
secro vt benedicas. Cumq̄ eiulatu
magno fleret:motꝰ ysaac dixit ad

eum. In pinguedine terre:& in rore
celi desuper:erit benedictio tua: ℟.
Bonū est confiteri domino et psallere nomi=
ni tuo altissime. ℣. Ad annunciandum mane
misericordiam tuam et veritatem tuam per
noctem. ¶ Secundum lucam. xv. ca:

IN illo tempore: Dixit iesus
ad scribas & phariseos pa=
rabolam hanc. Homo quidam ha
buit duos filios:et dixit adolescen=
tior ex illis patri. Pater da michi
portionem substantie:que me con
tingit. Et diuisit illis substantiam
Et non post multos dies/ congre=
gatis omnibus adolescentior filiꝰ
peregre profectus est in regionem
longinquam. Et ibi dissipauit sub
stantiam suam:viuendo luxuriose
Et postꝙ omnia consummasset:
facta est fames valida in regione il
la/& ipse cepit egere. Et abiit et ad
hesit vni ciuium regionis illius:et
misit illum in villam suam vt pa=
sceret porcos. Et cupiebat imple=
re ventrem suum de siliquis quas
porci mādūcabant et nemo illi da
bat. In se autē reuersꝰ dixit. Quan
ti mercēnarii in domo patris mei
abundāt panibus: ego autem hic
fame pereo. Surgam et ibo ad pa
trē meum:et dicam ei. Pater pec=
caui in celum et coram te:iam non
sum dignus vocari filius tuus: fac
me sicut vnum de mercēnariis tu=
is. Et surgens:venit ad patrem su
um. Cū autem adhuc lōge esset:vi
dit illum pater ipsius et misericor=
dia motꝰ est. Et occurrens cecidit
super collum eius:& osculatꝰ est eū
Dixitq̄ ei filiꝰ. Pater:peccaui in ce
lum et coram te: iam non sum di=
gnus vocari filius tuus. Dixit au=
tem pater ad seruos suos Cito pro
ferte stolā primam et induite illū

et date anullum i manu eius ꝛ calciamenta in pedes eius. Et adducite vitulum saginatum: et occidite vt manducemus et epulemur: quia hic filius meus mortuus fuerat et reuixit: perierat et inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro: et cū veniret ꝛ appropinquaret domui: audiuit syphoniam et chorum. Et vocauit vnum de seruis et interrogauit que hec essent. Isqꝫ dixit illi. Frater tuus venit et occidit pater tuus vitulum saginatum: quia saluum illum recepit. Indignatꝰ est autem: et nolebat introire: pater vero illius egressus cepit rogare illum. At ille respōdens: dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: et nunq̄ mandatum tuū preteriui: et nunq̄ dedisti michi hedū: vt cū amicis meis epularer. Sed postq̄ filius tuus hic qui deuorauit substantiam suā cū meretricibus venit: occidisti illi vitulum saginatū At ipse dixit illi. Fili tu semper mecū es: et omnia mea tua sūt. Epulari autem et gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus fuerat ꝛ reuixit. perierat: ꝛ inuētus est Offer. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Secreta.

His sacrificiis domine placatus concede: vt qui propriis oramus absolui delictis: nō grauemur externis. Per. Cōio. Oportet te fili gaudere quia frater tuus mortuus fuerat et reuixit perierat et inuentus est. Post cōio.

Sacramenti tui domine diuina libatio penetralia nostri cordis infundat: et sui participes potenter efficiat. Per.

Familiā tuā. Sup pplm Hūliate quesumus domine continua pietate custodi: vt que in sola spe gratie celestis innititur: celesti etiam protectione muniatur. Per. Dominica tertia. xl. missa matutinalis. vt supra Ad processionē. ā. Christe pat Ad missā. Offm

Oculi mei semper ad dominum quia ipse euellet de laqueo pedes meos respice i me ꝛ miserere mei quoniam vnicus et pauper sū ego Ps. Ad te dñe leuaui animam meā deus meus in te cōfido non erubescam. Oratio.

Quesumus omnipotens deus vota humilium respice: atqꝫ ad defensionem nostram dexteram tue maiestatis extēde Per.

Fratres. Estote Ad ephesios. v imitatores dei sicut filii carissimi ꝛ ambulate in dilectione sicut et christꝰ dilexit nos: ꝛ tradidit semetipsū pro nobis oblationē et hostiam deo in odorem suauitatis Fornicatio autem et omnis imundicia aut auaricia nec nominetur in vobis: sicut decet sanctos. Aut turpitudo: aut stultiloquium. aut scurrilitas que ad rem non pertinet: sed magis gratiarū actio. Hoc autem scitote intelligentes: quia omnis fornicator aut in mundus aut auarus quod est ydolorum seruitus: non habet hereditatē in regno xp̄i et dei. Nemo vos seducat inanibꝰ verbis. Propter hec enim venit ira dei in filios diffidētie. Nolite ergo effici participes eorū. Eratis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino: vt filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et iusticia: et veritate. R. Exurge domine non preualeat homo iudicentur gentes in cōspectu tuo. V. In conuertendo inimicū meum retrorsum

infirmabuntur et peribunt a facie tua. Tract9.

Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. ℣. Et sicut oculi ancille in manibus domine sue. ℣. Ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. ℣. Miserere nobis domine miserere nobis. Secundum

In illo tempore: Erat lu. xi. iesus eiiciens demonium: et illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium: locutus est mutus et admirate sunt turbe. Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum eiicit demonia. Et alii tentantes signum de celo querebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum. dicit eis. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: et domus supra domum cadet. Si autem et sathanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum ipsius: quia dicitis in beelzebub eiicere me demonia. Si autem ego in beelzebub eiicio demonia: filii vestri in quo eiiciunt. Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito dei eiicio demonia: profecto peruenit in vos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat et spolia eius distribuet. Qui non est mecum: aduersum me est. Et qui non colligit mecum dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquosa querens requiem: et non inueniens: dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit inuenit eam scopis mundatam et ornatam. Et tunc vadit et assumit secum septem alios spiritus nequiores se: et ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius: peiora prioribus. Factum est autem cum hec diceret: extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo. Beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud. Offertorium. Iusticie domini recte letificantes corda et dulciora super mel et fauum nam et seruus tuus custodiet ea. Secreta

Hec hostia domine quesumus emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per dominum. Communio. Passer inuenit sibi domum et turtur nidum vbi reponat pullos suos altaria tua domine virtutum rex meus et deus meus: beati qui habitant in domo tua in seculum seculi laudabunt te. Postcommunio.

A cunctis nos domine reatibus et periculis propiciatus absolue quos tanti misterii tribuis esse participes Per dominum

Feria secunda. Ad missam. Officium

In deo laudabo verbum in domino laudabo sermonem in deo speraui non timebo quid faciat michi homo. ps. Miserere mei deus quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Oremus. Flectamus genua.

Cordibus nostris quesumus domine gratiam tuam benignus infunde: vt sicut ab escis corporalibus abstinemus: ita sensus quoque nostros a noxiis retrahamus excessibus. Per dominum. Lectio libri regum. iiii. v. ca.

In diebus illis: Naaman princeps militie regis syrie: erat vir magnus apud dominum suum et honoratus. Per illum enim: dedit dominus salutem syrie. Erat autem vir fortis et diues sed leprosus. Porro de syria egressi

fuerãt latrunculi:et captiuam du=
xerant de terra israel puellam par
uulã: que erat in obsequio vxoꝛis
naamã. Que ait ad dominam suã
Utinam fuisset dominus meus ad
pꝛophetam qui est in samaria: pꝛo
fecto curasset eum a lepꝛa quã ha=
bet. Ingressus est itaqꝫ naamã ad
dominũ suum:et nũciauit ei dicẽs
Sic et sic locuta est puella de terra
israel. Dixit ei rex syꝛie. Uade ⁊ mit
tam litteras ad regem israel. Qui
cum pꝛofectus esset:et tulisset secũ
decem talẽta argenti: et sex milia
aureos:et decem mutatoꝛia vesti=
mentoꝛum:detulit litteras ad re=
gem israel in hec verba. Cũ accepe
ris epystolã hanc: scito ꝙ miserim
ad te naamã seruum meũ vt cures
eum a lepꝛa sua. Cũqꝫ legisset rex is
rael litteras:⁊ scidit vestimẽta sua
et ait. Nunquid ego sũ deus: vt oc=
cidere possim et viuificare: quia iste
misit ad me: vt curem hominem
a lepꝛa sua. Animaduertite et vide
te:ꝙ occasiones querat aduersum
me. Quod cum audisset heliseꝰ vir
dei scidisse videlicet regem israel ve
stimenta sua: misit ad eum dicens
Cur scidisti vestimenta tua. Ueni
at ad me:⁊ sciat pꝛophetam esse in
israel Uenit ergo naamã:cũ equis
et curribus:et stetit ad hostium do
mus helisei. Misitqꝫ ad eum eliseus
nunciũ dicens. Uade et lauare se=
pties in ioꝛdane ⁊ recipiet sanitatẽ
caro tua atqꝫ mũdaberis. Iratusqꝫ
naaman:recedebat dicens. Puta=
bam ꝙ egrederetur ad me et stãs
inuocaret nomen dei sui et tange=
ret manu sua locum lepꝛe et cura=
ret me. Nunquid nõ melioꝛes sũt
abana et pharphar fluuii damasci
omnibus aquis israel: vt lauer in
eis et munder. Cum ergo vertisset
se et abiret indignans: accesserunt
ad eum serui:et locuti sunt ei. Pa=
ter:et si rem grandem dixisset tibi
pꝛopheta: certe facere debueras.
Quãto magis quia nunc dixit tibi
lauare et mundaberis. Descendit
ergo et lauit septies in ioꝛdane iux
ta sermonem viri dei: et restituta
est caro eius sicut caro pueri paruu
li: emundatus est a lepꝛa. Reuer=
susqꝫ ad virũ dei cũ vniuerso comi=
tatu suo: venit et stetit coꝛam eo
et ait. Uere scio ꝙ non sit alius deꝰ
in vniuersa terra: nisi tantum do=
minus deus israel. ℟. Deus viã meã
annũciaui tibi posuisti lachꝛimas meas in cõ=
spectu tuo. ℣. Miserere michi dñe qm̃ cõpla=
cuit me homo tota die bellans tribulaui me.
Tractus. Domine [xviii] non secundum. ¶ Secũ
dum lucam. quarto capitulo

In illo tempoꝛe. Dixerunt
pharisei ad iesum. Quãta
audiuimus facta in capharnaum
fac et hic in patria tua. Ait autem.
Amen dico vobis: quia nemo pꝛo=
pheta acceptꝰ est in patria sua. In
veritate dico vobis: multe vidue
erant in diebus helye in israel quã
do clausum est celum annis tribus
et mensibus sex cum facta esset fa=
mes magna ĩ omni terra:⁊ ad nul
lam illarum missus est helyas nisi
in sareptam sydonie ad mulierem
viduam. Et multi lepꝛosi erant in
israel sub elyseo pꝛopheta:⁊ nemo
eoꝛum mundatꝰ est: nisi naaman
syꝛus. Et repleti sunt omnes in sy=
nagoga ira:hec audientes. Et sur
rexerunt et eiecerunt eum extra ci
uitatem:⁊ duxerunt illum vsqꝫ ad
supercilium montis super quẽ ciui
tas illoꝛum erat edificata: vt pꝛeci
pitarẽt eum. Ipse autem trãsiens

per mediũ illorum ibat. Offer. Exau-
di deus orationem meã et ne despexeris dep
cationẽ meã itẽde in me exaudi me. Secreta

Munꝰ quod tibi domine no-
stre seruitutis offerimus:
tu salutare nobis perfice sacramẽ
tum. Per dominum. Cõio. Quis dabit
ex syon salutare israel cũ auerterit dominꝰ ca
ptiuitatẽ plebis sue exultabit iacob et letabit
israel. Postcõio.

Presta que-
sumus omnipotens et mi-
sericors deus: vt que ore contigimꝰ
pura mente capiamus: Per domi-
num. Sup ppl'm. Oremus. Humiliate.

Subueniat nobis quesumꝰ
domine misericordia tua:
vt ab imminentibus peccatorum
nostrorum periculis te mereamur
protegente saluari. Per dominum

¶ Feria tercia. Officium.

Ego clamaui quoniam ex
audisti me deus: inclina
aurẽ tuam et exaudi ver
ba mea custodi me domi
ne vt pupillã oculi sub vmbra ala
rum tuarum protege me. Ps. Exau-
di domine iusticiam meam. intende deprecatio-
nem meam. Oratio.

Exaudi nos omnipotens et
misericors deus: et continẽ
tie salutaris: propiciꝰ nobis dona
concede. Per dominum. Lectio libri
regum. iiii. quarto. capitulo.

In diebus illis: Mulier que
dam clamabat ad heliseũ
prophetã dicens. Seruus tuus vir
meus mortuus est: et tu nosti quia
seruus tuus fuit timens deum. Et
ecce creditor venit vt tollat duos fi
lios meos ad seruiendum sibi. Cui
ait elyseus. Quid vis vt faciam ti-
bi. Dic michi quid habes in domo
tua. At illa respondit. Non habeo
ancilla tua quicq̄ ĩ domo mea nisi
parũ olei quo vngar. Cui ait. Va-
de et pete mutuo ab omnibus vi-
cinis tuis vasa vacua non pauca: et
ingredere domum tuam et clau-
de hostium cum intrinsecus fueris
tu et filii tui. Et mitte inde in om-
nia vasa hec: et cum plena fuerint
tolles. Iuit itaq̃ mulier: et clausit
hostium super se et super filios su-
os. Illi offerebãt vasa: et illa in fũ
debat. Cunq̃ plena fuissent vasa:
dixit ad filium suũ. Affer michi ad
huc vas: Et ille respondit: non ha-
beo. Stetitq̃ oleũ. Uenit autem il
la: et indicauit homini dei. Et ille
Uade inquit: vende oleum: et red
de creditori tuo. Tu autem et filii
tui viuite de reliquo. R. Ab occultis
meis mũda me dñe et ab alienis parce seruo
tuo. V. Si mei nõ fuerint dñati tunc ĩmacula
tꝰ ero et emundabor a delicto maximo. Scdz ma
theũ. xviii.

In illo tempore
Respiciens iesus in discipu-
los suos dixit symoni petro. Si pec
cauerit in te frater tuus: vade et cor
ripe eum inter te et ipsum solum.
Si te audierit: lucratus eris fratrẽ
tuũ. Si autem non te audierit: ad
hibe tecum adhuc vnum vel duos
vt in ore duorum vel trium testiũ
stet omne verbum. Quod si nõ au-
dierit eos: dic ecclesie. Si autem ec
clesiam non audierit: sit tibi sicut
ethnicus et publicanus. Amẽ dico
vobis: quecũq̃ alligaueritis super
terram: erunt ligata et in celo. Et
quecunq̃ solueritis super terram
erunt soluta et in celo. Iterum di-
co vobis: quia si duo ex vobis cõse
serint super terram de omni re quã
cũq̃ petierit: fiet illis a patre meo
qui in celis est. Ubi enim sunt duo
vel tres congregati ĩ nomine meo
ibi sum in medio eorum. Tũc acce-

dens petr⁹ ad eum dixit. Dñe quo
ties peccabit in me frater meus et
dimitã ei. Usqꝫ septies. Dixit illi ie-
sus. Non dico tibi usqꝫ septies: sed
usqꝫ septuagies septies. Offer. Dexte-
ra dñi fecit ỽtutẽ dextera dñi exultauit me
nõ moꝛiar sed uiuã ⁊ narrabo opa dñi. Se.

Per hec ueniat quesumus do
mine sacramẽta nostre re-
dẽptiõis effectus q̃ nos⁊ ab huma-
nis sẽper retrahat excessib⁹ ⁊ ad sa
lutaria. cuncta perducat. Per do.
Cõio. Dñe quis habitabit i tabernaculo tuo
aut quis reqͤscet i mõte sancto tuo qui ingre
ditur sĩ macula et opatur iusticiã. Postcõio.
Sacris dñe misteriis expiati ⁊
ueniã cõsequamur ⁊ gratiã
Per. Super populum. Humiliate. capita.
Tua nos dñe pꝛotectiõe defẽ
de: et ab omni nos sẽp iniq̃-
tate custodi per dominum nostrũ

Feria quarta. Officium.

Ego autẽ in dño speraui
exultabo ⁊ letaboꝛ i tua
misericoꝛdia quia respe-
xisti humilitatem meã
Ps. In te dñe speraui nõ cõfundar ineternũ.
in iusticia tua libera me. Oꝛe⁹. Flectam⁹ ge.
Presta nobis q̃s dñe ut salu-
tarib⁹ ieiuniis eruditi: a no-
xiis quoqꝫ uiciis abstinẽtes: ppitia
tionẽ tuã facili⁹ impetrem⁹. Per.
Lectio libꝛi exodi. xx.

Hec dicit dñs de⁹ Honoꝛa pa
trẽ tuũ ⁊ matrẽ tuã ut sis lõ
geuus sup terrã quã dñs de⁹ tuus
dabit tibi. Nõ occides non mecha
beris nõ furtũ facies non loqueris
cõtra pximũ tuũ falsũ testimoniũ
Nõ ꝯcupisces domũ pximi tui nec
desiderabis uxoꝛem eius. Nõ ser-
uũ nõ ancillã nõ bouem nõ asinũ
nec omnia que illius sũt. Cũct⁹ au
tem populus uidebat uoces ⁊ lãpa
des et sonitũ buccine mõtẽqꝫ fumã
tem Et perterriti ac pauoꝛe cõcussi
steterunt pcul dicẽtes moysi. Loq̃
re tu nobis et audiem⁹ nõ loquat
nobis dñs ne foꝛte moꝛiamur. Et
ait moyses ad populum. Nolite ti
mere. Ut eni pꝛobaret uos uenit
de⁹ ⁊ ut terroꝛ illius esset in uobis
et non peccaretis. Stetitqꝫ popul⁹
de longe moyses autem accessit ad
caliginem in qua erat de⁹. Dixitqꝫ
pꝛeterea dominus ad moysẽ. Hec
dices filiis israel. Uos uidistis q͛ de
celo locutus sum uobis. Nõ facietꝭ
deos argẽteos: nec deos aureos fa
cietis uobis. Altare de terra facietꝭ
michi ⁊ offeretis sup illud olocau-
sta et pacifica uestra Oues uestras
et boues i omni loco in quo memo
ria fuerit nominis mei. R. Miserere
michi dñe qm̃ infirm⁹ sũ sana me dñe. V. Cõ-
turbata sũt oĩa ossa mea ⁊ aĩa mea turbata ẽ
ualde. Tract⁹. Domine non secundum. Se
cundum matheum. xv.

In illo tempoꝛe. Accesserũt
ad iesũ ab hierosolimis scri
be et pharisei: dicẽtes. Quare disci
puli tui transgrediuntur traditio
nes senioꝛum. Non enim lauant
man⁹ suas. cũ panẽ manducãt. Ip
se aũt respondẽs. ait illis. Quare ⁊
uos transgredimini mandatum
dei pꝛopter traditionem uestram
Nam deus dixit. Honoꝛa patrẽ ⁊
matrẽ et q̃ maledixerit pr̃i uel mr̃i
moꝛte moꝛiat. Uos aũt dicitꝭ. Qui
cũqꝫ dixerit pr̃i uel mr̃i mun⁹ quod
cũqꝫ est ex me tibi pderit: et nõ ho
noꝛificauit patrẽ suũ. aut matrẽ
suã. ⁊ irritũ fecistis mãdatũ dei: p-
pter traditionẽ uestrã. Hypocrite
bene pphetauit de uobis ysayas di
cens. Popul⁹ hic labiis me honoꝛat
coꝛ aũt eoꝝ longe ẽ a me. Sine cau

la autem colūt me docētes doctri-
nas et mandata hominum. Et cō
uocatis ad se turbis: dixit eis. Audi
te et intelligite. Non quod intrat
in os coinquinat hominem: sed qđ
procedit ex ore hoc coinquinat ho-
minem. Tunc accedentes discipu-
li eius dixerunt ei. Scis quia phari
sei audito hoc verbo scandalizati
sunt. At ille respondens: ait. Om-
nis plantatio quam non planta-
uit pater meus celestis: eradicabi-
tur. Sinite illos ceci sunt duces ce
corum. Cecus autem si ceco duca-
tum prestet: ambo in foueam ca-
dunt. Respondens autem petrus
dixit ei. Edissere nobis parabolā
istam. At ille dixit. Adhuc et vos si
ne intellectu estis. Non intelligi-
tis quia omne quod in os intrat in
ventrem vadit: et in secessū emitti
tur. Que autem procedunt de ore
de corde exeunt: et ea coīquināt ho-
minem. De corde enim exeunt co-
gitationes male homicidia adulte
ria fornicationes furta falsa testi-
monia blasphemie. Hec sunt. que
coinquinant hominem. Non lotis
autem manibus manducare non
coinquinat hominem. Offertorium.
Domine fac mecum misericordiam tuam pro
pter nomen tuum quia suauis est misericor-
dia tua. Secreta.

Suscipe quesumus domine
preces populi tui cum obla
tionibus hostiarum: et tua miste-
ria celebrantes: ab omnibus nos
defende periculis. Per. Communio.
Notas michi fecisti vias vite adimplebis me
leticia cum vultu tuo domine. Postcōmunio.

Sanctificet nos domine qua
pasti sumus mensa celestis
et a cunctis erroribus expiatos: su
perius promissionibus reddat ac-
ceptos. Per dominum nostrum ie
sum christum filium tuum. Qui te
cum viuit et regnas deus. Per oīa
Super populum. Humiliate.

Concede quesumus omnipo
tens deus: vt qui protectio-
nis tue gratiam querimus libera-
ti a malis omnibus secura tibi mē-
te seruiamus. Per dominum no-
strum iesum christum filium tuū
Qui tecum viuit. Feria. v. Officium

Salus populi ego sum di-
cit dominus de quacunq
tribulatione clamaue-
rint ad me exaudiam eos et ero il-
lorum dominus imperpetuū. Ps.
Attendite popule meus legem meam: incli-
nate aurem vestram in verba oris mei. Ore
mus. Flectamus genua.

Concede quesumus omnipo
tens deus vt ieiuniorum no
bis sancta deuotio et purificatione
tribuat et maiestati tue nos red-
dat acceptos. Per dominū nostrū
Lectio hieremie prophete.

In dieb⁹ illis. Factū est ver-
bū dñi ad me dicēs. Sta in
porta dom⁹ dñi et pdica ibi verbū
istud et dic. Audite verbū dñi oīs iu
da qui ingredimini p portas has vt
adoretis dñm. Hec dicit dñs exerci
tuum deus israel. Bonas facite vi
as vestras et studia vestra: et habi-
tabo vobiscum in loco isto. Nolite
cōfidere in verbis mendacii dicen
tes. Templum dñi tēplū dñi tem
plum domini est. Quoniam si be-
ne direxeritis vias vestras et studia
vestra si feceritis iudicium inter vi
rum et proximum eius aduene et
pupillo et vidue non feceritis calū
niam. nec sanguinem innocentē
effuderit; i loco hoc et post deos alie
nos nō ambulaueritis in malum

vobismetipsis: habitabo vobiscũ in loco isto in terra quam dedit patribus vestris A seculo et vsqȝ in seculũ. Ait dominus: omnipotens. ℟. Oculi omnium in te sperant domine et tu das illis escam in tempore oportuno. ℣. Aperis tu manũ tuam et imples omne animal benedictione. Secũdum iohannẽ. vi.

In illo tempore: Cum cognouisset iesus qꝛ venturi essent vt raperent eum / et facerẽt eum regem: fugit iterum in montem ipse solus. Ut autẽ sero factũ est: descenderunt discipuli eius ad mare. Et cum accidissent nauem: venerũt trans mare capharnaũ Et tenebre iã facte erant: et nõ venerat ad eos iesus. Mare autẽ vento magno flante exurgebat. Cũ remigassent ergo quasi stadia vigintiquinqȝ aut triginta: vident iesum ambulantem supra mare ⁊ proximum naui fieri / ⁊ timuerunt Ille autem dixit eis. Ego sum: nolite timere. Uoluerũt ergo accipere eum in nauem: et statim nauis fuit ad terram quam ibãt. Altera die turba que stabat trans mare / vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna et quia nõ introisset cũ discipulis suis iesus in nauẽ. sed soli discipuli eius abiissent. Alie vero superuenerunt naues a thyberiade iuxta locum vbi mãducauerãt panem: gratias agẽtes deo. Cum vidisset ergo turba quia iesus non esset ibi neqȝ discipuli eius: ascenderunt in nauiculas et venerunt capharnaum querẽtes iesum. Et cũ inuenissent eum trans mare: dixerunt ei. Rabbi: quãdo huc venisti? Respondit eis iesus: et dixit. Amen amen dico vobis: queritis me non quia vidistis signa: sed quia mãducastis ex panibus: et saturati estis. Operamini non cibum qui perit: sed qui permanet in vitam eternã: quam filius hominis dabit vobis Hunc enim pater signauit deus. Dixerũt ergo ad eum. Quid faciemus vt operemur opera dei? Respõdit iesus: et dixit eis. Hoc est opꝰ dei vt credatis in eum quem misit ille Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signum: vt videamꝰ ⁊ credamꝰ tibi. Quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto. sicut scriptum est. panẽ de celo dedit eis mãducare. Dixit ergo eis iesus. Amen amen dico vobis: non moyses dedit vobis panem de celo: sed pater meus dat vobis panẽ de celo verum. Panis enim verus est: qui de celo descendit: et dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum. Domine: semper da nobis panem hũc. Dixit autem eis iesus. Ego sum panis vite. Qui venit ad me nõ esuriet. Et qui credit in me non sitiet vnqȝ. Offertorium.

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: et super iram inimicorũ meorum extendes manum tuam et saluum me fecit dextera tua. Secreta.

Deus cuiꝰ gratie rore descẽdit: vt ad misteria tua purgatis sensibus accedamus: presta quesumus: vt in eorum traditione solenniter honoranda competens deferamus obsequium. Per. Cõio.

Tu mãdasti mãdata tua custodiri nimis vtinam dirigãtur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcommunio.

Sacramenti tui domine veneranda perceptio. ⁊ mistico nos emundet effectu: et perpetua virtute defendat. Per dñm.

Super populum. Humiliate capita.

SUbiectũ tibi populũ que=
sumus domine propiciatio
celestis amplificet: ⁊ tuis faciat sẽp
seruire mãdatis. Per. Fer. vi. Officiũ.
FAc mecum domine signũ
in bonum vt videant qui
me oderunt et confundã
tur quoniam tu domine
adiuuisti me ⁊ consolatus es me. ꝑ.
Inclina domine aurem tuam et exaudi me:
quoniam inops ⁊ pauper sum ego. Oremꝰ.
Flectamus genua. Leuate.
IEiunia nostra quesumus
domine benigno fauore ꝓ
sequere: vt sicut ab alimẽtis absti=
nemꝰ in corpore: ita a viciis ieiune=
mus in mente. Per. Numeri. xx.
IN diebꝰ illis. Conuenerũt
filii israel ad moysẽ et aarõ
et versi ĩ seditionẽ dixerunt Da no
bis aquã: vt bibamus. Ingressusqꝫ
moyses ⁊ aarõ dimissa multitudi=
ne añ tabernaculũ federis: corrue
rũt proni in terram clamauerũtqꝫ
ad dñm atqꝫ dixerunt. Domine
deus exaudi clamorem populi hu=
ius: et aperi eis thesaurum tuum.
fontem aque viue. vt satiati cesset
murmuratio eorum Et apparuit
gloria domini super eos. Locutusqꝫ
est dominus ad moysem dicens.
Tolle virgam et congrega popu=
lum tu et aaron frater tuus: et lo=
quimini ad petram corã eius: ⁊ illa
dabit aquas. Cũqꝫ eduxeris aquã
de petra bibet omnis multitudo:
⁊ iumẽta. Tulit igitur moyses vir=
gam que erat in cõspectu domini:
sicut preceperat ei. Congregataqꝫ
multitudine ante petrã dixit eis.
Audite rebelles et increduli. Num
de petra hac vobis poterimꝰ aquã
eicere? Cũqꝫ eleuasset moyses ma
num percutiens virga bis silicem:
egresse sunt aque largissime ita vt
populus biberet ⁊ iumenta. Dixit
qꝫ dñs ad moysem ⁊ aaron. Qr nõ
credidistis michi: vt sanctificaretis
me coram filiis israel: non introdu
cetis hos populos in terram quã
dabo eis. Hec est aqua cõtradictio=
nis. vbi iurgati sunt filii israel con=
tra dominum: et sanctificatus est
in eis. ℟. In deo sperauit cor meum et ad=
iutus sum et refloruit caro mea et ex volun=
tate mea confitebor illi. Vsus. Ad te domine
clamaui deus meꝰ ne sileas ne discedas a me
Tractꝰ. Dñe nõ secũdũ. xviii Scdm iohãnẽ. iiii.
IN illo tẽpore: Oportebat
iesum transire per mediã
samariã. venit ergo in ciuitatem
samarie que dicitur sichar iuxta ꝑ
dium quod dedit iacob ioseph filio
suo. Erat autem ibi fons iacob. Je
sus autem fatigatꝰ ex itinere: sede
bat sic super fontẽ. Hora erat qua
si sexta venit mulier de samaria
haurire aquam. Dixit ei iesus. Da
michi bibere. Discipuli vero eius
abierant in ciuitatẽ: vt cibos eme
rent. Dixit ergo ei mulier illa sa=
maritana. Quomodo tu iudeꝰ cũ
sis bibere a me poscis que sum mu
lier samaritana? Non enim coutũ
tur iudei samaritanis. Respondit
iesus et dixit ei. Si scires donũ dei
et quis est qui dicit tibi da michi bi
bere: tu forsitan petisses ab eo ⁊ de
disset tibi aquam viuam. Dixit ei
mulier. Domine neqꝫ in quo hau=
rias habes. ⁊ puteus altus est. Un
de ergo habes aquam viuam. Nũ
quid tu maior es patre nostro ia=
cob qui dedit nobis puteum et ip=
se ex eo bibit ⁊ filii eiꝰ et pecora eiꝰ?
Rñdit iesus: et dixit ei. Ois q̇ bibit
ex aqua hac: sitiet iterũ. Qui aũt bi
berit ex aqua quã ego dabo ei: non

sitiet in eternum. Sed aqua quam
ego dabo ei: fiet in eo fons aque sa-
lientis in vitam eternā. Dicit ad
eū mulier. Domine da michi aquā
hanc vt non sitiam neqꝫ veniā huc
haurire. Dixit ei iesus. Vade voca
virum tuū: et veni huc. Rñdit mu
lier: et dixit. Non habeo virum. Di
xit ei iesus. Bene dixisti quia nō ha
beo virū: quinqꝫ eñ viros habuisti
et nunc quē habes non est tuus vir
Hoc vere dixisti. Dixit ei mulier.
Dñe video qꝛ propheta es tu: pr̄es
nostri in monte hoc adorauerunt.
Et vos dicit' qꝛ hierosolimis est lo
cus vbi adorare oportet. Dixit ei
iesus. Mulier crede michi: qꝛ venit
hora quando neqꝫ in monte hoc ne
qꝫ in hierosolimis adorabitis prē
Vos adoratis qđ nescitis nos ado
ramus quod scimus quia salus ex
iudeis est. Sed venit hora et nūc est
quando veri adoratores adorabūt
patrem in spiritu et veritate. Nā
et pater tales querit. qui adorent
eum. Spiritus est deus. et eos qui
adorant eum in spiritu et veritate
oportet adorare. Dixit ei mulier.
Scio qꝛ messyas venit: qui dr̄ xp̄s
Cum ergo venerit: ille nobis nun-
ciabit oīa. Dixit ei iesus. Ego sum
qui loquor tecū. Et cōtinuo vene-
runt discipuli eius et mirabātur qꝛ
cum muliere loquebatur. Nemo
tamen dixit. qđ q̄ris aut quid loq-
ris cum ea. Reliquit ergo ydriā suā
mulier et abiit in ciuitatē. et dixit
illis hominib'. Venite et videte ho
minē qui dixit michi oīa q̄cūqꝫ feci
Nunqđ ipse xp̄s est. Exierūt de ci-
uitate: et veniebāt ad eum. Inter
ea rogabāt eū discipuli dicentes.
Rabbi manduca. Ille autem dixit
eis. Ego cibum habeo mādūcare
quem vos nescitis. Dicebant ergo
discipuli ad inuicē. Nunquid aliqs
attulit ei mādūcare. Dixit eis ies'
Meus cibus est vt faciem volunta
tem ei' qui misit me. vt perficiam
opus eius. Nonne vos dicitis qꝛ ad
huc quattuor menses sunt et mes-
sis venit. Ecce dico vobis: leuate
oculos vestros: et videte regiones
quia albe sunt iam ad messem. Et
qui metit mercedē accipit: et cōgre
gat fructū in vitā eternā: vt et qui
seminat simul gaudeat et q̄ metit
In hoc enim est verbum verum qꝛ
alius est qui seminat: et ali' est qui
metit. Ego misi vos metere quod
non laborastis. Alii laborauerunt
et vos in labores eorum introistis
Ex ciuitate aūt illa multi credide
rūt in eū samaritanorū: ꝑpter ver
bum mulieris testimonium perhi
bentis quia dixit michi oīa quecū-
qꝫ feci. Cū venissent ergo ad illū sa
maritani rogauerūt eū vt ibi ma-
neret. Et mansit ibi duos dies. Et
multo plures crediderūt ꝑpter ser
monē ei' et mulieri dicebāt. Quia
iam non propter tuam loquelam
credimus: ipsi enim audiuimus et
scimus: quia hic est vere saluator
mundi. Offertorium. Intende voci oratio
nis mee rex meus et deus meus quoniam ad
te orabo domine. Secreta.

Respice domine propici' ad
munera que sacramus. vt
et tibi grata sint et nobis salutaria
semper existant. Cōmunio. Qui biberit
aquam quā ego do ei dixit dñs samaritane
fiet i eo fōs aq̄ saliētis i vitā eternā. Postcōio.

Huius nos domine ꝑceptio
sacramenti mūdet a crimi-
ne: et ad celestia regna perducat.
Per dominum nostrum iesū xp̄m.
Super populum. Humilia: Oratio.

Super populum. Humiliate. Oratio.

Presta quesumus omnipo-
tens deus: vt qui in tua ꝓ-
tectione cōfidimus cuncta: nobis
aduersantia te adiuuāte vincamꝰ
Per dominum. Sabbato officium.

Verba mea auribus per-
cipe domīe intellige cla-
morem meum intende
voci oratiōis mee. p̄s. Rex
meus et deus meus. Oremus. Flectamus.

Presta quesumus omnipo-
tens deus vt qui se affligē-
do carnem ab alimentis abstinēt
sectādo iusticiam a culpa ieiunent
Per. Danielis prophete. xiii. ca.

In diebus illis. Erat vir in
babilone: et nomen eius io
achim. Et accepit vxorem nomi-
ne susannam filiā helchie pulchrā
nimis et timentem deum. Paren-
tes enim illius: cum essent iusti e-
rudierunt filiam suam secundum
legem moysi. Erat autē ioachim
diues valde: et erat ei pomerium
vicinum domui sue: ⁊ ad ipsum cō
fluebant iudei. eo ꝙ esset honora-
bilior omnium. Et constituti sunt
duo senes iudices in anno illo: de q̄
bus locutus est dominus: qꝛ egres-
sa est iniquitas de babilone a senio
ribus iudicibus qui videbantur re
gere populum. Isti frequentabāt
domum ioachim: et veniebant ad
eos omnes qui habebant iudicia:
Cum autem populus reuertisset
post meridiem: ingrediebatur su-
sanna et deambulabat ī pomerio
viri sui. Et videbant eā senes quo
tidie ingredientem et deambulā-
tem: et exarserunt in concupiscen-
tia eius. Et auerterunt sensum su
um et declinauerunt oculos suos
vt non viderent celum neqꝫ recor-
darentur iudiciorum iustorum Fa
ctum est autem cum obseruarent
diem aptum quando eam possent
inuenire solam: ingressa est aliquā
do sicut heri et nudiustercius cum
duabꝰ solis puellis. voluitqꝫ laua
ri in pomerio. Estus quippe erat.
Et non erat ibi quisq̄ preter duos
senes absconditos contemplātes
eaꝫ. Dixit ergo puellis. Afferte mi-
chi oleum et smigmata: et hostia
pomerii claudite vt lauer. Cū au-
tem egresse essent puelle surrexe-
runt duo senes et accurrerunt ad
eam et dixerūt. Ecce hostia pome-
rii clausa sunt et nemo nos videt.
Quamobrem assentire nobis ⁊ cō
miscere nobiscum. Quod si nolue-
ris dicemus testimonium contra
te ꝙ fuerit tecū iuuenis. et ob hanc
causam emiseris puellas a te. In-
gemuit susanna: ⁊ ait Angustie mi
chi sunt vndiqꝫ Si enim hoc egero
mors michi est. Si autem non ege
ro: non effugiam manus vestras:
Sed melius michi est absqꝫ opere
incidere in manꝰ vestras: q̄ pecca-
re in conspectu dn̄i. Et exclama-
uit voce magna susanna exclama
uerunt autē et senes aduersus eaꝫ
Cum ergo audissent clamorem in
pomerio famuli domus: irruerūt
per posticum vt viderent quidnā
esset. Postq̄ autē senes locuti sunt
erubuerunt serui vehementer: qa
nūq̄ dictus fuerat sermo huiusce-
modi de susanna. Et facta est dies
crastina. Cumqꝫ venisset populus
ad virum eius ioachim: venerunt
et duo presbiteri pleni iniqua cogi
tatione aduersus susannam: vt in
terficerent eam. Et dixerunt corā
populo. Mitte ad susannā filiam
helchie vxorem ioachim. Et statiꝫ

miserunt. Et venit cum parentibus & filiis: & vniversis cognatis suis. Flebāt igitur sui: et omnes qui noverant eam. Consurgentes autem duo presbyteri i medio populi: posuerunt manus suas super caput eius. Que flens suspexit ad celum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerūt presbiteri. Cum ambularemus in pomerio soli: ingressa est hec cum duabus puellis: et clausit hostia pomerii & dimisit puellas a se. Venit q ad eam adolescens qui erat absconditus: et concubuit cū ea. Porro nos cum essemus in angulo pomerii: vidētes iniquitatem cucurrimus ad eos: et vidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem nequivimus comprehēdere. quia fortior nobis erat: et aperto hostio exilivit. Hāc autem cum apprehēdissemus: interrogavimus quisnā esset adolescens: et noluit iudicare nobis. Huius rei testes sum⁹. Credidit eis multitudo quasi senibus populi et iudicibus: et cōdemnaverūt eam ad mortem. Exclamavit autem voce magna susanna: et dixit. Deus eterne qui absconditorū es cognitor: qui nosti omnia antefiant. tu scis quoniam falsum contra me tulerunt testimonium. Et ecce maior cum nichil horum fecerim: que isti maliciose composuerūt adversum me. Exaudivit autem dominus vocem eius. Cumq duceretur ad mortem: suscitavit dominus spiritum pueri iunioris cuius nomen daniel: et exclamavit voce magna mundus ego suz: a sanguine huius. Et conversus omnis popul⁹: dixit ad eum. Quis est sermo iste: quem locutus es. Qui cum staret in medio eorum ait. Sic statui filii israel non iudicantes. neq qd verum est cognoscentes: condēnastis filiaz israel. Revertimini ad iudicium: q falsum testimonium locuti sunt adversus eaz. Reversus est ergo omnis populus cum festinatione: et dixit ad eos daniel. Separate eos ab invicem procul: & diiudicabo eos. Cū ergo divisi essent alter ab altero: vocavit vnum de eis. et dixit ad eum. Inveterate dierum malorū. nunc venerunt peccata tua que operabaris prius iudicans iudicia iniusta: innocentes opprimens et dimittens noxios dicente domino Innocentem et iustum non interficies. Nunc ergo si vidisti eaz: dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub cino. Dixit autem daniel. Recte mentitus es in caput tuuz. Ecce enim angelus domini accepta sententia ab eo: scindet te mediuz. Et amoto eo iussit venire alium: & dixit ei. Semen chanaam & non iuda: species decepit te. & concupiscētia subvertit cor tuū. Sic faciebatz filiab⁹ isrl & ille timētes loqbāt vobis. Sed nō filia iuda sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic michi sub qua arbore cōprehenderis eos loquētes sibi. Qui ait. Sub primo. Dixit autē ei daniel. Recte mentitus es: et tu in caput tuum. Manet enim angel⁹ dei gladium habens vt secet te medium: et interficiat vos. Exclamavit itaq ois cet⁹ voce magna: & benedixerunt deum qui salvat sperātes in se. Et consurrexerunt adversū duos presbiteros. convicerat enim eos daniel ex ore suo falsum dixisse testionium. Feceruntq eis sicut male

egerant aduersus proximam: & interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innoxius: in die illa. Rȝm. Si ambulauero in medio vmbre mortis nõ timebo mala quoniam tu mecum es domine. V. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Scdm iohannem. viii.

In illo tẽpore: Perrexit iesus in montem oliueti: & diluculo iterum venit in templum. Et omnis populus venit ad eum: et sedens docebat eos. Adducunt autem scribe & pharisei mulierem in adulterio deprehensã et statuerunt eam in medio: et dixerunt ei. Magister: hec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege aũt moyses mãdauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hec aũt dicebãt tẽtãtes eũ vt possẽt accusare eũ. Jes? autẽ inclinãs se deorsum: digito scribebat in terra. Cum autem perseuerarent interrogantes eum: erexit se et dixit eis. Qui sine peccato est vestrum: primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audientes autem: vnus post vnum exibant. incipientes a senioribus. Et remãsit iesus solus & mulier in medio stans. Erigens autem se iesus: dixit ei. Mulier vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condẽnauit? Que dixit. Nemo domine. Dixit autẽ ei iesus. Nec ego te condemnabo. Uade: & iam amplius noli peccare. Offer. Gressus meos dirige domine secundum eloquium tuum vt non dñetur omnis iusticia dñe. Secreta.

Concede quesumus omnipotens deus: vt hui? sacrificii munus oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget sẽper et muniat. Per. Cõio. Nemo te condẽnauit mulier nemo dñe nec ego te cõdẽnabo iam amplius noli peccare. Postcõmunio.

Quesumus omnipotens deus: vt inter eius membra numeremur: cuius corpori cõmunicauimus et sanguini. Per. Super populum. Humiliate capita vestra.

Retende domine fidelib? tuis dexterã celestis auxilii vt & te toto corde perquirãt et que digne postulant cõseq̃ mereantur.

Dñica media.xl. missa matuti. de sancto spiritu nisi sactorum occurrerit. Ad processionem. ãn. Christe. V. Scuto circumdabit. Intrando chorum vsu? Ad missam officium.

Letare hierusalem et cõuẽtum facite omnes qui diligitis eã gaudete cũ leticia qui in tristicia fuistis vt exultetis & satiemini ab vberibus consolationis vestre. Ps. Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domũ domini ibimus. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui ex merito nostre actiõis affligimur: tue gratie consolatione respiremus. Per dñm. Ad galathas.iiii.

Fratres. Scriptum est quoniam abraham duos filios habuit vnum de ancilla: et vnum de libera. Sed qui de ancilla: secundum carnem natus est. Qui autem de libera per repromissionem: q̃ sunt per allegoriam dicta. Hec enĩ sunt duo testamenta. Unum quidem in monte syna in seruitutẽ generãs: que est agar. Syna enim mõs est in arabia: qui cõiunctus est ei: que nunc est hierusalem: et seruit cum filiis suis. Illa autem que sursum est hierusalez libera est: que est mr̃ nr̃a. Scriptũ est enĩ. Letare sterilis q̃ nõ paris: erumpe et clama q̃

non parturis: quia multi filii deser temagis q̄ eius que habet virum. Nos autē fratres: secundum ysaac promissionis filii sumus. Sed quomodo tunc is qui secundum carnē natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum: ita et nūc Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillā & filiū eius. Non enim erit heres: filius ancille cum filio libere. Itaq; fr̄es nō sum⁹ ācille sed libere Qua libertate: christus nos liberauit. ℟. Letatus sum in his que dicta sūt michi in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua et abūdātia i turrib⁹ tuis. Tract⁹

Qui confidūt in domino sicut mons syō nō commouebitur in eternū qui habitat i hierusalem. ℣. Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui ex hoc nūc & vsq; in seculum. ¶ Scd̄m iohannem. vi.

In illo tempore: Abiit ies⁹ trās mare galilee qd̄ est tyberiadis: & sequebatur eum multitudo magna: quia videbant signa que faciebat super his que ifirmabantur. Subiit ergo in montem iesus: et ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximū pascha dies festus iudeorū. Diuisio. ¶ Cum subleuasset ergo oculos ies⁹: et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum dixit ad philippū. Unde ememus panes vt manducent hi? Hoc aūt dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus Ducētorum denariorū panes non sufficiunt eis: vt vnusquisq; modicum quid accipiat. Dixit ei vnus ex discipulis ei⁹: andreas frater symonis petri. Est puer vnus hic: qui habet quinq; panes ordeaceos et duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos? Dixit ergo iesus. Facite homines discumbere. Erat autē fenū multum in loco. Discubuerunt ergo viri: numero quasi quinq; milia Accepit ergo iesus panes: et cum gratias egisset distribuit discūbentibus. Similiter & ex piscibus quātum volebant. Ut autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite que superauerunt fragmenta: ne pereant. Collegerunt ergo: et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus ordeaceis: que superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent q fecerat signū: dicebant. Quia hic est vere propheta: qui venturus est in mundum. ¶ Credo. Offer. Laudate dominum quia benignus est psallite nomini eius quoniam suauis est omnia quecunq; voluit fecit in celo et in terra. Secreta.

Sacrificiis presentibus dn̄e quesumus intende placat⁹ vt et deuotioni nostre proficiant & saluti. Per do. Cōio. Hierusalē que edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipm illuc eni ascēderūt trib⁹ trib⁹ dn̄i ad cōfitendū nomini tuo domine. Postcōio.

Da nobis misericors deus vt sancta tua quibus incessanter explemur: sinceris tractem⁹ obsequiis: et semper fideli mente sumamus. Per. ¶ Feria secunda officium.

Deus in nomine tuo saluum me fac et in virtute tua iudica me deus exaudi orationem meam. Ps. Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos. Oremus. Flectamus.

Presta quesumus omnipotens deus: vt obseruatōes sacras annua deuotione recolētes et corpore tibi placeamus & mēte. Per do. ¶ Lectio libri. iii. regum. iii.

IN diebus illis. Venerunt due mulieres meretrices ad regem salomonem: steterūtq coram eo Quarum vna ait. Obsecro mi domine: ego et mulier hec habitabamus in domo vna et peperi apud eam in cubiculo. Tercia vero die postq̄ ego peperi: peperit et hec. Et eramus simul. nullusq alius in domo nobiscum: exceptis nobis duabus. Mortu' est autem filius mulieris hui': nocte quippe dormiens oppressit eum. Et cōsurgens intempeste noctis silētio: tulit filium meum de latere meo ancille tue dormientis: et collocauit in sinu suo. Suum autem filiū qui erat mortuus posuit in sinu meo. Cūq surrexissem mane vt darem lac filio meo apparuit mortuus. Quem diligētius intuens clara luce: deprehendi non esse meum quē genueram. Respōditq altera mulier. Non est ita: sed filius tu' mortuus est. meus autem viuit. Econtrario illa dicebat. Mentiris. Fili' quippe meus viuit: et filius tuus mortuus est. Atq in hunc modū contendebant coram rege. Tunc rex ait. Hec dicit filius meus viuit: et filius tuus mortuus est. Et ista respondit non: sed filius tuus mortuus est: et filius meus viuit. Dixit ergo rex. Afferte michi gladium. Cumq attulissent gladium corā rege: ait. Diuidite inquit īfantem viuum in duas partes: et date dimidiā partē vni/ et dimidiā partē alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat viuus ad regem. Commota sunt quippe viscera eius super filio suo. Obsecro mi domine date illi infantem viuum: et nolite interficere. Econtrario illa dicebat. Nec michi nec tibi sit: sed diuidatur. Respondit rex: et ait. Date huic infantem viuum: et nō occidatur. Hec est enim mater eius. Audiuit itaq omnis israel iudicium quod iudicasset rex: et timuerunt regem: videntes sapiētiam dei esse in eo: ad faciendum iudiciū. R. Esto michi in deum protectorem et in locum refugii vt saluum me facias. V. De' in te speraui domine non confundar ineternum. Tractus. Domine non secundum. ℂ Secundum iohannem secundo capitulo.

IN illo tēpore. Prope erat pascha iudeorum: et ascendit iesus hierosolimam. Et īuenit in templo vēdentes oues et boues et colūbas: et nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellū de funiculis omnes eiecit de templo. Oues quoq et boues et nūmulariorum effudit es. et mensas subuertit. Et his qui columbas vēdebant dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere domum patris mei: domum negociatiōis. Recordati vero sunt discipuli eius: quia scriptum est. zelus domus tue comedit me. Responderunt ergo iudei: et dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis q hec facis? Respondit iesus et dixit eis. Soluite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud Dixerunt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est tēplū hoc: et tu ī trib' diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius q hoc dicebat: et crediderunt scripture et sermoni quem dixit iesus. Cum autem esset hierosolimis in pascha ī die festo: multi crediderunt in noīe eius videntes si-

gna que faciebat. Ipse autem iesꝰ nõ credebat semetipsũ eis: eo ꝙ ipse nosset oẽs: ⁊ quia opus ei nõ erat vt quis testimoniũ perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. Offr. Jubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa terra seruite domino in leticia itrate in conspectu eius i exultatiõe quia dominus ipse est deus. Secreta

Oblatum tibi domine sacrificium viuificet nos sẽper ⁊ muniat. Per. Cõio. Ab occultis meis mũda me dñe ⁊ ab alienis pce seruo tuo. Post cõ.

Sumptis domine salutaribus sacramentis: ad redemptionis eterne quesumus proficiamus augmẽtũ: Per. Sup pplm. Oreꝰ Humiliate.

Deprecationem nostram quesumus domine benignus exaudi et quibus supplicãdi prestas affectum: tribue defensionis auxiliũ. Per. Fer. iii. Officiũ.

Exaudi deus orationem meã ⁊ ne despexeris deprecationem meã intẽde in me et exaudi me. ps. Cõtristatus sum in exercitatiõe mea et cõturbatus sũ a voce inimici: et a tribulatione peccatoris. Oremus. Flectamus genua.

Sacre nobis quesumꝰ domine obseruatiõis ieiuniis: et pie cõuersationis augmẽtũ. et tue propiciationis continum prestent auxiliũ. Per. Lcõ libri exodi. xxxii. ca.

In diebus illis: Locutus est dominus ad moysẽ dicens Descende de monte: quia peccauit populus tuꝰ quem eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de via quam ostendisti eis: feceruntqꝫ sibi vitulum conflatilem et adorauerunt: atqꝫ immolantes ei hostias dixerunt. Isti sũt dii tui israel: qui te eduxerunt de terra egypti. Rursũ qꝫ ait dominus ad moysem. Cerno ꝙ populus iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascatur furor meus contra eos et deleam eos faciamqꝫ te in gẽtem magnam. Moyses autem orabat dominum suum dicẽs Cur domine irascitur furor tuꝰ cõtra populum tuum quem eduxisti de terra egypti in fortitudine magna et in manu robusta. Ne queso dicãt egyptii callide eduxit eos: vt interficeret in mõtibus et deleret de terra. Quiescat ira tua: et esto placabilis super nequicia populi tui. Recordare abrahã ysaac et israel seruorum tuorum: quibus iurasti per temetipsum dicẽs. Multiplicabo semẽ vestrum sicut stellas celi: et vniuersam terram hãc de qua locutus sum dabo semini vestro: et possidebitis eũ semper. Placatusqꝫ est dominus ne faceret malũ quod locutus fuerat aduersꝰ populum suum. Et misertus est populo suo dominꝰ deꝰ noster. R. Exurge dñe fer opẽ nobis et libera nos ꝓpter nomẽ tuũ. V. Deus auribus nostris audiuimus patres nostri annunciauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum et in diebus antiquis

Secundum iohannem septimo.

In illo tempore. Jam die festo mediante ascendit iesꝰ in templum et docebat: et mirabãtur iudei dicentes. Quomodo hic litteras scit cum non didicerit. Respõdit eis iesus: et dixit. Mea doctrina nõ est mea: sed eiꝰ qui misit me Si quis voluerit voluntatem eiꝰ facere cognoscet de doctrina mea vtrum ex deo sit: an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur: gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit illum: hic verax est: et iniusticia in

illo non est. Nonne moyses dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legem. Quid me queritis interficere. Respōdit turba: et dixit. Demonium habes. Quis te querit interficere. Respondit iesus: et dixit eis. Unum opus feci: et omnes miramini. Propterea moyses dedit vobis circuncisionem. non quia ex moyse est: sed ex patribus. Et i sabbato circūciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato: vt nō soluatur lex moysi: michi indignamini quia totum hominem sanum feci i sabbato. Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex hierosolimis. Nōne hic est quem querunt interficere. Ecce palā loquitur: et nichil ei dicunt. Nūquid vere cognouerūt principes: quia hic est christus. Sed hunc scimus vnde sit. Christus aūt cum venerit: nemo scit vnde scit. Clamabat ergo docens in templo iesus: et dicens. Et me scitis et vnde sim scitis: et a me ipso non veni. sed est verus qui misit me quē vos nescitis. Ego autē scio eum. Et si dixero quia nescio eum: ero similis vobis mēdax. Sed scio eū: quia ab ipso sū. et ipse me misit. Querebant ergo eum apprehendere: et nemo misit in illum manus: quia nūdū venerat hora eius. De turba autē multi crediderunt in eum. Offr. Expectās expectaui dn̄m et respexit me et exaudiuit deprecationem meam et immisit in os meū cāticū nouū hymnū deo nostro. Secreta

Hec hostia domine quesumus emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per. Cōio Letabimur in salutari tuo et in noīe dn̄i dei nr̄i magnificabimur. Postcōio

Huius nos quesumus domine perceptio sacramenti mūdet a crimine: et ad celestia regna perducat. Per. Sup ppl'm. Humiliate.

Miserere dn̄e populo tuo: et continuis tribulationibus laborantem propicius respirare cōcede. Per do. Feria. iiii. Officium.

Dum sanctificatus fuero in vobis cōgregabo vos de vniuersis terris et effūdam super vos aquā mūdam et mundabimini ab omnib⁹ inquinamentis vestris et dabo vobis spiritum nouum. Ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus ei⁹ in ore meo. Sine. Dn̄s vo. Oremus. Flecta

Deus qui et iustis premia meritorum et peccatorib⁹ per ieiunium veniam prebes: miserere supplicibus tuis: vt reatus sui cōfessio indulgentiam suorum valeat percipere delictorum: Per. Lectio ezechielis prophete. xxxvi.

Hec dicit dominus de⁹. Sāctificabo nomē meum magnū vt sciāt gētes quia ego dominus cum sanctificat⁹ fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de gētib⁹: et congregabo vos de vniuersis terris. Et adducam vos in terram vestrā: et effundam super vos aquam mundam: et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: et ab vniuersis ydolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouū et spiritū nouum ponam in medio vestri et auferam cor lapideū de carne vestra: et dabo vobis cor carneum: et spiritum meū ponam in medio vestri. Et faciam vt in preceptis meis ambuletis: et iudicia mea custodiatis et operemini

Et habitabitis in terra quā dedi patrib⁹ vestris. Et eritis michi in populum: et ego ero vobis in deū. Dicit dominus omnipotens. R. Venite filii audite me timorē dñi docebo vos. V. Accedite ad eū et illuminamini et facies vestre nō cōfūdēt. Dñs vobiscū. Ore⁹. Flecta.

Presta quesumus omnipotens deus: vt quos ieiunia votiua castigant: ipsa quoq; deuotio sancta letificet: vt terrenis effectib⁹ mitigatis: facilius celestia capiamus. Per do. Lctō ysa. prophete. i.

Hec dicit dominus deus. Lauamini mūdi estote auffer te malum cogitationum vestrarū ab oculis meis. Quiescite agere perverse: discite benefacere. Querite iudicium: subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduam: et venite et arguite me dicit domin⁹. Si fuerit peccata vestra vt coccinū quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dominus omnipotens. R. Beata gēs cuius ē dñs deus eorum populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. V. Verbo domini celi firmati sūt et spiritu oris eius omnis virtus eorū. Tractus. Dñe non secundum. Secundum iohannem. ix

In illo tempore. Preteriēs iesus vidit hominem cecū a natiuitate: et interrogauerunt eum discipuli ei⁹. Rabbi. Quis peccauit hic aut parentes eius vt cec⁹ nasceretur. Respondit iesus. Neq; hic peccauit neq; parentes eius: sed vt manifestētur opa dei in illo. Me oportet operari opera ei⁹ q̄ misit me: donec dies est. Venit nox: quādo nemo potest operari. Quandiu in mundo sum: lux sum mundi. Hec cum dixisset: expuit in terram et fecit lutum ex sputo et liniuit lutum super oculos ei⁹: & dixit ei. Vade: & laua i natatoria siloe quod interpretatur missus: Abiit ergo & lauit: et venit videns. Itaq; vicini et qui viderant eum prius quia mendicus erat dicebant. Nonne hic est qui sedebat et mendicabat. Aliī dicebat quia hic ē: alii autem nequaq̄: sed similis est eius. Ille vero dicebat quia ego sum. Dicebat ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi. Respōdit. Ille homo qui dicitur iesus: lutū fecit et vnxit oculos meos & dixit michi. Vade ad natatoriam siloe et laua: et abii et laui & vidi. Dixerūt ergo ei. Ubi est ille. Ait Nescio. Adducunt eum ad phariseos: qui cec⁹ fuerat. Erat autem sabbatu m quando lutum fecit iesus: et aperuit oculos eius: Iterum ergo īterrogabāt eum pharisei: quomodo vidisset. Ille autem dixit eis Lutum posuit michi super oculos et laui et video. Dicebant ergo ex phariseis quidam: Non est hic homo a deo: qui sabbatum non custodit. Aliī dicebāt. Quomodo potest homo peccator hec signa facere Et scisma erat: inter eos. Dicunt ergo ceco iterū. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos. Ille autem dixit: quia propheta est. Non crediderunt ergo iudei de illo quia cec⁹ fuisset: et vidisset: donec vocauerūt parentes eius qui viderat: et interrogauerunt eum dicentes. Hic est filius vester quē vos dicitis quia cecus natus est: quomodo ergo nunc videt. Responderunt eis parentes eius: et dixerunt. Scimus quia hic est filius noster: et quia cecus nat⁹ est: quomodo autem nunc videat

nescim⁹: aut quis aperuit eius oculos nos nescimus. Ipsum interrogate: etatem habet ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius: quia timebant iudeos. Iam enim conspirent iudei ut si quis ei confiteretur christum: extra synagogã fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia etatem habet ipsum interrogate. Vocauerũt ergo rursum hominem: qui fuerat cecus: et dixerunt ei. Da gloriam deo. Nos scimus quia hic homo peccator est Dixit ergo ille. Si peccator est nescio. Unum scio quia cecus cum essem: modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi quomodo aperuit tibi oculos. Respondit eis. Dixi vobis iam et audistis: quid iterũ vultis audire. Nunquid et vos vultis discipuli eius fieri. Maledixerũt ei et dixerunt Tu discipulus illius sis nos autem discipuli moysi sumus nos scimus quia moysi locutus est deus. Hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo: et dixit eis. In hoc enim mirabile est: quia vos nescitis unde sit et aperuit meos oculos. Scim⁹ autem quia peccatores deus nõ audit. Sed si quis dei cultor est: et volũtatem eius facit: hunc exaudit. A seculo nõ est auditum: quia aperuit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicq̃. Responderunt et dixerunt ei. In peccatis nat⁹ es totus: et tu doces nos. Et eiecerũt eum foras. Audiuit iesus quia eiecerunt eum foras: et cum inuenisset eum dixit. Tu credis in filiũ dei Respondit ille et dixit. Quis est domine vt credam in eum. Et dixit ei iesus. Et vidisti eum: et qui loquitur tecũ ipse est. Et ille ait. Credo domine. Et procidẽs: adorauit eũ. Offã. Bñdicite gẽtes dñm deũ nostrũ: et obaudite vocẽ laudis eius q̃ posuit aĩam meã ad vitã et non dedit cõmoueri pedes meos bñdict⁹ q̃ nõ amouit deprecationẽ meã: et miam suã a me.

Secreta. Supplices te rogamus domine vt his sacrificiis peccata nostra mũdẽtur: quia tunc veram nobis tribuis et mentis et corporis sanitatẽ. Per dominum. Cõio. Lutũ fecit ex sputo dñs: et liniuit oclos meos et abii et laui et vidi et credidi deo

Postcõio. Sacramenta que sũpsimus domine deus noster: et spiritalibus nos repleant alimentis: et corporalibus tueãtur auxiliis. Per. Sup populũ. Humiliate. Pateant aures misericordie tue domine precibus supplicantium: et vt petentibus desiderata concedas: fac eos que tibi placita sunt postulare. Per dominum.

Feria quinta. Officium. Letetur cor querantiũ dominum querite dominum et cõfirmamini querite faciem eius semper. ps. Cõfitemini dño et inuocate nomẽ ei⁹. Annũciate iter gẽtes opa eius. Ore⁹ Flectam⁹. Presta quesumus omnipotens deus vt quos ieiunia votiua castigant: ipsa quoq̃ deuotio sancta letificet: vt terrenis affectib⁹ mitigatis: facilius celestia capiamus. Per. Lectõ libri regũ. iiii. In diebus illis. Uenit mulier sunamitis ad helyseũ prophetam in montem carmeli: et apprehendit pedes eius. Et accessit giezi vt amoueret eã. Et ait homo dei. Dimitte eã anima enĩ eius in amaritudine est: et domin⁹ celauit a me: et non indicauit michi. Que dixit illi. Nunquid petiui

filium a domino meo. Nũquid nõ dixit tibi ne illudas me. Et ille ait ad giezi. Accige lũbos tuos ꝛ tolle baculũ meũ in manu tua et vade. Si occurrerit tibi homo non salutes eũ: et si salutauerit te quispiaꝫ non respõdeas illi. Et pone baculũ meũ sup faciẽ pueri. Porro mater pueri ait. Uiuit dñs ꝛ viuit aĩa tua nõ dimittã te. Surrexit ergo ꝛ secut⁹ est eã. Giezi autem precesserat ãte eos: et posuerat baculũ sup faciẽ pueri ꝛ nõ erat vox neqꝫ sens⁹ Reuersusqꝫ est ĩ occursũ ei⁹ ꝛ nũciauit ei dicẽs. Non surrexit puer. Ingress⁹ est ergo helyseus domũ ꝛ ecce puer mortu⁹ iacebat in lectulo ei⁹ Ingressusqꝫ clausit hostiũ super se ꝛ sup pueruꝫ: et orauit ad dñm. Et ascẽdit ꝛ ĩcubuit sup puerũ posuitqꝫ os suũ sup os eius ꝛ oculos suos sup oculos ei⁹. ꝛ man⁹ suas sup manus ei⁹. Et ĩcuruauit se super puerum: ꝛ calefacta est caro pueri At ille reuersus deambulauit ĩ domo semel huc atqꝫ illuc. Et ascendit et incuruauit se super puerum et oscitauit puer septies: aperuitqꝫ oculos. At ille vocauit giezi: ꝛ dixit ei. Uoca sunamitã hanc. Que vocata ingressa est ad eum. Qui ait. Tolle filiũ tuum. Uenit illa et corruit ad pedes ei⁹: ꝛ adorauit super terrã. Tulitqꝫ filium suũ ꝛ egressa est. Helyse⁹ vero reuersus est ĩ galgala. ℟. Respice domine ĩ testamentũ tuũ et aĩas pauperũ tuorũ ne obliuiscaris ĩ fineꝫ ℣. Exurge deus et iudica causam tuam memor esto opprobrii seruor ꝫ tuor ꝫ. Scdm iohã

In illo tempore. Dixit ne ꝫ. v. iesus turbis iudeorum. Pater me⁹ vsqꝫ modo operatur: ꝛ ego operor. Propterea ergo magis querebant iudei ĩficere eũ qꝛ nõ solũ soluebat sabbatũ sed ꝛ patrẽ suũ dicebat deũ equalẽ se faciẽs deo Respõdit itaqꝫ ies⁹ ꝛ dixit eis. Amẽ amẽ dico vobis nõ potest fili⁹ a se facere qc̃ꝫ nisi quod viderit patrẽ facientem Quecunqꝫ enim fecerit ille hec et filius similiter facit. Pater enim diligit filiũ. et omnia demonstrat ei q̃ ipse facit. Et maiora his demõstrabit ei opera: vt ꝛ vos miremini. Sicut enĩ pater suscitat mortuos ꝛ viuificat. sic et filius quos vult viuificat Neqꝫ enim pater iudicat quẽq̃ sed omne iudicium dedit filio: vt omnes honorificent filiũ sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illũ. Amen amen dico vobis: quia qui verbũ meuꝫ audit: et credit ei qui misit me habet vitam eternam. Et in iudiciũ nõ venit sed transiet a morte in vitã Amen amẽ dico vobis quia venit hora ꝛ nunc est: quando mortui audient vocem filii dei: et qui audierit. viuent. Sicut enim pater habet vitam in semet ipso: sic dedit ꝛ filio vitam habere ĩ semet ipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sũt audient vocem filii dei. Et procedẽt qui bona fecerunt: in resurrectionem vite. Qui vero mala egerũt in resurrectioneꝫ iudicii. Offer. Dñe in auxilium meum respice confundantur et reuereantur qui querunt animam meam vt auferant eam. ¶ Secreta.

Purifica nos misericors de⁹ vt ecclesie tue pces que tibi grate sũt pia mũera deferẽtes fiãt expiatis mẽtib⁹ gratiores. P. Cõio. Dñe memorabor iusticie tue solius deus do=

custisti me a iuuētute mea ꝛ vsqꝫ i senectā ꝛ seni um deus ne derelinquas me. Postcōmunio.

Celestia dona capientibus quesumus domine non iudicium prouenire patiaris quod fi delib⁹ tuis ad remediū puidisti per

Super populum. Oremus. Humiliate.

Populi tui deus istitutoꝛ ꝛ rectoꝛ pctā qb⁹ ipugnat expelle vt sēp tibi placit⁹ ꝛ tuo munimine sit secur⁹ Per. Feria. vi. Officium.

Meditatio coꝛdis mei in conspectu tuo semper domine adiutoꝛ meus et redemptoꝛ me⁹. ps. Celi enarrāt gloꝛiā dei: et opera manuū eius ānūciat firmamētū. Ore⁹. Flectam⁹ genua.

Deus q ieffabilib⁹ mūdū renouas sacramētꝫ pſta qs: vt ecclesia tua etnis pficiat istitutis ꝛ tēpoꝛalib⁹ nō destituatur auxiliis Per dominum nostrum iesuꝫ chꝛistum filiū tuuꝫ. Qui tecum viuit.

Lectio libri regum tercii. xvii.

In diebus illis. Egrotauit fili⁹ mulieris matrisfamilias. Et erat languoꝛ foꝛtissimus ita vt non remaneret in eo alitus Dixit ergo ad heliam. Quid michi et tibi vir dei. Ingressus es ad me: vt rememoꝛētur iniquitates mee et interficeres filiū meū. Et ait ad eam helyas. Da michi filium tuū Tullitqꝫ illum de sinu illius et poꝛtauit in cenaculum vbi ipse manebat. Et posuit super lectum suū: ꝛ clamauit ad dominū et dixit. Dñe deus meus etiam ne viduā apud quā ego vt cumqꝫ sustentoꝛ afflixisti vt interficeres filium eius. Expandit ergo se atqꝫ mensus est sup puerum trib⁹ vicibus: clamauitqꝫ ad dominum et ait. Domine deus meus reuertatur oꝛo anima pueri huius: in viscera ei⁹. Exaudiuitqꝫ domin⁹ vocem helye et reuersa est anima pueri intra eum et reuixit. Tulitqꝫ helyas puerū: et deposuit eum de cenaculo in inferioꝛem domū: et tradidit matri sue: et ait illi En viuit filius tuus. Dixitqꝫ mulier ad helyam. Nunc in isto cognoui quoniam vir dei es tu: et verbū domini in oꝛe tuo verū est. ℞. Bonū ē cōfidere in domino q̄ cōfidere i hoie. ℣. Bonū est sperare in dño q̄ sperare i pꝛincipibus. Tractus. Domine non secundum pctā nr̄a que fecim⁹ nos neqꝫ scdm̄ iniqtates nr̄as retribuas nobis. ℣. Domie ne memineris iniqtatū nr̄aꝝ ātiquaꝝ cito anticipent nos mie tue qꝛ pauperes fcti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄ et pter gliam nois tui dñe libera nos ꝛ ppici⁹ esto pctis nris pter nomē tuū Scdm̄ iohānē. xi capi.

In illo tempoꝛe. Erat quidā languens nomine lazarus a bethania de castello marie ꝛ marthe soꝛoꝛū eius. Maria autem erat que vnxit dūm vnguento: et extersit pedes eius capillis suis cuius frater lazar⁹ infirmabatur Miserunt ergo soꝛoꝛes eius ad eum dicentes. Domine: ecce quem amas infirmatur. Audiēs autē iesus: dixit eis. Infirmitas hec nō ē ad moꝛtem: sed pꝛo gloꝛia dei: vt gloꝛificetur filius dei per eū Diligebat aūt iesus marthā ꝛ soꝛoꝛem eius mariam. et lazarū. Ut ergo audiuit qꝛ infirmabat tūc quidam mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hec dixit discipulis suis. Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi nunc querebāt te iudei lapidare: et iterum vadis illuc. Respondit iesus. Nonne duodecim hoꝛe sunt diei. Si quis ambulauerit in die non offendit quia

lucem huius mundi videt. Si au-
tem ambulauerit in nocte: offen-
dit quia lux non est in eo. Hec ait: ⁊
post hec dixit eis Lazarus amicꝰ no
ster doꝛmit: sed vado vt a sōno exci
tem eum. Dixerunt ergo discipuli
eius. Domine si doꝛmit: saluus erit
Dixerat autem iesus de moꝛte eiꝰ
Illi autem putauerūt quia de doꝛ
mitione sōni diceret. Tunc ergo di
xit eis iesus manifeste. Lazarꝰ moꝛ
tuus est: et gaudeo pꝛopter vos: vt
credatis quoniā nō eram ibi. Sed
eamꝰ ad eū. Dixit ergo thomas qui
dicitur didimus ad condiscipulos.
Eamus et nos: et moꝛiamur cum
eo. Venit itaqꝫ iesus: et inuenit eū
quattuoꝛ dies iam in monumento
habentem. Erat autem bethania
iuxta hierosolimam: quasi stadiis
quindecim. Multi autem ex iudeis
venerāt ad martham et mariam:
vt consolarentur eas de fratre suo
Martha ergo vt audiuit quia iesus
venit: occurrit illi. Maria autē do-
mi sedebat. Dixit ergo martha ad
iesum. Domine si fuisses hic: frater
meus non fuisset moꝛtuus. Sed et
nunc scio: quia quecunqꝫ poposce-
ris a deo: dabit tibi deus. Dixit illi
iesus. Resurget frater tuus. Dixit
ei martha. Scio quia resurget ī re
surrectione: ī nouissimo die. Dixit
ei iesus. Ego sū resurrectio: et vita
Qui credit in me: etiā si moꝛtuꝰ fue
rit viuet. Et omnis qui viuit et cre
dit: ī me nō moꝛietur ī eternū. Cre
dis hoc. At illi. Vtiqꝫ domine. Ego
credidi quia tu es chꝛistꝰ filiꝰ dei: qui
in hunc mundum venisti. Et cum
hoc dixisset: abiit et vocauit mari-
am soꝛoꝛem suā silētio dicens. Ma
gister adest: ⁊ vocat te. Illa autem
vt audiuit: surrexit cito: ⁊ venit ad
eum. Nundum enim venerat iesꝰ
in castellū: sed erat adhuc in illo lo
co vbi occurrerat ei martha. Iudei
igitur qui erant cum ea in domo: ⁊
cōsolabantur eā cum vidissēt ma-
riam quia cito surrexit et exiit: se-
cuti sūt eā dicentes: quia vadit ad
monumentū vt ploꝛet ibi. Maria
ergo cū venisset vbi erat iesus: vi-
dens eum cecidit ad pedes eius: et
dixit ei: Domine si fuisses hic: nō es-
set moꝛtuus frater meus. Iesus er
go videns eam ploꝛantem et iude
os qui venerant cum ea ploꝛātes:
infirmauit spiritu et turbauit seip-
sum: et dixit. Vbi posuistis eū. Di-
cunt ei: Domine veni ⁊ vide. Et la
chꝛimatus est iesus. Dixerūt ergo
iudei. Ecce quomodo amabat eū
Quidam autem ex ipsis dixerunt.
Non poterat hic qui aperuit ocu-
los ceci nati facere vt et hic nō mo-
reretur. Iesꝰ ergo rursum fremēs
in semetipso: venit ad monumen-
tum. Erat autem spelunca: et la-
pis superpositus erat ei. Ait iesus.
Tollite lapidem. Dixit ei martha
soꝛoꝛ eius qui moꝛtuus fuerat. Do
mine iam fetet: quatriduanus enī
est. Dixit ei iesꝰ. Nōne dixi tibi quo
niam si credideris videbis gloꝛiam
dei. Tulerunt ergo lapidem. Iesꝰ
autem eleuatis sursum oculis: di-
xit. Pater gratias ago tibi: quoniā
audisti me. Ego aūt sciebā: quia sē
per me audis. Sed pꝛopter popu-
lum qui circunstat dixi: vt credant
quia tu me misisti. Hec cum dixisset
voce magna clamauit. Lazare: ve
ni foꝛas. Et statim pꝛodiit qui fue-
rat moꝛtuus ligatus pedes et ma-
nus institis: et facies illius sudario
erat ligata. Dixit eis iesus. Solui-
te eum: ⁊ sinite abire. Multi ergo ex

iudeis qui venerant ad mariam et martham: vt viderunt que fecit iesus: crediderunt in eum. Offer. Populū humilē saluū facies dñe et oculos superbor̄ hūiliabis qm̄ quis de⁹ pter te dñe. Secreta.

Munera nos quesumus domine oblata purificent: et te nobis faciant iugiter esse placatum. Per. Cōio. Vidēs dominus flētes sorores lazari ad monumētū lachrymatus ē corā iudeis et clamabat lazare veni foras: et pdijt ligatis manibus ꝛ pedibus qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcommunio.

Hec nos quesumus domine participatio sacramēti: et a proprijs reatibus indesinenter expediat: et ab omnibus tueatur aduersis. Per. Sup pplm. Orō. Hūiliate.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui ĩfirmitatis nostre conscij de tua virtute confidimus: sub tua semper protectione gaudeamus. Per. Sabbato. Ad missā. Officiū

Sitiētes venite ad aquas dicit dominus ꝛ qui nō habetis preciū venite bibite cū leticia. Ps. Attēdite popule me⁹ legem meā: iclinate aurē vestrā in vba oris mei. Oremus. Flectamus genua

Fiat domine quesumus per gratiam tuam fructuosus nostre deuotionis affect⁹: quia tūc nobis proderunt suscepta ieiunia. si tue sint placita pietati. Per. Isaye pphete. xlix. ca.

Hec dicit dominus de⁹. In tempore placito exaudiui te: et in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te. et dedi te in fed⁹ populi: vt suscitares terram et possideres hereditates dissipatas: vt diceres his qui vincti sūt: exite: et his qui ĩ tenebris: reuelamini. Super vias pascētur: et in omnibus planis pascue eorū. Non esurient neq; sitient: et non percutiet eos estus ꝛ sol. Quia miserator eorum reget eos: et ad fōtes aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam: et semite mee exultabuntur. Ecce isti de longe venient: et ecce illi ab aquilone et mari: et isti de terra australi. Laudate celi et exultet terra: iubilate montes laudem quia consolatus est domin⁹ populum suum: et pauperū suorum miserebitur. Et dixit syon. Dereliquit me domin⁹ et domin⁹ oblit⁹ est mei. Nū quid obliuisci potest mulier infantē suū vt nō misereatur filio vteri sui. Et si illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiscar tui. Dicit dominus omnipotens. R. Tibi dñe derelictus est pauper pupillo tu eris adiutor. V. Ut quid domine recessisti longe despicis in opportunitatib⁹ in tribulatione dum superbit impius incenditur pauper. Secundum matheum. viii.

In illo tempore: Dicebat iesus turbis iudeorum. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me: non ābulat in tenebris: sed habebit lumē vite. Dixerūt ergo ei pharisei: Tu de te ipso testimoniū perhibes: testimoniū tuum non est verū. Respōdit ies⁹: et dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de meipso verum est testimonium meū: quia scio vnde veni: et quo vado. Uos autē nescitis vnde venio aut quo vado. Uos secundum carnē iudicatis: ego non iudico quēq̄. Et si iudico ego iudiciū meum verū est: quia solus non sum: sed ego et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptū est: quia duorum hominū testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: et testimonium perhibet de me qui

misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus? Respondit iesus Neque me scitis neque patrem meum. Si me sciretis, forsitan et patrem meum sciretis. Hec verba locutus est iesus in gazophilacio: docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius. Offer. Factus est dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus et sperabo in eum. Secreta.

Oblationibus quesumus domine placare susceptis et ad nostras etiam rebelles compelle propicius voluntates. Per do. Com. Dominus regit me et nichil michi deerit in loco pascue ibi me collocauit super aquam refectionis educauit me. Postcommunio.

Tua nos quesumus domine sancta purificent: et operatione sua te nobis perficiant esse placatum. Per do. Super populum. Humiliate. Or.

Deus qui sperantibus in te misereri potius eligis quam irasci da nobis digne flere mala que fecimus: ut tue consolationis gratiam inuenire valeamus. Per dominum.

¶ Dñica in passione, missa matutinali. Versu. Ad processionem aliquod Rx. de historia cum V. et oratione diei. Ad magnam missam. Officium:

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta ab homine iniquo et doloso eripe me quia tu es deus meus et fortitudo mea. Ps. Emitte lucem tuam et veritatem tuam ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua. Non dicitur Gloria patri in officiis missarum, videlicet de tempore abhinc usque ad diem resurrectionis, sed repetitur officium. Oratio

Quesumus omnipotens deus familiam tuam propicius respice: ut te largiente regatur in corpore: et te seruante custodiatur in mente. Per. Ad hebreos. ix

Fratres: Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum. id est non huius creationis. neque per sanguinem hyrcorum aut vitulorum: sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta / eterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hyrcorum et taurorum / et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo / emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti? Et ideo noui testamenti mediator est: ut morte intercedente in redemptionem earum preuaricationum que erant sub priori testamento: repromissionem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. In christo iesu: domino nostro. Rx. Eripe me de inimicis meis doce me facere voluntatem tuam. V. Liberator meus domine de gentibus iracundis et ab insurgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me domine. ¶ Tractus.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. V. Dicat nunc israel sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. V. Etenim non potuerunt michi supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. V. Prolongauerunt iniquitatem sibi dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Secundum iohannem. viii.

In illo tempore. Dicebat iesus turbis iudeorum: et principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non creditis michi? Qui est ex deo: verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. Responderunt igitur iudei et dixerunt ei. Nonne bene dici-



mus nos. qꝛ samaritanꝰ es tu: ⁊ de
moniũ habes? Respõdit iesꝰ. Ego
demoniũ nõ habeo: sed honorifico
patrẽ meũ: et vos ĩhonorastis me
Ego nõ quero gloriã meã. est qui
querat et iudicet. Amen amen di=
co vobis: si quis sermonem meum
seruauerit: mortem non gustabit
ineternum. Dixerunt ergo iudei:
Nunc cognouimus: quia demoni
um habes. Abraham mortuus est
et prophete: et tu dicis. si quis ser=
monem meum seruauerit: mortẽ
nõ gustabit ineternũ. Nũquid tu
maior es patre nostro abraham q̇
mortuꝰ est: ⁊ prophete mortui sũt?
Quẽ teipm̃ facis? Respõdit iesus.
Si ego glorifico meipsum: gloria
mea nichil est. Est pater meꝰ q̇ glo
rificat me: quẽ vos dicitis qꝛ deꝰ vr̃
est: ⁊ nõ cognouistis eum Ego aũt
noui eũ. Et si dixero qꝛ nõ noui eũ:
ero similis vobis mẽdax. Sed scio
eũ: et sermonem eius seruo. Abra=
ham pater vester exultauit vt vi=
deret diem meum: vidit ⁊ gauisus
est. Dixerũt ergo iudei ad eũ. Qui
quagita ãnos nũdũ habes: ⁊ abra
ham vidisti? Dixit eis iesus. Amen
amẽ dico vobis: añq̃ abrahã fieret
ego sum. Tulerunt ergo lapides
vt iacerent in eum. Jesus autẽ ab=
scondit se: et exiuit de tẽplo. ℂ Cre=
do. Offertoriũ. Cõfitebor tibi dñe ĩ toto cor
de meo retribuere seruo tuo viuã et custodiã
sermones tuos viuifica me secundum verbũ
tuum domine.

Secreta.

Hec munera quesumus do
mine et vincula nostre pra
uitatis absoluant: et tue nobis mi
sericordie dona conciliet. Per. Cõ=
munio. Hoc corpus quod pro vobis tradetur
Hic calix noui testamẽti est in meo sanguine
dicit dominus hoc quotienscunqꝫ sumitis in
meam commemorationem.

Postcõio

Adesto nobis domine deus
noster et quos tuis misteri
is recreasti perpetuis defende pre=
sidiis. Per. ℂ Feria secunda officium.

Miserere michi domĩe quo
niam conculcauit me ho
mo tota die bellans tri=
bulauit me. Ps. Conculcaue
runt me inimici mei tota die: quoniam multi
bellantes aduersum me. Oremus. Flectamꝰ
genua. Leuate.

Sanctifica
quesumus domine nostra
ieiunia et cunctarum nobis propi
cius indulgentiam largire culpa=
rum. Per. ℂ Lectio ione prophete. iii. ca.

In diebus illis. Factum est
verbum domini ad ionã p
phetam secundo dicẽs. Surge et
vade in niniuẽ ciuitatẽ magnã: et
predica in ea predicationẽ quẽ ego
loquor ad te. Et surrexit ionas: et
abiit ĩ niniuẽ iuxta verbum domi
ni. Et niniue erat ciuitas magna:
itinere dierũ triũ. Et cepit ionas
introire ĩ ciuitate itinere diei vniꝰ
et clamauit ⁊ dixit. Adhuc quadra
ginta dies: et niniue subuertetur.
Et crediderunt viri niniuite in do
mino / et predicauerunt ieiunium:
et vesti sunt saccis a maiore vsqꝫ ad
minorẽ. Et peruenit verbũ ad re=
gem niniue ⁊ surrexit de solio suo
et abiecit vestimẽtum suum a se / ⁊
indutus est sacco / et sedit in cinere.
et clamauit et dixit. In niniue ex
ore regis: et principum eius dicens
Homines et iumenta ⁊ boues ⁊ pe
cora non gustent quicq̃ nec pascã=
tur: ⁊ aquã non bibant. Et operiã
tur saccis hoĩes: et iumẽta clamẽt
ad deũ in fortitudine. Et cõuertat
vir a via sua mala. ⁊ ab iniq̃tate q̄
est in manibus eorum. Quis scit si

cōuertatur ⁊ ignoscat deꝰ: ⁊ reuertatur a furoꝛe ire sue: ⁊ non peribimus. Et vidit deus opera eoꝛum: quia conuersi sunt de via sua mala Et misertus est populo suo: dominus deus noster. ℟. Deus exaudi oꝛationē meā auribus percipe verba oꝛis mei. ℣. Deus in nomine tuo saluū me fac et in virtute tua iudica me. Tractus. Dñe nō secundū

¶ Secundum iohannem. vii.

In illo tempoꝛe. Miserunt pꝛincipes et pharisei ministros vt appꝛehenderēt iesum. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum tempus vobiscum sum: ⁊ vado ad eum qui misit me. Queretis me: et non inuenietis. et vbi sum ego vos non potestis venire. Dixerūt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturꝰ est quia non inueniemus eū. Nunquid in dispertionem gentium iturus est et docturus gentes. Quis est hic sermo quem dixit: queretis me et non inuenietis: et vbi sum ego vos nō potestis venire. In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat iesus: et clamabat dicens. Si quis sitit: veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumīa de vētre eiꝰ fluēt aque viue Hoc aūt dixit de spū quē accepturi erāt credētes in eū Offer. Domine conuertere ⁊ eripe animam meam saluum me fac propter mīam tuā. Secreta.

Concede nobis domine deus noster: vt hec hostia salutaris / et nostroꝛū fiat purgatio delictoꝛum: et tue pꝛopiciatio maiestatis. Per dominum. Cōio. Dominus virtutum ipse est rex gloꝛie. Postcōio.

Sacramēti tui q̄s dñe participatio salutaris: et purificationē nobis pꝛebeat et medelā. Per. Super populū. Oꝛemus. Humiliate.

Da quesumus domine populo tuo salutem mentis et coꝛpoꝛis: vt bonis operibus inherēdo: tua semper mereatur pꝛotectione defendi. Per dominum.

¶ Feria tercia. Officium

Expecta dominum viriliter age et cōfoꝛtetur coꝛ tuum ⁊ sustine dominū Ps. Dominus illuminatio mea et salus mea quē timebo. Oꝛemꝰ. Fle.

Nostra tibi quesumꝰ domine sit accepta ieiunia: que nos et expiādo gratia tua dignos efficiant: ⁊ ad remedia perducant eterna. Per dominum nostrum.

¶ Danielis pꝛophete. xiiii. ca.

In diebꝰ illis. Cōgregati sūt babilonii ad regē: ⁊ dixerūt ei. Trade nobis danielem: q̄ bel destruxit ⁊ dꝛachonē interfecit. Alioq̄n interficiemꝰ te ⁊ domū tuā. Vidit ergo rex q̄ irruerēt in eū vehemēter: ⁊ necessitate ꝯpulsus tradidit eis danielem. Qui miserūt eū ī lacū leonum: et erat ibi sex diebus Poꝛro ī lacu erāt septē leones ⁊ dabātur eis quotidie duo coꝛpoꝛa et due oues. Et tūc nō data sunt eis: vt deuoꝛarēt danielē. Erat autē abacuc ꝓpheta in iudea. et ipse coxerat pulmētū. ⁊ ītriuerat panes in alueolo: ⁊ ibat ī cāpum vt ferret messoꝛibꝰ Dixitq̄ āgelꝰ dñi: ad abacuc. Fer pꝛādiū qđ habes in babilonē danieli: q̄ est ī lacu leonū Et dixit abacuc. Dñe: babilonē nō vidi: ⁊ lacū nescio. Et apphēdit eū āgelus dñi ī vertice eiꝰ. ⁊ poꝛtauit illū capillo capitis sui. posuitq̄ eū in babilone sup̱ lacū in impetu spūs sui: Et clamauit abacuc dicēs. Daniel serue dei: tolle pꝛandium quod misit tibi deus. Et ait daniel. Recoꝛ-

datus es mei domine deus meus: et non dereliquisti diligentes te. Surgensqꝫ daniel: comedit. Poꝛro angelus domini restituit abacuc: confestim in loco suo Uenit igitur rex die septima: vt lugeret danielem. Et venit ad locū et introspexit: et ecce daniel sedēs in medio leonum: et exclamauit rex voce magna dicēs. Magnus es domine deus danielis. Et extraxit eum de lacu. Illos autē qui perditionis eius causa fuerant: itromisit in lacum et deuoꝛati sunt in momento coꝛā eo. Tunc rex ait. Paueant omnes inhabitantes in vniuersa terra deum danielis: quia ipē est liberatoꝛ et saluatoꝛ faciens signa et mirabilia in celo ⁊ in terra. Qui liberauit danielem: de lacu leonum. ℟. Discerne causam meam domine ab homine iniquo et doloso eripe me. ℣. Emitte lucem tuā et veritatē tuā ipsa me deduxerūt et adduxerūt in mōtē sctm̄ tuū. ¶ Scdm̄ iohānē. viii

In illo tempoꝛe: Ambulabat iesus in galileam: non enī volebat in iudeam ambulare quia querebant eum iudei interficere. Erat autem in pꝛoximo dies festus iudeoꝛum scenophegia. Dixerunt autem ad eum fratres eiꝰ. Transi hinc et vade in iudeam vt et discipuli tui videant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit: et querit ipse in palā esse. Si hec facis: manifesta teipsū mundo. Neqꝫ enim fratres eiꝰ: credebāt in eum. Dixit ergo eis iesus. Tempus meū nūdū aduenit tēpꝰ autē vestrum semper est paratū. Non potest mūdus odiisse vos me aūt odit quia testimoniū perhibeo de illo quia opera eius mala sunt Uos ascendite ad diē festum hūc ego autem non ascēdam ad diem festum istum: quia tempus meum nundum impletum est. Hic cū dixisset: ipse mansit in galilea Ut autem ascenderunt fratres eius: tūc et ipse ascendit ad diē festū nō manifeste: sed quasi in occulto. Iudei ergo querebant eum in die festo: ⁊ dicebāt. Ubi est ille? Et murmur multus erat ī turba de eo. Quidā autem dicebant quia bonꝰ est: alii autē dicebant non. sed seducit turbas. Nemo tamē palam loquebatur de illo: pꝛopter metum iudeorum. Offer. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine quoniam non derelinquis querētes te psallite domino qui habitat in syon quoniam non est oblitus oꝛationem pauperum. Secreta.

Hostias tibi domine deferimus immolādas: que nos tempoꝛali consolatione letificēt: vt pꝛomissa certius speremus eterna. Per. Cōmunio. Redime me deꝰ israel: ex omnibus angustiis meis. Postcōmunio.

Da quesumus omnipotens deus: vt que diuina sunt iugiter exequentes: donis celestibus mereamur pꝛopinquare. Per do. Super populum. Oꝛemus. Humiliate.

Da nobis quesumus domine perseuerantem in tua voluntate famulatum: vt in diebus nostris: et merito et numero populus tibi seruiens augeatur. Per. ¶ Feria quarta. Officium.

Liberatoꝛ meus de gentibus iracūdis ab insurgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me domine. ps. Diligā te domine foꝛtitudo mea: dominus firmamentum meum et refugium meū et liberatoꝛ meus Oꝛemus. Flectamus genua.

Sanctificato hoc ieiunio de⁹ tuorum corda fidelium miserator illustra: et quibus deuotionis prestas affectum: prebe supplicantibus pium benignus auditum. Per. ¶ Lectio libri leuitici. xix.

In diebus illis. Locutus est dominus ad moysem dicēs. Loquere ad vniuersum cetum filiorum israel: et dices ad eos. Ego dominus deus vester. Nō facietis furtum / non mentiemini / nec decipiet vnusquisqꝫ proximum suum. Non periurabis in nomine meo / nec pollues nomen dei tui: ego dominus. Nō facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercennarii tui apud te: vsqꝫ mane. Nō maledices surdo: nec corā ceco pones offendiculum: sed timebis dominum deum tuum: quia ego sum dominus. Non facies quod iniquum est: nec iniuste iudicabis. Non consideres personam pauperis: nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminator et susurro in populis. Non stabis contra sanguinem proximi tui ego dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eum: ne habeas super illo peccatum. Non queres vltionem: nec memor eris iniurie ciuium tuorū. Diliges amicū tuum: sicut teipm. Ego dn̄s. Leges meas custodite. Ego enim sum: dominus deus vester. ℞ Exaltabo te dn̄e qm̄ suscepisti me nec delectasti inimicos meos sup me ℣. Dn̄e de⁹ me⁹ clamaui ad te et sanasti me dn̄e abstraxisti ab inferis aīam meā saluasti me a descēdētibus in lacum. Tractus. Dn̄e nō secūdum.

¶ Secundum iohannem. x.

In illo tēpore. Facta sunt encenia ī hierosolimis: et hyems erat Et ābulabat iesus in tēplo: in porticu salomonis. Circūdederūt ergo eū iudei: et dicebāt ei. Quousqꝫ aīam nr̄am tollis. Si tu es xp̄s: dic nobis palā. R̄ndit eis iesus. Loquor vobis et non creditis. Opa q̄ ego facio in noīe pr̄is mei: hec testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis: quia non estis ex ouib⁹ meis. Oues mee vocē meā audiūt / et ego cognosco eas: et sequuntur me. Et ego vitā eternā do eis: et nō pibunt in eternum. et non rapiet eas quisq̄ de manu mea. Pr̄ me⁹ qd̄ dedit michi mai⁹ oib⁹ est: et nemo potest rape de manu pr̄is mei. Ego et pr̄ vnū sum⁹. Sustulerūt lapides iudei: vt lapidarēt eū. R̄ndit eis ies⁹. Multa opa bona ostēdi vobis ex pr̄e meo: ppter qd̄ eorū op⁹ me lapidatis. R̄nderūt ei iudei. De bono ope nō lapidam⁹ te: sed de blasphemia Et qz tu hō cū sis facis teipm deū. R̄ndit eis iesus. Nōne scriptū ē ī lege vr̄a. qz ego dixi dii estis. Si illos dixit deos ad quos sermo dei fact⁹ est. et nō pōt solui scriptura: quē pr̄ sāctificauit et misit in mūdū vos dicitis qz blasphemas. qz dixi fili⁹ dei sum. Si nō facio opa pr̄is mei: nolite credere michi. Si aūt facio / et si michi nō vultis credere: opib⁹ credite. Ut cognoscatis et credatis: qz in me est pater et ego in pr̄e. Offer. Eripe me de inimicis meis de⁹ me⁹ et ab insurgētibus in me libera me domine. Secreta.

Annue misericors de⁹: vt hostias placatiōis et laudis: sincero tibi deferamus obsequio. Per do. Communio. Lauabo inter innocentes manus meas et circumdabo altare tuum domine vt audiam vocem laudis tue et enarrem vniuersa mirabilia tua. Postcommunio.

Celestis doni benedictione percepta supplices te deus omnipotens deprecamur: ut hoc idem nobis et sacramenti causa sit et salutis. Per dominum. Super populum. Humilia. Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges: consuete misericordie tribue benignus effectum. Per dominum.

¶ Feria. v. Officium.

Omnia que fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti quia peccauimus tibi et mandatis tuis non obediuimus sed da gloriam nomini tuo et fac nobiscum secundum multitudinem misericordie tue. Ps. Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oremus flectamus.

Presta quesumus omnipotens deus: ut dignitas conditionis humane per immoderantiam sauciata: medicinalis parsimonie studio reformetur. Per. Lectio danielis prophete. iii.

In diebus illis. Orauit azarias dicens. Domine deus ne despicias populum tuum: neque auferas misericordiam tuam a nobis. Propter abraham dilectum tuum et ysaac seruum tuum/ et israel sanctum tuum: quibus locutus es/ pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas celi et sicut arenam que est in littore maris. Quia domine imminuti sumus plusquam omnes gentes: sumusque humiles in uniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps et propheta et dux/ neque olocaustum neque sacrificium/ neque oblatio/ neque incensum/ neque locus primitiarum coram te: ut possimus inuenire misericordiam. sed in animo contrito et spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in olocausto arietum et taurorum et sicut in milibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie: ut placeat tibi quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde et timemus te et querimus faciem tuam: ne confundas nos. Sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam: et secundum multitudinem misericordie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis: et da gloriam nomini tuo domine. Et confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. Confundantur in omnipotentia: et robur eorum conteratur. Et sciant quia tu es deus solus et gloriosus super omnem terram: domine deus noster. R. Tollite hostias et introite in atria eius adorate dominum in aula sancta eius. V. Reuelauit dominus condensa et in templo eius omnes dicent gloriam. ¶ Secundum iohannem. vij.

In illo tempore. Cum audisset quidam de turba sermones iesu: dicebant. Hic est vere propheta. Alii dicebant Hic est christus. Quidam autem dicebant. Nunquid a galilea christus venit? Nonne scriptura dicit. quia ex semine dauid. et de bethleem castello ubi erat dauid venit christus? Dissentio itaque facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit in illum manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices et phariseos: et dixerunt eis illi. Quare non adduxistis eum? Responderunt ministri. Nunquam sic locutus est homo sicut hic loquitur. Responderunt ergo eis pharisei. Nunquid et vos seducti estis? Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum. aut ex phariseis? Sed turba hec que non nouit legem: maledicti sunt. Dixit

Epla. Dixit ieremias ...

Evan. Rogabat ihesum quidam phariseus: ci...

nichodemus ad eos: ille qui venerat ad iesum nocte / qui erat vnus ex ipsis. Nūquid lex nostra iudicat hoiem nisi audierit ab ipso prius: et cognouerit quid faciat? Responderunt et dixerunt ei: Nunquid et tu galile9 es? Scrutare scripturas et vide quia propheta a galilea nō surgit. Et reuersi sunt vnusquisqȝ in domum suam. Offerto. Super flumina babilonis illic sedimus et fleuimus dū recordaremur tui syon. Secreta:

Domine deus qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis nostre subsidium condidisti: tuo quoqȝ nomini munera iussisti dicenda constitui: tribue quesumus: vt et vite nobis presentis auxilium: et eternitatis efficiāt sacramentum. Per. Cōio. Memēto verbi tui seruo tuo domine in quo michi spē dedisti hec me cōsolata est in humilitate mea. Postcōio.

Quod ore sumpsimus domine pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Per do. Super populum. Humiliate capita.

Esto quesum9 domie plebi tue propicius vt que tibi non placent respuentes: tuorū potius repleantur delectatiōib9 mādatorum. Per. Feria. vi. Officium:

Miserere michi domie quoniam tribulor libera me et eripe me de manib9 inimicorum meorum et a persequentibus me domine nō confundar quoniā inuocaui te. Ps. In te domine speraui non cōfundar ineternum: in iusticia tua libera me. Orem9. Flectamus ge.

Cordibus nostris quesum9 domine gratiam tuam benignus infunde vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes: temporaliter potius maceremur: q̄ supplicìis deputemur eternis. Per. Lec. hieremie pphete. xvii. ca.

In diebus illis. Dixit hieremias. Domine omnes qui te derelinquūt: cōfundētur. Recedentes a te in terra scribētur: quoniam dereliquerunt venā aquarum viuentiū dominū. Sana me domine et sanabor: saluus ero quoniam laus mea tu es. Et ipsi dicūt ad me: vbi est verbū domini? Veniat Et ego non sum turbatus te pastorē sequens: et diem hominis non desideraui tu scis. Quod egressum est de labiis meis: in cōspectu tuo rectum fuit. Non sis michi tu formidini: spes mea tu in die afflictionis. Confundātur qui me persequuntur: et non confundar ego. Paueant illi: et non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis et duplici contritione contere eos dn̄e de9 nr̄. R. Pacifice loquebātur michi inimici mei et i ira molesti erāt michi. V. Vidisti dn̄e de9 meus ne sileas ne discedas a me. Tractus. Dn̄e nō scdm. Scdm iohānem. xi.

In illo tpe. Collegerūt pōtifices et pharisei cōsiliū aduersus iesum: et dicebāt qd facim9. qr hic hō multa signa facit? Si dimittim9 eū sic: oēs credēt in eū Et venièt romani: et tollēt nostrū locū et gētē. Vn9 aūt ex ipis cayphas noie. cū eēt pōtifex anni illi9: dixit eis. Vos nescitis qcq̄ nec cogitatis: qr expedit vobis vt vn9 moriat hō p pplo: et nō tota gēs peat. Hoc autē a semetipo nō dixit: sȝ cū eēt pōtifex āni illi9 pphetauit qr ies9 moritur9 erat p gēte Et nō tm̄ p gēte sȝ vt filios dei q erāt dispsi cōgregaret in vnū. Ab illo ergo die: cogitauerūt vt interficerent eū. Jesus er

Epistola
Dixerunt impii. quere in sabbato sequenti.

go iam non in palam ambulabat
apud iudeos: sed abiit in regionem
iuxta desertū in ciuitatē que dici=
tur effrem: Et ibi morabatur cum
discipulis suis. Offer. Bñdictus es dñe do
ce me iustificatiões tuas ⁊ nō tradas calūniā=
tibus me superbis et respondebo exprobran=
tibus michi verbum. Secreta.

PResta nobis misericors deꝰ
vt digne tuis seruire sēper
altaribꝰ mereamur et eorum per=
petua participatione saluari. Per.
Cōio. Ne tradideris me dñe in aīas ꝑsequen
tiū me quia insurrexerunt in me testes iniqui
et mentita est iniquitas sibi. Postcommunio.

SUmpti sacrificii dñe perpe
tua tuitio nos non derelin
quat: et noxia semper a nobis cun=
cta repellat. Per dñm. Sup ppłm.

COncede que= Oreꝰ. Hūiliate.
sumus omnipotens deus:
vt qui protectionis tue gratiā que
rimus: liberati a malis omnibus:
secura tibi mente seruiamus. Per.

Sabbato. Offm. Miserere michi. et ce
tera oīa gradalia vt heri fer. vi. Ore. Flecta.

PRoficiat quesumꝰ domine
plebs tibi dicata pie deuoti
onis affectu: vt sacris actionibꝰ eru
dita: quanto maiestati tue fit grati
or: tanto donis potioribus augea=
tur. Per. Lectio hieremie ꝓphete. xviii.

IN diebus illis: Dixerūt im
pii iudei adinuicem. Veni=
te cogitemꝰ cōtra hieremiā cogita
tiōes. Nō eni peribit lex a sacerdo
te neqꝫ ɔsiliū a sapiēte: neqꝫ sermo a
ꝓpheta. Venite ⁊ percutiamꝰ eū li
gua et nō attendamꝰ ad vniuersos
sermones eius. Attēde domine ad
me: et audi voces aduersariorū me
orum. Nūquid redditur pro bono
malū: quia foderunt foueam ani=
me mee. Recordare ꝙ steterim i cō
spectu tuo vt loquerer pro eis bonū
et auerterē indignationem tuam
ab eis. Propterea da filios eorū i fa
mē. et deduc eos in manu gladii. Fi
ant vxores eius absqꝫ liberis et vi=
due: ⁊ viri earū interficiantur mor
te. Iuuenes eorū confodiātur gla=
dio i prelio: audiatur clamor de do
mibꝰ eorum. Adduces enim super
eos latronem repente: quia fode=
runt foueam vt caperent me: et la
queos absconderunt pedibꝰ meis.
Tu autem domine scis omne con=
silium eorꝫ aduersum me in mortē
Ne propicieris iniquitati eorum et
peccatū eorū a facie tua non dele
tur. Fiant corruentes in conspectu
tuo: in tempore furoris tui: dñe de
us meꝰ. R. et. V. vt heri. Scdm iohānē. vi

IN illo tempore. Dixit iesus
discipulis suis et turbis iu=
deorum. Amen amē dico vobis: ni
si mādūcaueritis carnem filii hois
et biberitis eius sanguinem: nō ha
bebitis vitā in vobis. Qui mandu
cat meā carnem et bibit meum sā
guinē: habet vitā eternā. Et ego
resuscitabo eū: i nouissimo die. Ca
ro enim mea vere est cibus: et san=
guis meus vere est potus. Qui mā
ducat meā carnē et bibit meum sā
guinē: in me manet et ego in illo.
Sicut misit me viuēs pater: ⁊ ego
viuo propter patrem. Et qui man
ducat me: et ipse viuet propter me
Hic est panis qui de celo descendit.
Non sicut mādūcauerunt patres
vestri manna: et mortui sunt. Qui
manducat hunc panem: viuet in e
ternum. Hec dixit in synagoga: do
cens i capharnaum. Multi ergo au
dientes ex discipulis eius: dixerunt
Durus est hic sermo: et quis potest
eum audire. Sciēs autē iesus apud

Euange^lii. Collegerunt pontifices. ut heri.

seipsum q murmurarent de hoc discipuli eius: dixit eis. Hoc vos scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascendētem vbi erat priꝰ: spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicq̄. Verba que ego locutus sum vobis: spiritꝰ et vita sūt. Sed sunt quidam ex vobis: qui non credunt. Sciebat enim ab initio iesus qui essēt credentes. et quis traditurus esset eum. Et dicebat. Propterea dixi vobis quia nemo potest venire ad me: nisi fuerit ei datū a patre meo. Ex hoc multi discipuloꝝ eius abierunt retro: et iam cum illo non ambulabant. Dixit ergo iesus ad duodecim. Nunquid et vos vultis abire. Respondit ergo ei symon petrꝰ. Dñe ad quem ibimꝰ? Verba vite eťne habes: ⁊ nos credimꝰ ⁊ cognouimꝰ quia tu es christus filius dei. Respondit eis iesus. Nonne ego vos duodecim elegi: ⁊ ex vobis vnus dyabolus est? Dicebat autem de iuda symonis scariothis. Hic enim erat traditurus eū cum esset vnus ex duodecim. Offer. A Cunctis nos vt heri. Secre.

A deus quesumus reatibus ⁊ periculis propiciatꝰ absolue: quos tanti mysterii tribuis esse consortes. Per do. Cōio. vt heri. Postcōmunio.

Diuini munerꝫ largitate satiati q̄s domine deꝰ noster vt huius semper participatione viuamus. Per. Sup ppl̄m. Oremꝰ. Hūilia

Tueatur quesumus domīe dextera tua populum tuum deprecantem: et purificatum dignāter erudiat: vt consolatione presēti / ad futura bona proficiat. Per.

¶ Dñica in ramis palmarū. Ad bñdicēdum flores.

Omnipotens sempiterne deꝰ: qui ī diluuio noe famulo tuo ostendisti / vt post effusionem per os columbe gestantis ramum oliue pacem terre redditam nunciaretur: te supplices deprecamur: vt hanc creaturam florum quam ante conspectum glorie tue offerimus: veritatis tue benedictio sanctificet. vt ⁊ eam deuotus populus in manibus suscipiēs benignitatis tue gratiam consequantur. Per dominum nostrum

Omnipotēs sempiterne deus: creator et redēptor mūdi qui nostre liberationis et saluatiōis gratia ex summa celi arce descendens carnem assumere / ⁊ crucem subire dignatus es. quiq; spōte proprio loco eiusdem appropinquans passionis / a turbis cum ramis palmarum obuiātibus / benedici / laudari / et rex benedictꝰ in nomine domini veniens clara voce appellari voluisti: tu nunc nostre laudationis confessionem accipere. et hos palmarum ac floꝝ ramos benedicere et sanctificare digneris: vt quicunq; in tue seruitutis obsequio / ex ide aliquid tulerit: celesti benedictione sanctificatus et presentium bonitatum ditetur fertilitate: et vite eterne p̄mia percipere mereatur. Qui viuis et re.

Eundo ad processionē cantantur ista Rñia sequentia. Rm. Fratres mei elongauerunt a me et noti mei quasi alieni recesserunt a me Vsus Amici mei aduersum me appropinquauerunt primi mei. Quasi alie. R. Attēde domine ad me et audi voces aduersarioꝝ meorū Nūquid redditur pro bono malū. q2 oderunt foueam aīe mee. V. Homo pacis mee in quo spetabā ampliauit aduersum me supplātationē Nunquid. R. Saluum me fac deus qm̄ intrauerunt aque vsq; ad animā meam. Non auertas faciem tuā a me qm̄ tribuloꝛ

exaudit me deus meus. ℣. Intēde anime mee et eripe aīam meam ꝓpter inimicos meos eri pe me. Non auertas. ℟. Noli esse michi do=mine alienus parce michi ī die mala Confun dantur oēs qui me persequūtur et non cōfun dar ego. ℣. Cōfundantur omnes inimici mei qui querūt animā meā vt auferāt eā. Confun dantur. Nulla ē missa matutinalis: et porta=tur capsa mane precedēte ad crucē sanctā: et cū ꝓces. fuerit prope cimiteriū cantatur. ℟. Dn̄s iesus ante sex dies pasche venit bethani am vbi fuerat lazarus mortuus. Quā suscita uit iesus. ℣. Cōuenerūt aūt ibi multi iudeorū vt lazarū viderēt. Quē. Ordinata hinc inde proces. cātantur alternati he sequeñ. āne. ān. Pueri hebreorꝫ tollētes ramos oliuarū obui=auerūt dn̄o clamātes et dicētes osanna in ex=celsis. ā. Pueri hebreorꝫ vestimēta prosterna=bant ī via et clamabāt dicētes osanna filio da uid bn̄dictus qui venit ī noīe dn̄i. ān. Occur=runt turbe cū floribus ⁊ palmis redēptori ob uiam ⁊ victori triūphāti digna dant obsequia filio dei ore gētes ꝑdicāt et in laudē christi vo ces tonāt ꝑ nubila osanna. Sequitur lctō le=gēda ī mediate a paruo iuuene vestito de sup=pellicio. Lectio libri exodi. xv. capitulo.

Venerūt filii israel in helim vbi erat duodecim fontes aquarum: et septuagita palme: et castrametati sūt iuxta aquas. Pro fectiqꝫ sūt de helim: et venit omnis multitudo filiorum israel in deser=tum syon: quod est inter helim et sy nay quinto decimo die mensis secū di postqꝫ egressi sunt de terra egy=pti. Et murmurauit omnis cōgre gatio filiorum israel contra moysē et aaron in solitudine. Dixeruntqꝫ ad eos filii israel. Utinā mortui es=semus per manum domini in ter=ra egypti: quando sedebam⁹ super ollas carnium: et comedebamus panes ī saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud: vt occidere=tis omnē multitudinem fame. Di xit autem dominus ad moysē: Ec ce ego pluam vobis panes de celo: egrediatur popul⁹ et colligat que sufficiunt per singulos dies: vt ten tem eum vtrum ambulet in lege mea an non. Die autem sexto pa=rent quod inferant: et sit duplum quod colligere solebant per singu=los dies. Dixeruntqꝫ moyses et aa=ron ad omnes filios israel. Uespe=re scietis qđ dominus eduxerit vos de terra egypti: et mane videbitis gloriam eius. Audiuit enim mur=mur vestrum cōtra dominū. Nos vero quid sumus quia mussitastis contra nos. Et ait moyses. Dabit vobis domin⁹ carnes edere: et ma ne panes in saturitate: eo qꝫ audie=rit murmurationes vestras quib⁹ murmurati estis cōtra dominum Nos enim quid sumus: nec contra nos est murmur vestrum: sed con=tra dominum. Deinde dyaconus legat euangelium. Secundum matheum. xxi.

In illo tēpore. Cum appro=pinquasset iesus hierosoli=mis et venisset bethphage ad mon tem oliueti: tunc misit duos disci=pulos suos dicens illis. Ite in castel lum quod contra vos est statim in=uenietis asinā alligatam et pullū cum ea. Soluite et adducite michi Et si quis vobis aliquid dixerit dici te quia domin⁹ his opus habet et cōfestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est: vt adimpleretur quod dictum est per prophetem di centem. Dicite filie syon. Ecce rex tu⁹ venit tibi mansuetus sedēs su=per asinam et pullū filiū subiuga=lis. Euntes autem discipuli: fece=runt sicut precepit ille iesus. Et ad duxerunt asinam et pullum: et im

posuerunt super eos vestimenta sua et eum desuper sedere fecerũt plurima autem turba: strauerũt vestimenta sua in via. Alii autem cedebãt ramos de arboribus ⁊ ster nebant in via. Turbe autem que precedebant et que sequebantur: clamabant dicentes. Osanna filio dauid benedictus qui venit in no= mine domini. Deinde redeundo cantan= tur hymni. Vexilla regis. et Pange li gua. Deinde fit sermo ad populum quo fa= cto in redeundo cantantur he añe. ãn. Cum appropinquaret dominus hierosolimam mi sit duos ex discipulis suis dicens. ite in castel= lum quod est contra vos ⁊ inuenietis pullum asine aligatum super quem nullus hominũ sedit soluite et adducite michi ⁊ si quis vos in terrogauerit dicite opus domino est soluẽtes adduxerunt ad iesum et imposuerunt illi ve= stimenta ⁊ sedit super eum. alii expandebant vestimenta sua in via. alii ramos de arborib9 sternebant ⁊ qui sequebantur clamabant o= sanna benedictus qui venit in nomine domi ni benedictũ regnum patris nostri dauid osã na in excelsis miserere nostri fili dauid. ãn. Cum audisset populus quia venit iesus hiero solimam acceperunt ramos palmarum ⁊ exi erunt ei obuiam ⁊ clamabant pueri dicentes hic est qui venturus erat pro salute populi hic est salus nostra ⁊ redemptio israel quantus est iste cui throni ⁊ dominationes occurrunt noli timere filia syon ecce rex tuus venit tibi sedens supra pullum asine sicut scriptum ẽ sal ue rex fabricator mũdi qui venisti redimere nos. Ante portas eccle ĩcipiat cãtor alta voce

Gloria laus et honor tibi sit rex chri= ste redemptor cui puerile decus prõ= psit osãna pium. Pueri existentes in eminen tiori loco respondeant. Vs9. Israel es tu rex dauidis ⁊ inclita proles nomine qui in domi ni rex bñdicite venis. Iterum. Gloria laus Iterum pueri. V. Plebs hebrea tibi cum pal mis obuia venit cum prece voto hymnis a= sumus ecce tibi. Iterum Gloria laus. Iterũ pueri. Vsus Cetus in excelsis te laudat celic9 omnis et mortalis homo et cuncta creata si= mul. Gloria laus. Intrando ecclesiam. R. Ingrediente domino in sanctam ciuitatem hebreorum pueri resurrectionem vite pronũ ciantes. Cum ramis palmarum clamabant in excelsis. V. Cumq3 audissent quia venit ie= sus hierosolimam occurrerunt obuiam ei Cũ ramis palmarum clamabant ĩ excelsis. Pro cessione consistente in ecclesia sequẽs. R. Cir cumdederunt me viri mendaces sine causa fla gellis ceciderunt me. Sed tu domine defen= sor vindica me. versus. Quoniam tribulatio proxima est et non est qui adiuuet. Sed tu. Omnibus stantibus in medio ecclesie. Rm. Collegerunt pontifices et pharisei consilium et dicebant quid facimus quia hic homo mul ta signa facit si dimittim9 eum sic omnes cre dent in eum. Ne forte veniant romani et tol lant nostrum locum et gentem. A duobus in pul. versus. Unus autem ex ipsis cayphas nomine cum esset pontifex anni illius prophe tauit dicens. expedit vobis vt vnus moria= tur homo pro populo et non tota gens pere= at ab illa ergo die cogitauerunt interficere e= um dicentes. Ne. forte. ¶ Choro adhuc exi= stente in medio ecclesie incipiat presul ter fle= ctendo trina vice genua anteq̃ chorus prose quatur. ãn. Aue rex noster fili dauid redem= ptor mundi quem prophete predixerunt sal= uator domini israel esse venturum te enim ad salutarem victimam pater misit in mundum quem expectabãt omnes sancti ⁊ origine mũ= di et nunc osanna filio dauid benedictus qui venit rex in nomine domini osanna in excel= sis. Intrãdo chorum. ãn. Osanna filio dauid benedictus qui venit in nomine domini rex israel osãna ĩ excelsis. Ad magnã missã Offm

Domine ne longe facias auxilium tuum a me ad defensionem meam aspi ce libera me de ore leo= nis et a cornibus vnicornium hu=

militatem meam. Ps. Deus deus respi ce in me quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorum meorum. Sine Gloria patri. Domine ne longe. etc. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplū saluatorem nostrum carnem sumere et crucem subire fecisti: concede propicius: vt et patientie ipsius habere documēta: et resurrectionis consortia mereamur. Per eundem dominum nostrū iesum christum. Ad philippenses. ii. capitulo.

Fratres: Hoc sentite i vobis quod et in christo iesu. Qui cum in forma dei esset: non rapinā arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens. In similitudinem hominum factus: et habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsqꝫ ad mortē mortem autem crucis. Propter qđ et deus exaltauit illum et donauit illi nomē qđ est super omne nomē vt in nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Et omnis lingua confiteatur: quia dominus iesus xp̄s in gloria est dei patris. R. Tenuisti manum dexteram meā ꝫ in volūtate tua deduxisti me ꝫ cū glia assumpsisti me. V. Quā bonus israel deus rectis corde mei autem pene moti sūt pedes pene effusi sunt gressus mei quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorū videns. Tractus.

Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti lōge a salute mea verba delictorꝫ meorū. V. Deus meus clamabo ꝑ diē nec exaudies et nocte et non ad insipiētiā michi. V. Tu autem in sācto habitas laus israel i te sperauerunt patres nostri sperauerunt et liberasti eos. versus. Ad te domine clamauerunt et salui facti sunt in te sperauerunt et non sunt confusi. V. Ego autem sum vermis et non homo opprobrium hominum et abiectio plebis. V. Omnes qui videbāt me aspernabantur me locuti sunt labiis et mouerunt caput. V. Sperauit in domino eripiat eum saluum faciat eum quoniam vult eum. V. Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt me diuiserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem. V. Libera me de ore leonis et a cornibus vnicornium humilitatem meam. V. Qui timetis deum laudate eum vniuersum semen iacob glorificate eum. V. Annunciabitur domino generatio ventura et annunciabunt celi iusticiam eius populo qui nascetur quem fecit dominus. Sequitur euangelium. in principio dicitur. Dominus vobiscum. sed non respondetur. Gloria tibi domine. Passio domini nostri iesu christi secundum matheum. xxvi

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis Scitis quia post biduū pascha fiet et filius hominis tradetur vt crucifigatur. m. Tunc cōgregati sunt principes sacerdotuꝫ et seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur cayphas: et consilium fecerunt vt iesū dolo tenerent et occiderent. Dicebant autem. a. Non in die festo Ne forte tumultus fieret in populo. m Cum autem esset iesus i bethania in domo symonis leprosi: accessit ad eum mulier habens alabastrū vnguenti preciosi: et effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes aūt discipuli indignati sunt dicentes. a. Ut quid perditio hec. Potuit enim istud venundari multo et dari pauperibꝰ. m. Sciēs aūt iesus ait illis. b Quid molesti estis huic mulieri. Opus enim bonū: operata est in me. Nā semp paupes ha

betis vobiscũ: me autem non sem-
per habebitis. Mittens eni᷉ hec vn-
guentum hoc in corpus meum ad
sepeliendum me fecit. Amē dico vo
bis: vbicũqꝫ predicatum fuerit hoc
euangelium in toto mundo: dice-
tur et ꝙ hec fecit in memoriam ei⁹
i. Tunc abiit vnus de duodeci᷉ qui
dicitur iudas scarioth ad principes
sacerdotum: et ait illis a. Quid vul
tis michi dare et ego vobis eũ tra-
dã i. At illi constituerũt ei: tringin
ta argenteos. Et exinde querebat
oportunitatem: vt eum traderet.
Prima autem die azimorum: acces
serunt discipuli ad iesum dicentes.
Ubi vis parem⁹ tibi comedere pas
cha i. At iesus dixit. b. Ite in ciuita-
tem ad quendam: et dicite ei. Ma-
gister dixit. Tempus meum prope
est: apud te facio pascha cum disci-
pulis meis i. Et fecerunt discipuli
sicut constituit illis iesus: et para-
uerunt pascha. Uespere autem fa-
cto: discumbebat cum duodeci᷉ di-
scipulis suis. Et edentibus illis di-
xit. b. Amen dico vobis: quia vnus
vestrum me traditurus est. i. Et cõ
tristati valde: ceperũt singuli dice-
re. a Nũquid ego sum domine. i. At
ipse respondens: ait. b. Qui intigit
manũ in parapside: hic me tradet
Fili⁹ quidem hominis vadit: sicut
scriptum est de illo. Ue autem ho-
mini illi: per quem filius hominis
tradetur. Bonum erat ei: si natus
non fuisset homo ille. i. Respondēs
autem iudas qui tradidit eum: di-
xit. a. Nũquid ego sum rabbi. i. Ait
illi. b. Tu dixisti. i. Cenantibus aũt
eis accepit iesus panem et benedi-
xit ac fregit: deditqꝫ discipulis suis
et ait. b. Accipite ⁊ comedite est hoc
corp⁹ meũ. i. Et accipiens calicem
gratias egit: et dedit illis dicēs. b.
Bibite ex hoc oēs hic est eni᷉ sãguis
me⁹ noui testamenti: qui pro mul-
tis effundetur in remissionem pec
catorum. Dico autem vobis: nõ bi
bam amodo de hoc genimine vitis
vsqꝫ in diem illũ: cum illud bibam
vobiscũ nouũ in regno patris mei
i. Et hymno dicto: exierunt in mõ
tem oliueti. Tũc dixit illis iesus. b.
Omnes vos scandalum patiemi-
ni in me: i᷉ ista nocte. Scriptum est
enim. Percutiam pastorem et di-
spergentur oues gregis. Postꝙ au
tem resurrexero: precedam vos in
galileam. i. Respondens autem pe
trus: ait illi. a. Et si omnes scanda-
lizati fuerint in te: ego nũꝙ scanda
lizabor. i. Ait illi iesus. b. Amen dico
tibi quia in hac nocte anteꝙ gall⁹
cantet: ter: me negabis. i. At illi pe
trus. a. Etiã si oportuerit me mori
tecum: non te negabo. i. Similiter
et omnes discipuli dixerunt. Tunc
venit iesus cum illis in villã que di
citur getsemani: ⁊ dixit discipulis
suis. b. Sedete hic donec vadam il-
luc et orem. i. Et assumpto petro ⁊
duobus filiis zebedei: cepit contri-
stari et mestus esse. Tunc ait illis. b
Tristis est anima mea vsqꝫ ad mor
tem. Sustinete hic et vigilate me-
cum. i. Et progressus pusillum: pro
cidit in faciem suam orans et dicēs
b. Pater mi: si possibile est transeat
a me calix iste. Uerũtamen non si-
cut ego volo: sed sicut tu. i. Et venit
ad discipulos suos: ⁊ i᷉uenit eos dor
mientes: et dixit petro lic. Non po
tuistis vna hora vigilare mecum.
Uigilate et orate. vt non itretis in
tentationem. Spiritus quidē prõ-
ptus est: caro autem infirma. i. Ite
rum secundo abiit: et orauit dicens

b. Pater mi: si nō potest hic calix trā
sire nisi bibam illū: fiat voluntas
tua. i. Et venit iterum: et inuenit
eos dormientes. Erant enim ocu-
li eorum grauati. Et relictis illis:
iterū abiit ⁊ orauit tercio eundem
sermonem dicens. Tunc venit ad
discipulos suos: et dixit illis. b. Dor
mite iā et requiescite. Ecce appro-
pinquabit hora: et filius hominis
tradetur in manꝰ peccatorū. Sur
gite eamus Ecce appropinquabit
qui me tradet. i. Adhuc ipso loquen
te: ecce iudas vnus de duodecim ve
nit: et cum eo turba multa cū gla-
diis et fustibus missi a principibus
sacerdotū: et seniorībꝰ populi. Qui
autem tradidit eum: dedit illis si-
gnum dicens. a. Quem cumqꝫ oscu
latꝰ fuero: ipse est tenete eū. i Et cō
festi accedēs ad iesū dixit Aue rabbi
i. Et osculatꝰ est eū Dixitqꝫ illi iesus
b. Amice: ad quid venisti. i. Tūc ac-
cesserūt et manus in iecerunt in ie
sum: et tenuerūt eum. Et ecce vnꝰ
ex his qui erant cum iesu extendēs
manum exemit gladium suum: et
percutiens seruum principis sacer
dotum: amputauit anriculam eiꝰ
Tunc ait illi iesus. b. Conuerte gla
dium tuum in locum suū. Omnes
enim qui acceperint gladium: gla-
dio peribūt. An putas quia nō pos
sum rogare patrem meum et exi-
bebit michi modo plusq̄ duodecim
legiones angelorū. Quomodo er-
go implebūtur scripture. Quia sic
oportet fieri. i. In illa hora: dixit ie-
sus turbis. b. Tanq̄ ad latronē exi
stis cum gladiis ⁊ fustibus compre
hendere me. Quotidie apud vos se
debam docēs in templo: et non me
tenuistis. Hoc autē totū factū est:
vt adimplerentur scripture pphe-
tarum. i. Tunc discipuli omnes: re
licto eo fugerunt. At illi tenentes
iesum duxerunt ad cayphā princi-
pem sacerdotū: vbi scribe et senio-
res conuenerāt. Petrus autem se-
quebatur eum a lōge: vsqꝫ in atriū
principis sacerdotum. Et ingressꝰ
intro: sedebat cum ministris: vt vi
deret finem. Pricipes autem sacer
dotū ⁊ omne consilium querebāt
falsū testimoniū cōtra iesū: vt eū
morti traderent. Et nō inuenerūt
cum multi falsi testes accessissent.
Nouissime autē venerunt duo fal
si testes: et dixerūt. a. Hic dixit. Pos
sum destruere templū dei: et post
triduum reedificare illud. i. Et sur
gens princeps sacerdotū: ait illi. a.
Nichil respondes ad ea que isti ad
uersum te testificantur. i. Jesus au
tem tacebat. Et princeps sacerdo-
tum: ait illi. a. Adiuro te per deū vi-
uum: vt dicas nobis: si tu es christꝰ
filius dei. i. Dixit illi iesus. b. Tu di-
xisti. Veruntamē dico vobis: amo
do videbitis filium hominis seden
tem a dextris virtutis dei: et veni-
entem in nubibus celi. i. Tunc prin
ceps sacerdotum scidit vestimēta
sua dicēs. a. Blasphemauit. Quid
adhuc egemus testibus. Ecce nūc
audistis blasphemiam. Quid vo-
bis videtur. i. At illi respondentes
dixerunt. Reus est mortis. i Tūc ex
puerūt in faciem eius: et colaphis
eum ceciderūt Alii autem palmas
in faciem eius dederunt dicentes.
a. Prophetiza nobis xp̄e quis ē qui
te percussit. i. Petrus vero sedebat
foris in atrio: et accessit ad eū vna
ancilla dicens. a. Et tu cum iesu ga
lileo eras. i. At ille negauit coram
omnibus dicens. a. Nescio quid di-
cis. i. Exeunte autem illo ianuā: vi

dit illū alia ācilla: et ait his qui erāt ibi. a. Et hic erat cum iesu nazareno. i. Et iterum negauit cum iuramento: quia non noui hominem. Et post pusillū: accesserunt qui stabāt et dixerunt petro. a. Vere et tu ex illis es. Nam et loquela tua manifestū te facit. i. Tūc cepit detestari et iurare: quia nō nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit Et recordatus est petrus verbi iesu quod dixerat: priusq̄ gallus cantet ter me negabis. Et ingressus foras fleuit amare. Mane autē facto consilium inierunt omnes pricipes sacerdotū et seniores populi aduersus iesum: vt eum morti traderet. Et vinctū adduxerunt eum: et tradiderunt poncio pylato presidi. Tūc vidēs iudas qui eum tradidit quod dānatus esset: penitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus dicens. a. Peccaui: tradens sanguinem iustū. i. At illi dixerūt. a. Quid ad nos: tu videris. i. Et proiectis argenteis in templo recessit: et abiēs laqueo se suspēdit. Principes autem sacerdotum accepitis argenteis: dixerunt. a. Nō licet eos mittere in corbanā quia precium sanguinis est. i. Consilio autem inito: emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille achidemac: hoc est ager sāguinis: vsque in hodiernū diem. Tūc impletum est quod dictum est per hieremiā prophetam dicentē. Et acceperunt triginta argēteos precium appreciati: quē appreciauerunt a filiis israel: et dederunt eos in agrum figuli sicut constituit michi dominus. Jesus autē stetit ante presidem et interrogauit eum preses dicens. a. Tu es rex iudeorum. i. Dixit illi iesus. b. Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus: nichil respōdit Tunc dixit illi pylatus. a. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia. i. Et non respondit ei ad vllum verbū: ita vt miraretur preses vehementer. Per diem autem sollēnē consueuerat preses dimittere populo vnum victum: quem voluissent. Habebat autem tunc vnum vinctum insignē: qui dicebatur barrabas. Congregatis ergo illis: dixit pylatus. a. Quem vultis dimittam vobis barrabam an iesum qui dicitur christus. i. Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali misit ad eum vxor eius dicēs. a. Nichil tibi et iusto illi. Multa enī passa sum hodie per visū propter eum. i. Principes autem sacerdotū et seniores persuaserūt populis vt peterēt barrabam: iesum vero perderent. Respondens autem preses ait illis. a. Quem vultis vobis de duobus dimitti? i. At illi dixerunt. a. Barrabam. i. Dixit illis pylatus. a. Quid igitur faciam de iesu qui dicitur xp̄s. i. Dicunt omnes. a. Crucifigatur. i. Ait illis p̄ses. a. Quid enī mali fecit. i. At illi magis clamabāt dicentes. Crucifigatur. i. Videns autem pylatus quia nichil proficeret: sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus coram populo dicens. a. Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis. a. Et respondens vniuersus populus dixit. i. Sanguis eius sup nos et super filios nostros. i. Tūc dimisit illis barrabam: iesum vero flagellatū tradidit eis vt crucifigeret

Tunc milites presidis suscipientes
iesum in pretorio: congregauerũt
ad eum vniuersam cohortẽ. Et ex
uentes eum. clamidem coccineam
circundederunt ei. Et plectentes
coronam de spinis: posuerunt su
per caput eius: et arũdinem in dex
tera eius. Et genuflexo ante eũ: il-
ludebãt ei dicẽtes. a. Aue rex iudeo
rum. i. Et expuentes in eum: acce-
perunt arundinem et percutiebãt
caput eius. Et postꝗ̃ illuserunt ei:
exuerũt eum clamide et induerũt
eum vestimentis eius: et duxerũt
eum vt crucifigerent. Exeũtes au
tem: inuenerunt hominem cyrene
um nomine symonem. Hunc an-
gariauerũt: vt tolleret crucem eiꝰ.
Et venerũt in locũ qui dicitur gol
gotha. quod est caluarie locus. Et
dederunt ei vinum bibere cum fel
le mixtum. Et cum gustasset: nolu
it bibere. Postꝗ̃ autẽ crucifixerũt
eum: diuiserunt vestimẽta eius sor
tem mittẽtes vt impleretur quod
dictum est per prophetam dicentẽ
Diuiserunt sibi vestimẽta mea: et
super vestem meam miserũt sor-
tem. Et sedentes seruabant eum:
et iposuerunt super caput eius cau
sam ipsius scriptam. a. Hic est rex iu
deorum. i. Tunc crucifixi sunt cũ eo
duo latrones vnus a dextris ⁊ aliꝰ
a sinistris. Pretereuntes autẽ bla-
sphemabant eum: mouentes capi
ta sua et dicẽtes. a. Vah qui destru
is templum dei: et in triduo illud
reedificas. salua temetipsum. Si fi
lius dei es: descende de cruce. i. Si-
militer et principes sacerdotum il
ludentes cum scribis et senioribus
dicebant. a. Alios saluos fecit seip-
sum non potest saluum facere. Si
rex israel est: descendat nunc de cru
ce et credimus ei. Confidit in deo: li
beret nũc eum si vult. Dixit enim
quia filius dei sum. i. Idipsum aũt
et latrones qui crucifixi erant cum
eo: improperabant ei. A sexta autẽ
hora tenebre facte sũt super vniuer
sã terrã: vsꝗ ĩ horã nonã. i. Et circa
horã nonã: clamauit iesꝰ voce ma
gna dicẽs. b. Heloy heloy: lamaza-
batani. i. Hoc est. b. Deus meꝰ: deꝰ
meꝰ vt ꝗd dereliquisti me. i. Quidã
autem illic stantes et audientes: di
cebant. a. Helyam vocat iste. i. Et
continuo currens vnus ex eis acce
ptam spongiam impleuit aceto et
imposuit arundini: et dabat ei bi-
bere. Ceteri vero dicebãt. a. Sine
videamus an veniat helyas libe-
rans eum. i. Jesus aũt iterum cla-
mans voce magna: emisit spiritũ
i. ✠ Et ecce velum templi scissum
est ĩ duas partes: a summo vsꝗ de
orsum. Et terra mota est: et petre
scisse sunt: et monumenta aperta
sunt: et multa corpora sanctorum
qui dormierant: surrexerũt. Et ex
euntes de monumentis post resur
rectionem eius: venerunt in san-
ctam ciuitatem: et apparuerunt
multis. Centurio autem et qui cũ
eo erant custodientes iesũ viso ter
remotu et his ꝗ̃ fiebant: timuerũt
valde dicẽtes. a. Vere filiꝰ dei erat
iste. i. Erant autẽ ibi mulieres mul
te a longe que secute erãt iesũ a ga
lilea ministrantes ei. Inter quas
erat maria magdalene: ⁊ maria ia
cobi: ⁊ ioseph mater et mater filio-
rum zebedei. Cum autem sero fa-
ctum esset: venit quidam homo di
ues ab arimathia nomine ioseph:
qui et ipse discipulus erat iesu. Hic
accessit ad pylatum: et petiit corpꝰ
iesu. Tũc pylatꝰ iussit reddi corpꝰ.

Et accepto corpore ioseph involuit illud in sydone munda: et posuit illud in monumẽto suo nouo: quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum: ad hostium monumenti. et abiit. Erant autẽ ibi maria magdalene et altera maria sedentes contra sepulchrum: Altera autem die que est parasceuem: conuenerunt principes sacerdotũ et pharisei ad pylatum dicentes. Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diem tercium: ne forte veniant discipuli eiꝰ ⁊ furentur eum. ⁊ dicant plebi surrexit a mortuis. Et erit nouissimꝰ error: peior priore. Ait illis pylatꝰ. a. Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi autem abeũtes munierunt sepulchrum. Signantes lapidem: cum custodibꝰ. re do. Offertorium. Improperium expectauit cor meum et miseriam et sustinui qui simul contristaretur et non fuit consolantem me quesiui et non inueni et dederunt in escaꝫ meam fel et in siti mea potauerunt me aceto

Secreta.

Concede quesumus domine vt oculis tue maiestatis munꝰ oblatum: ⁊ gratiam nobis deuotionis obtineat: et effectum beate perennitatis acquirat. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit. Communio. Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat voluntas tua.

Postcommunio

Per huius domine operationem misterii. et vicia nostra purgentur: et iusta desideria compleantur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuuꝫ Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum.

¶ Feria .ii. Officium.

Iudica domine nocẽtes me expugna impugnãtes me apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium meum domine virtus salutis mee. ps. Effunde frameam et conclude aduersus eos qui persequuntur me dic anime mee salus tua ego sum. Oremus. Flectamus genua leuate.

Da quesumus deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filii tui passione respiremus. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum.

¶ Lectio ysaie prophete. l.

In diebus illis: Dixit ysaias. Dominus deus aperuit michi aurem: ego autem non cõtradico: retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus: et genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus et conspuentibus in me Dominus deus auxiliator meus. et ideo non sum cõfusus. Ideo posui faciem meam vt petram durissimam: et scio quoniam non confũdar. Iuxta est qui iustificat me: q̇s contradicit michi? Stemus simul Quis est aduersariꝰ meus? Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterẽtur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deum. audiẽs vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris: et non est lumen ei? Speret in nomine domini: et innitatur super domino deo suo. Rem. Exurge domine et

intende iudicium meum deus meus et dominus meus in causam meam. V. Effunde framea et conclude adversus eos qui me persequuntur. Tractus. Domine non secundum. xviii

Secundum iohannem xii.

In illo tempore. Ante sex dies pasche: venit iesus bethaniam ubi fuerat lazarus mortuus quem suscitavit iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi: et martha ministrabat/ lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici preciosi et unxit pedes iesu/ et extersit capillis suis: et domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius iudas scariothis qui erat eum traditurus. Quare hoc unguentum non venit trecentis denariis. et datum est egenis? Dixit autem hoc: non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat/ et loculos habens ea que mittebantur exportabat. Dixit ergo iesus. Sine illam: ut in diem sepulture mee servet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum me autem non semper habebitis. Cognovit ergo turba multa ex iudeis quia illic esset. Et venerunt non propter iesum tantum. sed ut lazarum viderent quem suscitavit a mortuis. Cogitaverunt autem principes sacerdotum ut et lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex iudeis/ et credebant in iesum. In crastinum autem turba multa que venerat ad diem festum: cum audissent quia venit iesus hierosolimam acceperunt ramos palmarum/ et processerunt obviam ei et clamabant. Osanna benedictus qui venit in nomine domini rex israel. Et invenit iesus asellum: et sedit super eum sicut scriptum est. Noli timere filia syon: ecce rex tuus venit sedens super pullum asine. Hec non cognoverunt discipuli eius primum sed quando glorificatus est iesus. tunc recordati sunt. Quia hec scripta erant de eo: et hec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba que erat cum eo quando lazarum vocavit de monumento: et suscitavit eum a mortuis. Propterea et obviam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis: quia nichil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit. Erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad philippum qui erat a bethsaida galilee: et rogabant eum dicentes. Domine volumus iesum videre. Venit philippus: et dixit andree. Andreas rursum et philippus dixerunt iesu. Iesus autem respondit eis dicens. Venit hora ut clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Qui amat animam suam: perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Si quis michi ministrat: me sequatur. Et ubi ego sum: illic et minister meus erit. Si quis michi ministraverit: honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater salvifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum

Venit ergo vox de celo dicens. Et clarificaui et iterum clarificabo. Turba ergo que stabat et audierat: dicebat tonitruum factum esse. Alii aũt dicebãt. Angel' ei locutus est. Respondit iesus ⁊ dixit. Nõ propter me hec vox venit: sed propter vos. Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps huius mũdi eiicietur foras. Et ego si exaltat' fuero a terra: omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans: quia morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia christ' manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filiũ homis. Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicũ lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis. vt non vos tenebre comprehendãt. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat. Dum lucem habetis/ credite in lucem: vt filii lucis sitis. Hec locutus est iesus: et abiit et abscondit se ab eis. Offer. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi doce me facere volũtatem tuam quia deus meus es tu. Secreta

Hec sacrificia nos quesum' omnipotens deus potenti virtute mundatos: ad suum faciant puriores venire principium. Per. Cõio. Erubescãt et reuereantur simul qui gratulantur malis meis induãtur pudore et reuerentia qui maligna loquuntur aduersum me. Postcommunio.

Prebeant nobis domine diuinum tua sancta feruorẽ: quo eorum pariter et actu delectemur ⁊ fructu. Per. Sup pplm. Hũilia.

Adiuua nos deus salutaris noster: et ad beneficia recolenda quibus nos istaurare dignatus es: tribue venire gaudentes. Per. Feria tercia. Officium.

Nos autẽ gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi in quo est salus vita et resurrectio nostra per quem saluati et liberati sumus. ps. Deus misereatur nostri ⁊ benedicat nobis illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Oremus. Flecta.

Omnipotens sempiterne deus: da nobis ita dominice passionis sacramenta peragere: vt indulgentiam percipere mereamur. Per eundem dominum nostrum. Lectio hieremie prophete. xi.

In diebus illis: Dixit hieremias. Domine demonstrasti michi et cognoui: tu ostẽdisti michi studia eorũ. Et ego quasi agn' mansuetus q̃ portatur ad victimã et non cognoui quia cogitauerũt super me consilia dicentes. Mittamus lignum in panem eius: ⁊ eradamus eum de terra viuentium. Et nomẽ eius nõ memoretur amplius. Tu autem sabaoth qui iudicas iuste: et probas renes: et corda videã vltionem tuam ex eis. Tibi enim reuelaui causam meã dñe deus meus. R. Ego autẽ dũ michi molesti essent induebam in me cilicio ⁊ humiliabam in ieiunio animam meam et oratio mea in sinu meo cõuertetur. V. Iudica dñe nocẽtes me ⁊ expugna inpugnãtes me apprehẽde arma et scutum et exurge in adiutorium michi. Sequitur euãgeliũ. Non dicitur. Dñs vobiscũ nec respõdetur. Gloria tibi domine. ¶ Passio domini nostri iesu christi scdm marcũ. xiiii.

In illo tempore. Erat pascha et azima post biduum. Et querebant summi sacerdotes ⁊ scribe quomodo iesum dolo tenerent: et occiderent. Dicebant aũt

Non in die festo. Ne forte tumul-
tus fieret populi. Et cum esset ie-
sus bethanie in domo symonis le-
prosi et recũberet: venit mulier ha
bens alabastrum vnguenti nardi
spicati preciosi. et fracto alabastro
effudit super caput ei⁹. Erant au-
tem quidã indigne ferentes intra
semetipos ⁊ dicentes. Ut quid per
ditio ista vnguenti facta es? Pote-
rat enim vnguentum istud venũ
dari plusq̃ trecentis denariis: ⁊ da
ri pauperibus. Et fremebãt in eã
Jesus autẽ dixit. Sinite eã. Quid
illi molesti estis? Bonũ opus ope-
rata est in me. Sẽper ei pauperes
habetis vobiscũ et cum volueritis
potestis illis benefacere: me autẽ
nõ semp habebitis. Quod habuit
hoc fecit. Preuenit vngere corpus
meum in sepulturam. Amen dico
vobis: vbicunqꝫ predicatum fuerit
euangelium istud in vniuerso mũ
do: et q̃ fecit hec narrabitur in me
moriam eius. Et iudas scariotes
vnus de duodecim abiit ad sũmos
sacerdotes: vt proderet eum illis
Qui audientes gauisi sunt: et pro-
miserunt pecuniam ei se daturos.
Et querebat quomodo eum opor
tune traderet. Et p̃mo die azimo-
rũ quãdo pascha immolabant: di-
cũt ei discipuli. Quo vis eam⁹ ⁊ pa
rem⁹ tibi vt manduces pascha? Et
mittit duos ex discipulis suis: et di
xit eis. Ite in ciuitatẽ: ⁊ occurret vo
bis hõ lagenã aq̃ baiulãs. Seq̃mi-
ni eum: ⁊ quocunqꝫ introierit / dici-
te dño dom⁹ qꝛ magister dicit. Ubi
est refectio mea vbi pascha cum di
scipulis meis manducem? Et ipse
vobis demõstrabit cenaculũ gran
de stratũ: ⁊ illic pate nobis: Et abi
erũt discipli ei⁹: ⁊ venerũt ĩ ciuita
tẽ et inuenerunt sicut dixerat illis
⁊ parauerunt pascha. Uespere au
tem facto: venit cũ duodecim. Et
discumbentibus eis et manducan
tibus: ait iesus. Amen dico vobis
quia vnus ex vobis tradet me qui
manducat mecum. At illi ceperũt
contristari: et dicere ei singulatim
Nunquid ego? Qui ait illis. Unus
ex duodecim qui intingit mecum
manum in catino. Et filius quidã
hominis vadit sicut scriptũ est de
eo. Ue autem homini illi per quez
filius hominis tradetur. Bonum
erat ei: si non esset natus ille ho-
mo. Et manducantibus illis: acce
pit iesus panem / et benedicens fre
git et dedit eis / et ait. Sumite hoc
est corpus meum. Et accepto cali
ce / gratias agens dedit eis: et bibe
rũt ex illo omnes. Et ait illis. Hic
est sanguis meus noui testamenti
qui pro multis effundetur. Amen
dico vobis: quia iam non bibam de
genimine vitis vsqꝫ in diem illũ cũ
illud bibam nouum in regno dei.
Et hymno dicto exierunt in mon-
tem oliuarum. Et ait eis iesus. Om-
nes vos scandalizabimini in me in
nocte ista: quia scriptum est. Percu
tiam pastorem: et dispergentur o-
ues. Sed postq̃ resurrexero: prece
dam vos in galileam. Petrus au-
tem ait illi. Et si omnes scandali-
zati fuerint: sed non ego. Et ait illi
iesus. Amẽ dico tibi quia tu hodie
in nocte hac priusq̃ gallus bis vo-
cem dederit: ter me es negaturus.
At ille amplius loquebatur. Et si
oportuerit me simul cõmori tibi:
non te negabo. Similiter autem
et omnes dicebant. Et veniunt in
prediũ cui nomẽ gethsemani: ⁊ ait
discipulis suis. Sedete hic: donec

orem. Et assumpsit petrũ et iacobum et iohannem secũ: ⁊ cepit pauere et tedere. Et ait illis. Tristis est anima mea vsq; ad morte͂. Sustinete hic: et vigilate. Et cũ processisset paululũ: procidit super terrã et orabat / vt si fieri posset trãsiret ab eo hora ⁊ dixit. Abba pater: omnia tibi possibilia sunt. trãsfer calicem hunc a me. Sed nõ quod ego volo: sed quod tu. Et venit / ⁊ inuenit eos dormientes: et ait petro. Symon dormis? Nõ potuisti vna hora vigilare? Vigilate ⁊ orate: vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem prompt? est caro autem infirma. Et iterũ abiens orauit eundem sermonem dicens. Et reuersus denuo: iuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorũ grauati: et ignorabãt qd responderẽt ei. Et venit tercio. Et ait illis Dormite iã ⁊ reqescite. Sufficit. Venit hora ecce filius hominis tradetur in man? peccatorum. Surgite eamus. Ecce qui me tradet: ꝓpe est. Et adhuc eo loque͂te: venit iudas scarioth vnus ex duodecim / ⁊ cum eo turba multa: cum gladiis et lignis a summis sacerdotibus ⁊ scribis. et a senioribus. Dederat aute͂ traditor eis signum dice͂s. Quemcunq; osculatus fuero. ipse est tenete eum: ⁊ ducite caute. Et cum venisset. statim accedens ad eum ait. Rabbi. Et osculatus est eum At illi manus iniecerunt in iesum et tenuerunt eum. Unus autem quidam de circunstantibus educens gladium: percussit seruum summi sacerdotis: et amputauit illi auriculam. Et respondens iesus: ait illis. Tanq; ad latronem existis cũ gladiis et lignis cõprehendere me Quotidie eram apud vos in templo doce͂s: et nõ me tenuistis. Sed vt impleantur scripture. Tunc discipuli eius relinquentes eum: omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus syndone super nudo: et tenuerunt eum. At ille reiecta sydone: nudus ꝓfugit ab eis. Et adduxerũt iesuꝫ ad summũ sacerdote͂: ⁊ cõuenerũt oe͂s sacerdotes ⁊ scribe et seniores. Petrus autem a longe secutus est. eum: vsq; intro in atrium summi sacerdotis. Et sedebat cum ministris ad igne͂: ⁊ calefaciebat se. Sũmi vero sacerdotes et omne consilium querebant aduersus iesũ testimonium: vt eum morti traderent. nec inueniebant. Multi aute͂ falsũ testimonium dicebãt aduersus eum: et conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes. Quoniã nos audiuimus eũ dicentem. Ego dissoluam templum hoc manu factum: et post triduũ aliud non manu factum edificabo. Et non erat conueniens testimonium illorum Et exurgens summus sacerdos in medio: interrogauit iesum dicens Non respondes quicq; ad ea que tibi obiiciuntur ab his? Ille autem tacebat: et nichil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum: et dixit ei. Tu es christus filius dei benedicti? Jesus autem dixit illi. Ego sum. Et videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei: et venientem cum nubibus celi. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua: ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam? Quid vo-

vis videtur? Qui omnes condēnauerunt eum esse reum mortis. Et ceperunt quidam conspuere eum et velare faciem eius. et colaphis eum cedere. et dicere ei. Prophetiza. Et ministri alapis eū cedebāt. Et cum esset petrus in atrio deorsum: venit vna ex ancillis summi sacerdotis. Et cum vidisset petrū calefacientem se aspiciens illū ait. Et tu cum iesu nazareno eras. At ille negauit dicens. Neqꝫ scio neqꝫ noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium: ꝛ gallus cantauit. Rursus autem cum vidisset illum ancilla cepit dicere circunstantibus: quia hic ex illis est. At ille iterū negauit. Et post pusillum: rursus q astabant: dicebant petro. Vere ex illis es: nam et galileus es. Ille autem cepit anathematizare et iurare: quia nescio hominem istū quē dicitis. Et statim iterum gall⁹ cātauit. Et recordatus est petr⁹ verbi quod dixerat ei iesus. priusq̄ gallus cantet bis: ter me negabis. Et cepit flere. Et confestim mane cōsilium faciētes summi sacerdotes cum senioribus et scribis et vniuerso consilio vincientes iesum duxerunt et tradiderunt pylato. Et interrogauit eum pylat⁹. Tu es rex iudeorum? At ille respondens ait illi. Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pylatus autem rursum iterrogauit eū dicens. Non respondes quicq̄? Vide in quātis te accusant. Jesus autem amplius nichil respondit: ita vt miraretur pylatus. Per diē autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis quecunqꝫ petissent. Erat autē qui dicebat barabas. q cū sediciosis erat vinct⁹ / q i seditōe fecerat homicidiū Et cū ascēdisset turba cepit rogare: sicut semper faciebat illis. Pylatus autem respōdit eis: et dixit. Vultis dimittam vobis regem iudeorū? Sciebat enim: q per inuidiā tradidisset eum summi sacerdotes. Pōtifices autem concitauerunt turbam: vt magis barrabā dimitteret eis. Pylatus autem iterū respondens: ait illis. Quid ergo vultis faciam regi iudeorum? At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum. Pylat⁹ vero dicebat. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabāt. Crucifige eum: Pylatus autem volens populo satisfacere / dimisit illis barabam: et tradidit iesum flagellis cesum: vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum intro in atriū pretorii / et cōuocant totā cohortē et induunt eum purpura / et imponunt ei plectantes spineam coronam / et ceperunt salutare eū. Aue rex iudeorum. Et percutiebāt caput eius arundine: et conspuebant eū et ponentes genua / adorabant eū Et postq̄ illuserunt ei: exuerūt eū purpura et induerunt eum vestimentis suis: et educunt illū vt crucifigerent eum. Et angariauerūt pretereuntem quēpiam symonē syreneum: venientem de villa / patrem alexandri et rufi: vt tolleret crucem eius. Et perducūt eum in golgotha locum quod est interpretatum caluarie locus. Et dabant ei bibere myrrhatū vinum: et non accepit. Et crucifigentes eum / diuiserunt vestimēta eius mittētes sortē sup eis qs qd tolleret. Erat aūt hora tercia / et crucifixerūt eū: et erat titulus cause eius in script⁹ rex iudeorum. Et cū eo crucifigūt du-

iudeorum. Et cũ eo crucifigũt duos latrones: vnum a dextris: et alium a sinistris eius. Et adimpleta est scriptura que dicit. Et cum iniquis reputatus est. Et pretereuntes blasphemabant eum: mouentes capita sua et dicẽtes. Vah qui destruis templũ dei. et in trib⁹ diebus reedificas. Saluũ fac temetipsum: descẽdens de cruce Similiter et summi sacerdotes illudẽtes: ad alterutrũ cum scribis dicebãt. Alios saluos fecit. seipsum nõ põt saluum facere. Xpus rex israel descendat nunc de cruce: vt videamus et credamus. Et qui cum eo crucifixi erant: conuiciabantur ei. Et facta hora sexta: tenebre facte sũt super totam terram vsq3 in horã nonã. Et hora nona: exclamauit ies⁹ voce magna dicens. Heloy heloy: lamazabatani. Quod est interpretatum. Deus meus deus me⁹: vt q̃d dereliq̃sti me. Et q̃dã de circũstãtibus audientes: dicebant. Ecce helyam vocat. Currens autem vn⁹: et implens spongiam aceto circũponensq3 calamo. potum dabat ei dicens. Sinite videamus si veniat helyas ad deponendum eũ. Jesus autem emissa voce magna: expirauit. ✠. Et velum templi scissum est in duo a summo vsq3 deorsum. Videns aũt cẽturio: qui ex aduerso stabat. q2 sic clamãs expirasset ait. Vere homo hic fili⁹ dei erat. Erãt autem et mulieres delonge aspicientes inter quas erat maria magdalene et maria iacobi minoris: et ioseph mr̃ et salome. Et cũ eẽt i galilea seq̃bãt eũ: et mistrabãt ei. Et alie mulieres q̃ simul cũ eo ascẽderant hierosolimã. Et cũ iam sero esset factum: q2 erat parasceue qđ est ante sabbatum: venit ioseph ab arimathia nobilis decurio qui et ipse erat expectans regnum dei Et audacter introiuit ad pylatũ: et petiit corpus iesu. Pylatus autẽ mirabatur si iam obiisset. Et accersito centurione: interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cũ cognouisset a cẽturione: donauit corpus ioseph. Joseph autẽ mercatus syndonem: et deponens eũ inuoluit syndone: et posuit eum in monumento. quod erat excisũ de petra: et aduoluit lapidem ad hostiũ monumenti. Offr. Custodi me dñe de manu pctõris et ab hoib⁹ iniq̃s eripe me dñe. Secr.

Sacrificia nos quesum⁹ domine propensius ista restaurent que medicinalibus sunt instituta ieiuniis. Per. Cõio. Aduersum me exercebantur qui sedebant in porta et in me psallebant qui bibebant vinum ego vero orationẽ meam ad te domine tempus beneplaciti de⁹ in multitudine misericordie tue. Postcõio.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus: et vicia nostra curentur. et remedia nobis sempiterna proueniant. Per dominum.

Super populum. Humiliate capita.

Tua nos misericordia deus: et ab omni surreptione vetustatis expurget: et capaces sancte nouitatis efficiat. Per dominũ

¶ Feria quarta. Officium

In nomine domini omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum quia dominus factus est obediens vsq3 ad mortem mortem autem crucis ideo dominus iesus christus in gloria est dei patris. ps. Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. Sine Dominus vobiscum. Oremus. Flectamus.

Presta quesumus omnipotens de⁹: vt qui nostris excessibus incessanter affligimur: p vnigeniti tui passionē liberemur. Qui. Ysaie prophete. lxii.

Hec dicit dominus deus. Dicite filie syon ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cū eo. Quis est iste qui venit de edom: tinctis vestibus de bosra? Iste formosus in stola sua gradiens in multitudie fortitudinis sue. Ego qui loquor iusticiam: et propugnator sū ad saluādum. Quare ergo rubrū est indumētum tuum: et vestimēta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus: et de gētibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo: et cōculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sāguis eorum super vestimēta mea: et omnia indumēta mea inquinaui Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis mee venit. Circunspexi: et nō erat auxiliator: quesiui et non fuit qui adiuuaret. Et saluauit me brachium meū: et indignatio mea ipa est auxiliata michi. Miserationū domini recordabor: laudem domini super omnibus que reddidit nobis dominus deus noster. ℟. Non auertas faciem tuam a puero tuo quoniā tribulor velociter exaudi me. ℣. Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque vsq₃ ad animam meam infixus sum in limo profundi et non est substantia. Hic dicitur Dominus vobiscum. Oratio

Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti: vt inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem dominum. Lectio ysaie prophete. liii.

In diebus illis. Dixit isayas ppheta. Domie quis credidit auditui nostro et brachiū dn̄i cui reuelatum est? Et ascēdit sicut virgultum coram eo: et sicut radix de terra sitienti: et non est species ei neq₃ decor. Et vidimus eū et non erat aspectus: et desiderauim⁹ eū despectum et nouissimū virorum: virum dolorū et scientē infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius et despectus: vnde nec reputauimus eū. Uere lāguores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Et nos putauim⁹ eum quasi leprosum: et percussum a deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iiquitates nostras attritus est propter scelera nostra Disciplina pacis nostre super eum et liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauim⁹ vnusquisq₃ in viam suam declinauit et dominus posuit in eo iiquitatem omnium nostrum. Oblatus est qr ipse voluit: et non aperuit os suum Sicut ouis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram tondente se obmutescet et non aperiet os suū. De angustia et de iudicio: sublat⁹ est. Generationem eius quis enarrabit? Quia abscis⁹ est: de terra viuentiū. Propter scelus populi mei percussi eū: et dabit impios pro sepultura et diuitem pro morte sua eo qr iniquitatem nō fecerit nec dolus fuerit in ore eius. Et dominus voluit conterere eum: in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam videbit semē longeuū et voluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo qr laborauit aīa eius: videbit et saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus ser

uos meos multos: et iniquitates eorꝫ ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos et fortium diuidet spolia. Pro eo ꝙ tradidit in morte͂ animam suam: ꝛ cum sceleratis deputatus est. Et ipse peccata multoꝝ tulit: et pro transgressoribus rogauit vt non perirent. Dicit domin⁹ omnipotens. ¶ Tractus.

Domine exaudi orationē meā et clamor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciē tuā a me i quacūqꝫ die tribulor iclina ad me aurē tuā. ℣. In quacūqꝫ die inuocauero te velociter exaudi me. ℣. Qr defecerunt sicut fumus dies mei et ossa mea sicut i frixorio confrixa sūt. ℣. Percussus sū sicut fenū et aruit cor meū qr oblit⁹ sū māducare panē meū. ℣. Tu exurgēs dñe misereberis syō qr venit tempus miserēdi eius. Sine. Dñs vo. et sine. Gloria tibi. Passio dñi nostri iesu xpi. Scdm lucam

In illo tempore: xxii. ca. Appropiquabat dies fest⁹ azimorum qui dicitur pascha. Et querebant principes sacerdotū et scribe: quomodo iesū interficerent timebāt vero plebē. Intrauit aūt sathanas i iudam qui cognominabatur scarioth: vnū de duodecim: et abiit et locutus est cū principib⁹ sacerdotum et magistratibus quē admodum illum traderet eis. Et gauisi sunt: ꝛ pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et querebat oportunitatem: vt eum traderet sine turbis. Venit autem dies azimorum in qua necesse erat occidi pascha. Et misit petrum et iohānem dicens. Euntes parate nobis pascha: vt manducemus. At illi dixerunt. Ubi vis paremus. Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem: ocurret vobis homo amphoram aque portans. Sequimini eum in domū in quam intrat: ꝛ dicetis patrifamilias dom⁹ Dicit tibi magister Ubi ē diuersorꝫ vbi pascha cū discipulis meis manducem. Et ipse vobis ostendet cenaculū magnum stratū: et ibi parate. Euntes autem inuenerūt sicut illis dixit: et parauerūt pascha Et cum facta esset hora: discubuit et duodeci apostoli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum: anteꝗ̄ patiar. Dico eni vobis quia ex hoc non manducabo illud: donec impleatur i regno dei. Et accepto calice: gratias egit et dixit. Accipite: et diuidite inter vos. Dico enim vobis: ꝙ non bibam de gn̄atione vitis donec regnū dei veniat. Et accepto pane: gratias egit et fregit et dedit illis dicēs. Hoc est corp⁹ meū quod pro vobis datur hoc facite in meā commemorationem. Similiter et calicē: postꝗ̄ cenauit dicēs Hic est calix nouū testamētū i sanguine: meo qui pro vobis fūdetur. Ueruntamē ecce manus tradentis me: mecū est in mensa. Et quidem filius hominis secundū quod diffinitum est: vadit. Ueruntamē ve homini illi per quem tradetur Et ipsi ceperunt querere inter se: quis esset ex his qui hoc facturus esset. Facta est autem et cōtentio inter eos: quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gētium dominātur eorum: et qui potestatē habēt super eos benefici vocantur. Uos autem nō sic: Sed qui maior est in vobis: fiat sicut iunior Et qui precessor est: sicut ministrator. Nam quis maior est qui recūbit an qui ministrat. Nonne qui recūbit. Ego autem in medio vestrū sum: sicut qui ministrat. Uos autē

estis qui permansisti mecũ in tẽta=
tionibus meis. Et ego dispono vo
bis sicut disposuit michi pater meꝰ
regnum: vt edatis ⁊ bibatis super
mensam meam in regno meo. Et
sedeatis super thronos: iudicãtes
duodecim tribus israel. Ait autem
dominus symoni. Symon: ecce sa
thanas expetiuit vos vt cribaret si
cut triticũ. Ego autem rogaui pro
te: vt nõ deficiat fides tua Et tu ali
quãdo cõuersus confirma fratres
tuos Qui dixit ei. Domine tecũ pa=
ratus sum et in carcerẽ et in mortẽ
ire. Et ille dixit. Dico tibi petre: nõ
cantabit hodie gallꝰ donec ter ab
neges nosse me. Et dixit eis. Quan
do misi vos sine sacculo et pera et
calciamẽtis: nunquid aliquid defu
it vobis. At illi dixerũt. Nichil. Di
xit ergo eis. Sed nũc qui habet sac
culum tollat similiter et peram: et
qui non habet vendat tunicam su
am et emat gladium. Dico enĩ vo
bis quoniã adhuc hoc quod scriptũ
est oportet impleri in me. Et cũ in
iustis deputatus est. Etenĩ ea que
sunt de me: finem habent. At illi di
xerunt Domine ecce gladii duo hic
At ille dixit eis. Satis est. Et egres
sus ibat secũdum consuetudinẽ in
montẽ oliuarum. Secuti sunt aũt
illum ⁊ discipuli. Et cum peruenis
set ad locum: dixit illis. Orate ne in
tretis in tẽtationem. Et ipse auul=
sus est ab eis quantum iactus est la
pidis: et positis genibus orauit di=
cẽs. Pater si vis transfer calicẽ istũ
a me. Veruntamẽ nõ mea volun=
tas: sed tua fiat. Apparuit autẽ illi
angelus de celo: confortans eum.
Et factus in agonia prolixius ora=
bat. Et factꝰ est sudor eiꝰ sicut gut
te sanguinis decurrentis in terrã

Et cum surrexisset ab oratione et
venisset ad discipulos suos: iuenit
eos dormientes pre tristicia: Et ait
illis. Quid dormitis. Surgite ora=
te: ne intretis in tentationem. Ad
huc eo loquẽte: ecce turba et qui vo
cabatur iudas vnus de duodecim
antecedebat eos. Et appropinqua
uit iesu: vt oscularetur eũ Iesꝰ au=
tem dixit illi. Iuda: osculo filiũ ho=
minis tradis. Videntes autem hi
qui circa ipsum erant quod futurũ
erat. Dixerunt ei. Domine: si per=
cutimꝰ in gladio. Et percussit vnꝰ
ex illis seruum principis sacerdotũ
et amputauit auriculam eius dex=
tram. Respondens autem iesus:
ait. Sinite vsqꝫ huc Et cũ tetigisset
auriculam eius: sanauit eum. Di=
xit autem iesus ad eos qui venerãt
ad se principes sacerdotum et ma=
gistratus templi: et seniores. Qua
si ad latronem existis cum gladiis
et fustibus: cũ quotidie fuerim vo=
biscum in templo: non extendistis
manus in me. Sed hec est hora ve=
stra: et potestas tenebrarũ. Com=
prehendentes autem eũ: duxerũt
ad domũ principis sacerdotũ. Pe=
trus vero: sequebatur eum a lõge
Accenso autem igne ĩ medio atrio
et circũ sedentibus illis: erat petrꝰ
in medio eorum. Quẽ cum vidisset
ancilla quedã sedentẽ ad lumen: ⁊
eum fuisset intuita: dixit. Et hic
cũ illo erat. At ille negauit eũ dicẽs
Mulier: nõ noui illũ. Et post pusil=
lũ aliꝰ videns eũ dixit Et tu de illis
es. Petrus vero ait. O homo nõ sũ
Et interuallo facto quasi hore vnꝰ
alius quidã affirmabat dicens. Ve
re et hic cum illo erat. Nam et ga=
lileus es. Et ait petrus. Homo ne=
scio quid dicis. Et continuo adhuc

eo loquente: gallus cantauit. Et conuersus dominus: respexit petrum. Et recordatus est petrus verbi domini sicut dixerat quia priusquam gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras petrus: fleuit amare. Et viri qui tenebant illum: illudebant ei cedentes. Et velauerunt eum et percutiebant faciem eius: et interrogabant eum dicentes prophetiza quis est qui te percussit. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies conuenerunt seniores plebis et principes sacerdotum et scribe et duxerunt illum in concilium suum dicentes. Si tu es christus dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero: non credetis michi. Si autem et interrogauero: non respondebitis michi neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius dei. Qui ait. Vos dicitis quia ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimonium. Ipsi enim audiuimus ex ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum: duxerunt ad pylatum. Ceperunt autem accusare eum dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram et prohibentem tributa dari cesari: et dicentem se christum esse. Pylatus autem interrogauit eum dicens. Tu es rex iudeorum. At ille respondens ait. Tu dicis. Ait autem pylatus ad principes sacerdotum et turbas. Nichil inuenio causae in hoc homine. At illi inualescebant dicentes. Commouit populum docens per vniuersam iudeam incipiens a galilea vsque huc. Pylatus autem audiens galileam: interrogauit si homo galileus esset. Et vt cognouit quod de herodis potestate esset remisit eum ad herodem qui et ipse hierosolimis erat illis diebus. Herodes autem viso iesu: gauisus est valde. Erat enim ex multo tempore cupiens videre eum: eo quod audiret multa de eo: et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus. At ipse nichil ei respondebat. Stabant etiam principes sacerdotum et scribe: constanter accusantes eum. Spreuit autem illum herodes cum exercitu suo et illusit indutum veste alba: et remisit ad pylatum. Et facti sunt amici herodes et pylatus in ipsa die. Nam antea inimici erant ad inuicem. Pylatus autem conuocatis principibus sacerdotum et magistratibus: et plebe: dixit ad illos. Obtulistis michi hunc hominem quasi auertentem populum: et ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto: ex his in quibus accusatis eum. Sed neque herodes. Nam remisi vos ad illum: et ecce nichil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum: dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum vnum. Exclamauit autem simul: vniuersa turba dicens. Tolle hunc et dimitte nobis barrabam. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate et homicidium missus in carcerem. Iterum autem pylatus locutus est ad illos: volens dimittere iesum. At illi succlamabant dicentes. Crucifige crucifige eum. Ille autem tercio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste. Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum: et dimittam. At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: et inualescebant voces eorum

Et pylatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium et seditionem missus fuerat in carcerem: quem petebant: iesum vero tradidit volũtati eorum. Et cum ducerent eum: apprehenderũt symonem quẽdem cyrenẽsem venientem de villa: et imposuerunt illi crucem portare post iesũ Sequebatur autem illum multa turba populi et mulierũ: que plangebant et lamentabãtur eum. Conuersus autem iesus ad illas: dixit. Filie hierusalem nolite flere super me: sed super vosipsas flete. et super filios vestros. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent. Beate steriles et ventres qui non genuerũt: et vbera que non lactauerunt. Tunc incipiẽt dicere montibus cadite super nos: et collibus: operite nos. Quia si in uiridi ligno hec faciũt in arido quid fiet. Ducebãtur autem et alii duo nequã cũ eo: vt interficerentur. Et postquam venerũt in locum qui vocatur caluarie: ibi crucifixerunt eũ et latrones vnum a dextris et alterum a sinistris. Jesus autem dicebat. Pater dimitte illis: non enim sciũt quid faciunt. Diuidẽtes vero vestimenta eius: miserunt sortes. Et stabat populus expectans. Et deridebant illum principes cũ eis dicẽtes. Alios saluos fecit: se saluũ faciat si hic est christus dei electus. Illudebant autem ei et milites accedentes et acetum offerentes illi et dicentes. Si tu es rex iudeorum saluũ te fac. Erat autem et superscriptio scripta super illum litteris grecis et latinis et hebraicis. Hic ẽ rex iudeorum. Unus aũt de his qui pẽdebãt latronibus blasphemabat eũ dicẽs. Si tu es xpũs saluũ fac temetipsũ et nos. Respõdẽs autẽ alter increpabat illum dicens. Neque tu times deum quia in eadẽ dãnatione es. Et nos quidem iuste nã digna factis recipimus: hic vero nichil mali gessit. Et dicebat ad iesum. Dñe memento mei: dum veneris in regnũ tuum. Et dixit illi iesus. Amen dico tibi: hodie mecũ eris in paradiso Erat autem fere hora sexta. Et tenebre facte sunt in vniuersa terra: vsque ad horam nonã. Et obscuratus est sol: et velũ templi scissum ẽ medium:. Et clamans iesus voce magna: ait. Pater in manus tuas cõmẽdo spiritum meũ. Et hec dicẽs expirauit. ✠ Uidens autem centurio quod factum fuerat: glorificauit deũ dicẽs. Uere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud et videbant que fiebant percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe: et mulieres que secute erant eum a galilea hic videntes Et ecce vir nomine ioseph qui erat de curio vir bonus et iustus: hic nõ consenserat consilio et actibus eorum: ab arimathia ciuitate iudee: qui et ipse expectabat regnũ dei Hic accessit ad pylatum et petiit corpus iesu. Et depositũ inuoluit syndone et posuit eũ in monumento exciso: in quo nundũ quisquam positus fuerat

Offer. Domine exaudi orationem meã et clamor meus ad te perueniat.

Secreta.

Purifica nos misericors deus vt ecclesie tue preces que tibi grate sũt pia munera deferentes: fiant expiatis mentibus gratiores Per.

Cõio. Potũ meũ cũ fletu tẽperabã quia eleuans allisisti me et ego sicut fenũ arui tu aũt

domine in eternum permanes tu exurgens misereberis syon quia venit tempus miserendi eius.

Largire sensibus. Postcõio.
nostris omnipotens deus: vt per temporalem filii tui mortem quam misteria veneranda testantur: vt vitam nobis dedisse perpetuam confidamus. Per eundem.

Super populum. Oremus. Humiliate.

Respice quesumus domine super hanc familiam tuam pro qua dominus noster iesus xps non dubitauit manibus tradi nocentium: et crucis subire tormentum. Qui viuis. Feria.v. oibus horis dictis: sacerdos et ministri altaris solenniter induti itro mittedo penitetes ter dicatur ista.a. ab oibus Venite venite venite filii audite me timorem dñi docebo vos. ps. Bñdicã. Deide fiat sermo ad populũ et postea dicatur septẽ pĩ. peñ. sine Glia pri. Pater noster. Et ne. Dñe saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperantes. Fiat pax in virtute tua. Et abũ. Dñe nõ scdm pctã nostra facias nobis. Neqz scdm iniquitates nostras retribuas nobis Exurge domine adiuua nos. Et libera nos pter nomen tuum. Domine exaudi. Oremus.

Adesto domine supplicationibus nostris: et me qui etiam misericordia tua primus indigeo clementer exaudi: et quem electione meriti: sed dono gratie tue constituisti huius operis ministrũ da fiduciam tui muneris exequendi: et ipse in nostro ministerio quod tue pietatis ẽ operare. Per. Oratio.

Presta quesum⁹ domine his famulis tuis dignum penitẽtie fructum et ecclesie tue sãcte a cuius integritate deuiarunt peccando admissorum reddantur innoxii veniam cõsequendo. Per dominum nostrum. Oratio.

Deus humani generis benignissime conditor et misericordissime reformator qui hominem inuidia dyaboli et eternitate deiectum vnici filii tui sanguine redemisti: viuifica hos famulos tuos quos tibi nullatenus mori desideras et qui non dereliquis deuios: assume correctos moueant pietatem tuã que sumus domine horũ famulorũ tuorum lachrimosa suspiria: tu eorum medere langoribus: tu iacentibus manum porrige salutarem: ne ecclesia tua aliqua sui corporis portione vastetur ne grex tuus detrimẽtum sustineat: ne de familie tue dãno inimicus exultet: ne renatos lauachro salutari mors secunda possideat. Tibi ergo dñe supplices preces tibi fletũ cordis effundimus: tu parce cõfitentib⁹: vt sic in hac mortalitate peccata sua te adiuuãte defleant qualiter in tremendi iudicii die sententiam dãnationis eterne euadent et nesciant quod terret in tenebris quod stridet in flamis: atqz ab erroris via ad iter reuersi iusticie nequaqz vltra vulneribus saucientur: sed integrũ sit eis atqz perpetuũ et quod gratia tua contulit et quod misericordia reformauit. Per eundem. Deide post absolu. icipitur missa soleñ. etsi fue. eps et crisma consecretur dicit. Gloria in ex. Et post euan. Credo et in fine misse. Ite missa est. Officium.

Nos autem gloriari oportet i cruce domini nostri iesu christi in quo est sal⁹ vita et resurrectio nostra per quem saluati et liberati sumus. ps. De⁹ misereatur nostri et bñdicat. sine Glia patri. Nõ dicit. Flecta sed. Dñs vo. Oratio.

Deus a quo et iudas reatus sui penã et confessionis sue latro premium sumpsit cõcede no-

bis tue ꝓpitiatiōis effectū: vt sicut
in passione sua iesus xp̄s dominus
noster diuersa vtrisq intulit stipē=
dia meritorū: ita nobis ablato ve=
tustatis errore resurrectionis sue
gratiā largiatur. Qui te. i. Ad cori. xi

Fratres. Conuenientibus
vobis in vnū: iam non est
dominicā cenā manducare. Unus
quisq enī suā cenā presumit ad mā
ducandū: et alius quidē esurit: ali=
us autem ebrius est. Nunquid do=
mos non habetis ad manducandū
et bibēdū: aut ecclesiā dei cōtenni=
tis et confunditis eos qui non ha=
bent. Quid dicā vobis. Laudo vos
in hoc non laudo. Ego enī accepi a
domino quod et tradidi vobis: qm̄
dominus iesus in qua nocte trade=
batur accepit panem et gratias a=
gens fregit et dixit. Accipite et mā
ducate. Hoc est corp᷒ meum: quod
pro vobis tradetur. Hoc facite in
meam comemorationem. Simi=
liter et calicē postq̄ cenauit dicens
Hic calix nouum testamentum est
in meo sanguine. Hoc facite quoti=
enscunq bibetis in meam comme
morationē. Quotienscunq enim
manducabitis panem hunc et cali
cem bibetis: mortē domini annun
ciabitis donec veniat. Itaq q̇cūq
manducauerit panem vel biberit
calicē domini indigne reus erit cor
poris et sanguinis domini. Probet
autem seipsum homo ꝛ sic de pane
illo edat et de calice bibat. Qui enī
manducat et bibit indigne: iudici=
um sibi mādūcat et bibit: non diiu
dicans corpus domini. Ideo inter
vos multi infirmi et imbecilles: et
dormiunt multi. Quod si nosmet
ipsos diiudicaremus: non vtiq iu=
dicaremur. Dum iudicamur autē
a domino corripimur vt non cum
hoc mundo dannemur. R. Xp̄s fctūs
est pro nobis obediēs vsq ad mortē mortem
aūt crucis. V. Propter qd̄ et de᷒ exaltauit illū
ea dedit illi nomē qd̄ est sup omne nomē. Euā
geliū in pulpito. Secūdum iohannē. xiii.

Ante diem festū pasche sci=
ens ies᷒ quia venit hora ei᷒
vt trāseat ex hoc mundo ad patrē
cum dilexisset suos qui erant ī mū=
do: in finem dilexit eos. Et cena fa
cta: cum dyabolus iam misisset in
cor vt traderet eum iudas simonis
scariothis sciens quia omnia dedit
ei pater in manus: et quia a deo exi
uit ꝛ ad deū vadit: surgit a cena ꝛ po
nit vestimenta sua. Et cum acce=
pisset linteum precinxit se. Deinde
mittit aquam in peluim: ꝛ cepit la
uare pedes discipulorū et exterge=
re linteo quo erat precinctus. Ve=
nit ergo ad symonem petrum ꝛ di
xit ei petrus. Domine: tu michi la=
uas pedes. Respondit ies᷒: et dixit
ei. Quod ego facio tu nescis modo:
scies autem postea. Dixit ei petr᷒.
Non lauabis michi pedes ineter=
num. Respondit iesus. Si nō laue=
ro te: non habebis partem mecum
Dixit ei symō petrus. Domine: nō
tantū pedes meos: sed ꝛ manus et
caput. Dixit ei iesus. Qui lotus est
non indiget nisi vt pedes lauet: sed
est mundus totus. Et vos mundi
estis: sed nō omnes. Sciebat enim
quisnam esset qui traderet eū. pro=
pterea dixit non estis mundi om=
nes. Postq̄ ergo lauit pedes eorū
accepit vestimenta sua: et cum re=
cubuisset iterū dixit eis. Scitis quid
fecerim vobis. Vos vocatis me ma
gister ꝛ domine: ꝛ bene dicitis. Sū
et enim. Si ergo ego laui pedes ve
stros dominus et magister: et vos

debetis alter alteriꝰ lauare pedes
Exemplum enim dedi vobis vt ꝙ
admodū ego feci vobis: ita et vos
faciatis. Sine. Credo. Offꝫ. Dextra do=
mini fecit virtutem dextera domini exaltauit
me nō moriar sed viuā et narrabo opera dñi

Ipse tibi domine Secreta.
quesumus sācte pater om=
nipotens eterne deus sacrificiū no
strum reddat acceptum: qui disci=
pulis suis in sui commemoratione
hoc fieri hodierna traditione mon
strauit: iesus xp̄s dominus noster
Qui tecum. Prefatio cōis et. Commu
nicantes et. Hanc igitur et. Qui pri=
die. sicut notatū est in canone. Et flebili voce
dicitur. Agnus dei. Et nō dež pax. Et ser=
uatur hostia cōsecrata i crastinū Cōio. Dñs ie
sus postꝙ̄ cenauit cū discipulis suis lauit pe=
des eorū et ait illis scitis q̄d feceri vobis. ego
dñs et magister exemplū dedi vobis vt ⁊ vos
ita faciatis. Et statim incipiāt vespere. āñ.

Credidi propter Calicem. ps.
quod locutus sum: ego au=
tem humiliatꝰ sum nimis. Ego di=
xi in excessu me omnis homo men=
dax. Quid retribuā domino pro om
nibus que retribuit michi. Cali=
cem salutaris accipiam: et nomen
domini inuocabo. Uota mea
reddam coram omni populo eius
preciosa in cōspectu domini mors
sanctorū eius. O domine quia ego
seruus tuus ego seruus tuus et fili
us ancille tue. Dirupisti vincula
mea tibi sacrificabo hostiā laudis:
et nomē domini iuocabo. Uota
mea domino reddam in conspectu
omnis populi eius: in atriis domꝰ
domini in medio tui hierusalem. ā
Calicē salutaris accipiā ⁊ nomē dñi iuocabo.

Ad dominū cum Cā. Cū his.
tribularer clamaui ⁊ exau
diuit me. Domine libera animā
meam a labiis iniquis: et a lingua
dolosa. Quid detur tibi aut quid
apponatur tibi: ad linguam dolo=
sam. Sagitte potētis acute: cum
carbonibus desolatoriis. Heu mi
chi quia incolatus meus prolonga
tus est: habitaui cum habitantibꝰ
cedar multum incola fuit anima
mea. Cum his qui oderūt pacem
eram pacificus: cum loquebar illis
impugnabant me gratis. ān. Cū his
qui oderunt pacem eram pacificꝰ cum loque
bar illis impugnabant me gratis.

Eripe me domine ab homi=
ne malo: a viro iniquo eri=
pe me. Qui cogitauerunt iniqui=
tates in corde: tota die cōstituebāt
prelia. Acuerūt linguas suas si=
cut serpētes venenum aspidū sub
labiis eorum. Custodi me de ma=
nu peccatoris: et ab hominibus ini
quis eripe me. Qui cogitauerunt
supplantare gressus meos: abscon
derūt laqueum michi. Et funes
extēderunt in laqueum iuxta iter
scandalum posuerūt michi. Dixi
domino deus meꝰ es tu: exaudi do=
mine vocem deprecationis mee.
Domine domine virtus salutis
mee: obumbrasti super caput meū
in die belli. Non tradas me domi
ne a desiderio meo peccatori: cogi=
tauerūt contra me ne derelinquas
me ne forte exaltentur. Caput cir
cuitus eorum: labor labiorum ipso
rum operiet eos. Cadēt super eos
carbones in ignem deiicies eos in
miseriis non subsistent. Uir lin=
guosus non dirigetur in terra: vi=
rum iniustum mala capient in in=
teritu. Cognoui quia faciet do=
minus iudicium inopis et vindictā
pauperum. Ueruntamen iusti cō
fitebuntur nomini tuo: et habita=

bunt recti cū vultu tuo. aña. Ab hoībus iniquis libera me domine. psalmus.

DOmine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee dū clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearū sacrificium vespertinū. Pone domine custodiam ori meo: et hostiū circūstantie labiis meis. Non declines cor meum in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominib⁹ operantibus iniquitatem: et non cōmunicabo cum electis eorū. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me oleum autē peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum absorpti sunt iuncti petre iudices eorū. Audient verba mea quoniam potuerūt: sicut crassitudo terre erupta est super terrā. Dissipata sunt ossa nostra sec⁹ infernū: quia ad te domine domine oculi mei in te speraui non auferas animā meā. Custodi me a laqueo quem statuerunt michi: et ab scandalis operantiū iniquitatem. Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam. aña. Custodi me domine a laqueo quem statuerūt michi et ab scandalis operātiū iniquitatē. ps.

VOce mea ad dominū clamaui: voce mea ad dominum deprecatus sū. Effundo in conspectu ei⁹ orationem meam: et tribulationem meā āte ipsum pronuncio. In deficiendo ex me spiritum meum: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabam absconderunt laqueum michi. Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognosceret me. Periit fuga a me: et non est qui requirat animā meā. Clamaui ad te domine dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentium. Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentib⁹ me: quia confortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad confitēdum nomini tuo: me expectāt iusti donec retribuas michi. aña. Cōsiderabā a dexterā et videbā et nō erat qui cognosceret me. Nō dicitur. Gloria. nec neuma. sed statim cantor incipiat. aña non duplicando. aña. Cenantibus illis accepit iesus panes bñdixit ac fregit dedit discipulis suis. ps.

REfecti vitalibus alimētis quesumus domine deus noster: vt quod tēpore nostre mortalitatis exequimur: immortalitatis tue munere consequamur: Per. Magnificat. Or. Sine bñdictione finali dyacon⁹ dicat si eps celebrauerit. Ite missa est. solen. sin autē. Bñdicamus dño. Dicatur et sic finitur mis. cū vespis. Et ab hic nō pulsātur cāpane vsq ad. Gloria in excelsis. i sab. pas. Deinde denudētur altaria. Post prādium cōueniāt eps vel prior et canonici ad altaria lauā. nudis pedib⁹. Eps cum dya. et subdya. in albis dñdo. R. et eorū de sctō siue de sctis in cuius vel quorū honore est altare dedicatum Et cantet chorus illa que consueta. sūt. Et postea eāt i capitulo ad mandatum faciēdū et pedes lauādū. et postea dicat eps vel prior. Domine exaudi. Dñs vobiscū. Oro. Adesto domine. Offer. Deinde legatur euāgeliū. Ante diē festū pa. Et cū vētū fuerit ad locum illum. Surgite eamus hic. Recedāt oēs et veniant in refectorio et bibāt. Et interī dū biberit legatur euangeliū modo lectionis et ibi icipiat dyacon⁹ legere vbi finiuit i capitulo. Et post q̄ oēs biberit faciat eps signū finiēdi et lector dicat. Tu aūt dñe. et tūc recedāt oēs et eāt ad cōple. nō prosternatur sed dicto. Pr nr. dican

tut psalmi tm̃ et postea. Pr nr. Credo in deũ et Cõfiteoꝛ. Feria. vi. i die parasceue post. ix. episcopus vel prioꝛ cũ ministris ad faciendũ seruitiũ accedat ad altare nudis pedibus. Et dũ. Confiteoꝛ dicitur cantet choꝛus. ℟. Tenebꝛe facte sunt dũ crucifixissent iesum iudei et circa hoꝛam nonã exclamauit iesus voce magna deus deus vt quid me dereliquisti et inclinato capite emisit spiritũ. Tunc vnus ex militibus lãcea latus eius aperuit ⁊ cõtinuo exiuit sãguis ⁊ aqua. versus. Uelũ tẽpli scissum est a summo vsq; deoꝛsum ⁊ oĩs terra tremuit. Lectio. pꝛime. Ozee. .vi.

Hec dicit dominus deus. In tribulatione sua mane cõsurgẽt ad me Uenite reuertamur ad dominum: quia ipse cepit et sanabit nos percutiet et curabit nos Uiuificabit nos post duos dies: in die tercia suscitabit nos: ⁊ viuem⁹ in conspectu eius. Sciemus sequemurq;: vt cognoscamus dominũ. Quasi diluculum: pꝛeparatus est egressus eius: et veniet quasi ymber nobis tempoꝛaneus et serotinus terre. Quid faciam tibi effrai? Quid faciam tibi iuda? Misericoꝛdia vestra quasi nubes matutina: et quasi ros mane pertrãsiẽs. Propter hoc dolaui in ꝓphetis ⁊ occidi eos in ꝟbis oꝛis mei: ⁊ iudicia mea quasi lux egredient. Qꝛ miam volui et non sacrificium: ⁊ scientiam dei plusq̃ olocausta. ¶ Tractus.

Domine audiui auditum tuum et timui cõsideraui opera et expaui. ℣. In medio duũ animalium inotesceris dum appꝛopiquauerint anni agnosceris dum aduenerit tẽpus ostenderis. Uꝰus. In eo dum cõturbata fuerit anima mea in ira misericoꝛdie memoꝛ eris. Uꝰ Deus a libano veniet et sanctus de monte vmbꝛoso et condenso. Uꝰus Operuit celos maiestas eius: et laudis eius plena est terra. Oꝛatio sine Dñs vobiscũ. et sine Flectamus. Oꝛemus.

Deus a quo ⁊ iudas reat⁹ sui penã ⁊ cõfessionis sue latro pꝛemiũ sumpsit: cõcede nobis tue ꝓpiciatiõis effectũ: vt sicut in passione sua iesus chꝛistus dominus noster diuersa vtrisq; intulit stipẽdia meritoꝛum: ita nobis ablato vetustatis erroꝛe resurrectiõis sue gratiam largiatur. Qui tecum.

¶ Lectio. ii. sine titulo. Exodi. xii.

Dixit dominus ad moysem ⁊ aaron in terra egypti. Mensis iste vobis pꝛincipium mensium pꝛimus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cetum filiorum israel: ⁊ dicite eis. Decima die mensis huius tollat vnusquisq; agnum per familias et domos suas Si autem minoꝛ est numerus vt sufficere possit ad vescẽdum agnũ assum at vicinum suum qui iunct⁹ est domui ei⁹ iuxta numerum animarum q̃ sufficere possint ad esum agni. Erit enim agnus absq; macula: masculus anniculus. Juxta quem ritum tolletis et hedum: et seruabitis eum vsq; ad quartãdecimam diem mensis huius immolabitq; eum vniuersa multitudo filioꝛum israel: ad vesperũ. Et sumẽt de sanguie/ac ponẽt sup vtrũq; postẽ: ⁊ in supliminarib⁹ domoꝝ in q̃bus comedẽt illũ. Et edẽt carnes nocte illa assas igni et azimos panes: cũ lactucis agrestibus. Nõ comedetis ex eo crudũ q̃d/nec coctũ aqua: ꝫ assũ tm̃ igni. Caput cũ pedib⁹ ei⁹ ⁊ itestinis voꝛabitis: nec remanebit ex eo q̃cq̃ vsq; mane. Si quid residuum fuerit igni comburetis. Sic autem comedetis illum Renes vestros accingetis: calciamẽta habebitis in pedibus tenen-

tes baculos in manibus: et comedetis festinantes. Est enim phase id est transitus domini. Tractus.

ERipe me domine ab homine malo a viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malicias in corde tota die constituebāt prelia. ℣. Acuerūt linguas suas sicut serpentes venenum aspidum sub labiis eorū ℣. Custodi me domine de manu peccatoris et ab hominibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos absconderunt superbi laqueum michi. ℣. Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis iuxta iter scandalum posuerunt michi. ℣. Dixi domino deus meus es tu exaudi domine vocem orationis mee. ℣. Domine domine virtus salutis mee obumbra caput meum in die belli. ℣. Ne tradas me a desiderio meo peccatori cogitauerunt aduersum me ne derelinquas me ne vnq̄ exaltentur. ℣. Caput circuitus eorum labor labiorum ipsorū operiet eos. ℣. Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo et habitabūt recti cum vultu tuo

Sequitur passio sine. Dominus vobiscum. et sine Gloria tibi. Et illa hora qua dicit dyaconus. Partiti sunt ve. Accedant duo clerici et nudent altare duobus syndonibus in modum furantis et secum deferant prius añ passionem super impositis Passio domini nostri iesu christi. Secundum iohannem xviii

IN illo tempore. Egressus est iesus cū discipulis suis: trans torrentem cedron: vbi erat ortus in quem introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autem et iudas qui tradebat eum locum: q̄a frequenter iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cū accepisset cohortem et a pontificibus et phariseis ministros venit illuc cum laternis et facibus et armis. Jesus itaq; sciens omnia que ventura erant super eum processit ⁊ dixit eis. Quē queritis? Rn̄derūt ei. Jesum nazarenū. Dixit eis ies⁹: Ego sum. Stabat autē et iudas q̄ tradebat eū: cū ipis. Ut ergo dixit eis ego sum: abierūt retrorsum et ceciderunt in terrā. Iterū ergo interrogauit eos. Quē queritis? Illi autem dixerūt. Jesum nazarenū Respōdit iesus. Dixi vobis: q2 ego sum: Si ergo me q̄ritis: sinite hos abire. Ut ipleret sermo quē dixit: q2 quos dedisti michi: nō perdidi ex eis quēq̄. Symon ergo petrus habens gladium eduxit eū: ⁊ pcussit pōtificis seruū: ⁊ abscidit auriculā ei⁹ dextrā. Erat aūt nomen seruo: malchus. Dixit ergo iesus petro. Mitte gladiū in vaginam. Calicē quē dedit michi pater nō vis vt bibam illum? Cohors ergo et tribunus et ministri iudeorum comprehenderunt iesum ⁊ ligauerunt eū et adduxerunt eum ad annam primum. Erat autem socer cayphe: qui erat pontifex anni illius. Erat autem cayphas qui consilium dederat iudeis: quia expedit vnū hominē mori pro populo. Sequebatur autem iesum symon petrus: ⁊ alius discipulus. Discipulus autē ille erat notus pontifici: et introiuit cum iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat foris ad ostium. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici: et dixit ostiarie. et introduxit petrum. Dixit ergo petro ancilla ostiaria. Nū quid et tu ex discipulis es hominis istius? Dixit ille. Non sum. Stabāt autem serui et ministri ad prunas quia frigus erat: et calefaciebant se. Erat autem cum eis et petrus stans et calefaciens se. Pontifex ergo iterrogauit iesum de discipulis suis: ⁊ de doctria ei⁹ Rn̄dit ei

iesus. Ego palã locutus sum mũ-
do: ego semper docui in synagoga
et in templo quo omnes iudei con
ueniunt: et in occulto locutus sum
nichil. Quid me iterrogas? Inter
roga eos qui audierunt: quid locu-
tus sum ipsis. Ecce hi sciunt: que di
xeri ego. Hec aũt cũ dixisset: vnus
assistẽs ministrorum dedit alapã iesu
dicẽs. Sic respõdes põtifici? Respõ
dit iesus. Si male locutꝰ sum: testi
moniũ ꝓhibe de malo. Si aũt bñ:
qd me cedis? Et misit eũ annas li-
gatũ: ad cayphã põtificẽ. Erat au
tem symõ petrꝰ stãs: ⁊ calefaciẽs se
Dixerũt ergo ei. Nunqd ⁊ tu ex di-
scipulis eius es? Negauit ille: et di
xit. Nõ sum. Dixit vnꝰ ex seruis põ
tificis cognatꝰ eiꝰ cuius abscidit pe
trus auriculã. Nõne ego te vidi in
horto cũ illo? Iterũ ergo negauit
petrꝰ ⁊ stati gallus cãtauit. Addu-
cũt ergo iesum a caypha in pretori
um. Erat aũt mane. Et ipi non in
troierũt in pretoriũ: vt nõ cõtami
narent. sed mãducarẽt pascha. Ex
iuit ergo pylatꝰ ad eos foras: et di-
xit. Quã accusationem affertis ad
uersus hominẽ hũc? Respõderũt ⁊
dixerũt ei. Si non esset hic malefa
ctor: nõ tibi tradidissemꝰ eũ. Dixit
ergo eis pylatꝰ. Accipite eũ vos: et
secũdũ legẽ vestrã iudicate eũ. Di-
xerũt ergo ei iudei. Nobis nõ licet
iterficere quẽq̃. Vt sermo iesu im-
pleretur quem dixit significãs qua
morte esset moriturꝰ. Introiuit er
go iterũ in pretoriũ pylatꝰ: ⁊ voca
uit iesum ⁊ dixit ei. Tu es rex iude
orum? Et respõdit iesus. A temet
ipso hoc dicis: an alii tibi dixerunt
de me? Respondit pylatus. Nun-
quid ego iudeus sum? Gens tua et
pontifices tradiderunt te michi.
Quid fecisti? Respondit iesus. Re-
gnum meum non est de hoc mun-
do. Si ex hoc mundo esset regnum
meum: ministri mei vtiqꝫ decerta-
rent vt non traderer iudeis. Nunc
autem regnum meum non est hic
Dixit itaqꝫ ei pylatus. Ergo rex es
tu. Respondit iesus. Tu dicis quia
rex sum ego. Ego in hoc natꝰ sum:
et ad hoc veni in mundum vt testi
monium perhibeã veritati. Om-
nis qui est ex veritate: audit meam
vocem. Dixit ei pylatus. Quid est
veritas? Et cum hoc dixisset: iterũ
exiuit ad iudeos / et dixit eis. Ego
nullam causam inuenio in eo. Est
autem consuetudo vobis: vt vnũ
dimittam vobis in pascha. Vultis
ergo dimittam vobis regem iude
orum? Clamauerũt ergo rursum
omnes dicentes. Nõ hunc: sed bar
rabam. Erat autem barrabas la-
tro. Tunc ergo apprehendit pyla
tus iesum et flagellauit. Et mili-
tes plectentes coronam de spinis:
imposuerunt capiti eius. Et veste
purpurea circundederunt eum: et
veniebant ad eum et dicebãt. Aue
rex iudeorum. Et dabant ei ala-
pas. Exiuit ergo iterum pylatus
foras: et dixit eis. Ecce adduco vo-
bis eum foras: vt cognoscatis quia
in eo nullam causam inuenio. Exi
it ergo iesus portãs spineam coro-
nam et purpureum vestimẽtum
Et dixit eis. Ecce homo. Cum er-
go vidissent eum pontifices et mi-
nistri: clamauerunt dicentes. Cru
cifige crucifige eũ. Dixit eis pylatꝰ
Accipite eum vos et crucifigite.
Ego enim nõ inuenio in eo causã.
Responderunt ergo ei iudei. Nos
legem habemus: et secũdum legẽ
debet mori: quia filium dei se fecit

Cum ergo audisset pylatus hunc sermonem: magis timuit. Et ingressus est pretorium iterum. Et dixit ad iesum. Unde es tu? Jesus autem responsum nō dedit ei. Dixit ergo ei pylatus. Michi non loqueris? Nescis quia potestatē habeo crucifigere te: et potestatē habeo dimittere te? Respondit iesus. Nō haberes potestatem aduersū me ullam: nisi tibi esset datum desuper. Propterea qui me tradidit tibi: maius peccatū habet. Exinde querebat pylatus: dimittere eum Judei autem clamabant dicentes Si hūc dimittis: non es amic⁹ cesaris. Omis eñ q̄ se regē facit: cōtradicit cesari. Pylat⁹ aūt cum audisset hos sermōes: adduxit foras iesum et sedit p̄ tribunali in loco q̄ dr̄ licostratos hebraice aūt gabatha. Erat aūt pasceue pasche: hora quasi sexta. Et dixit iudeis. Ecce rex vester. Illi aūt clamabāt. Tolle tolle: crucifige eū. Dixit ei pylat⁹. Regē vestrū crucifigā? Respōderunt pōtifices. Nō habem⁹ regē: nisi cesarē. Tūc ergo tradidit eis illū: ut crucifigeret. Susceperūt aūt iesū et eduxerūt. Et baiulās sibi crucē: exiuit in eū q̄ dicit caluarie locū. hebraice golgotha / ubi eū crucifixerunt. Et cum eo alios duos: hinc et hinc medium autem iesum. Scripsit autem et titulum pylatus: et posuit super crucē. Erat autē scriptum. Jesus nazarenus rex iudeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum: quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est iesus. Et erat scriptū hebraice grece / et latine. Dicebant ergo pylato pontifices iudeorum. Noli scribere rex iudeorum: sed quia ipse dixit rex sum iudeorum. Respondit pylatus. Quod scripsi / scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum: acceperunt vestimenta eius. et fecerūt quattuor partes unicuiq̄ militi partem et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis: desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem. Non scindamus eam sed sortiamur de illa cuius sit. Ut scriptura impleretur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: et super vestē meā miserūt sortē. Et milites quidem hec fecerunt. Stabāt aūt iuxta crucē iesu mr̄ ei⁹ et soror matris ei⁹ maria cleophe et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem et discipulum stātem quem diligebat: dixit mr̄i sue. Mulier: ecce fili⁹ tu⁹. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eam discipulus in suam post ea sciens iesus quia iam omnia cōsummata sunt: ut consummaret scriptura dixit. Sitio Uas ergo positū erat: aceto plenū. Illi aūt spōgiā plenā aceto ysopo circūponentes: obtulerūt ori ei⁹. Cū ergo accepisset iesus acetū: dixit. Cōsummatum est. Et inclinato capite tradidit spm̄. ✠ Judei ergo qm̄ parasceue erat ut nō remanerent in cruce corpora sabbato. Erat eñ magn⁹ dies ille sabbati. Rogauerūt pylatū ut frangerent eorum crura: et tollerentur. Uenerūt ergo milites. Et primi q̄dē fregerūt crura: et alterius qui crucifix⁹ est cū eo. Ad iesū autem cū venisset: ut viderūt eū iam mortuū nō fregerunt ei⁹ crura. sed unus militum lancea latus eius aperuit: Et cōtinuo exiuit sāguis et aqua. Et qui vidit testimoniū perhibuit: et verū est eius testimo

nium. Et ille scit quia vera dicit: vt et vos credatis. Facta sunt enī hec: vt scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterū alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt. Post hec autem rogauit pylatū ioseph ab arimathia: eo q esset discipulus iesu: occultus autem propter metum iudeorū vt tolleret corpus iesu. Et permisit pylatus. Venit ergo et tulit corpus iesu. Venit autem et nichodemus qui venerat ad iesum nocte primum: ferens mixturam myrrhe et aloes quasi libras centū. Acceperunt ergo corpus iesu et ligauerunt illud lintheis cum aromatibus. sicut mos est iudeis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est hortus: et i horto monumēto nouū in quo nundum quisq positus fuerat. Ibi ergo ppter parasceuem iudeorum quia iuxta erat monumentum posuerunt iesum. Sine Dñs vo. Orões sequentes dicantur.

Oremus dilectissimi nobis pro ecclesia sctā dei. vt eam deus et dominus noster pacificare adunare et custodire dignetur toto orbe terrarum subiciēs ei pricipatus et potestates. detq nobis quietam et tranquillam vitam degentibus glorificare deum omnipotentem. Oremus. Flectamus genua.

Omnipotēs sempiterne deus qui gloriā tuā oibus in xpo gētibus reuelasti custodi opa mie tue: vt ecclesia tua toto orbe diffusa stabili fide in confessione tui nominis perseueret. Per eundem. Pro papa.

Oremus pro beatissimo papa nostro. N. vt illum deus et dominus noster qui elegit eum in ordine episcopatus saluum atq incolumem custodiat ecclesie sue sancte ad regendum populū sanctum dei. Oremus. Flectamus genua le.

Omnipotens sempiterne deus cuius iudicio vniuersa fundantur: respice propicius ad preces nostras. et electum nobis antistitem tua pietate conserua: vt christiana plebs que tali gubernatur auctore sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeatur. Per dominum. Pro ordinatis.

Oremus et pro omnibus epyscopis/ presbyteris/ dyaconibus/ subdyaconibus/ acolitis/ exorcistis/ lectoribus/ hostiariis/ confessoribus/ virginibus/ viduis/ & pro omni populo sancto dei. Oremus. Flectamus genua. Leuate.

Omnipotens sempiterne deus cuius spiritu totum corpus ecclesie sanctificatur & regitur exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes vt gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per. In vnitate eiusdem. ¶ Pro imperatore.

Oremus et pro christianissimo imperatore nostro: vt deus et dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes et faciat sapere ea q recta sunt atq cōtra inimicos catholice et apostolice ecclesie triumphum largiatur victorie ad nostram perpetuā pacem. Oremus. Flectamus genua leuate.

Omnipotēs sempiterne deus in cuius manu sunt omnium potestates et omnium iura regnorum respice ad christianum benignus imperium: vt gentes q in sua feritate confidunt: potentie tue dextera comprimantur. Per dominum. ¶ Pro cathecuminis.

Oremus et pro cathecuminis nostris. vt deus et dominus noster adaperiat aures precordiorum ipsorum ianuamque misericordie. vt per lauachrum regenerationis accepta remissione omnium peccatorum / et ipsi inueniantur fideles i christo iesu domio nostro. Oremus Flectamus genua leuate.

Omnipotēs sempiterne de⁹ qui ecclesiam tuam noua semper prole fecundas: auge fidē et intellectum cathecuminis nostris: vt renati fonte baptismatis: adoptionis tue filiū aggregentur. Per dominum. Pro mundo.

Oremus dilectissimi nobis deū patrem omnipotētē vt cūctis mundū purget errorib⁹ morbos auferat / famem depellat apiat carceres / vincula dissoluat / peregrinantib⁹ reditum / infirmātibus sanitatē / nauigātib⁹ portū salutis indulgeat. Oremus. Flectam⁹

Omnipotens sempiterne deus. mestorum / consolatio / laborātium fortitudo. perueniāt ad te preces de quacunque tribulatione clamantiū: vt omnes sibi in necessitatib⁹ suis misericordiā tuā gaudeāt affuisse. Per d. Pro hereticis.

Oremus et pro hereticis et scismaticis vt de⁹ et dn̄s noster eruant eos ab erroribus vniuersis: ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atque apostolicam reuocare dignetur. Oremus. Flecta.

Omnipotens sempiterne deus qui saluas omnes et neminem vis perire. respice ad aīas dyabolica fraude deceptas. vt omni heretica prauitate deposita: errātiū corda resipiscāt et ad vitatis tue redeāt vnitatē. Per. Pro iudeis.

Oremus et pro perfidis iudeis vt deus et dominus noster auferat velamen de cordibus eorum. vt et ipsi agnoscant iesum christum dominum nostrum. Orem⁹. Non dicitur. Flectamus genua leuate. sed tantum. Oremus.

Omnipotēs sempiterne deus qui etiā iudaicam perfidiam a tua misericordia non repellis. exaudi preces nostras quas pro illius populi obcecatiōe deferim⁹. vt agnita veritatis tue luce q̄ christus est a suis tenebris eruantur. Per eundem. ¶ Pro paganis.

Oremus et pro paganis vt deus omnipotens auferat iniquitates a cordibus eorum et relictis ydolis suis conuertantur ad deum viuum et verum et vnicum filium eius iesum christum deumque dominum nostrum cum quo viuit et regnat cū spiritu sancto de⁹ per oīa scl'a sclo℞. Oremus. Flectamus ge.

Omnipotens sempiterne deus qui non vis mortem peccatorum sed vitam semper inquiris. suscipe propicius oratione nostram. et libera eos ab ydolorum cultura. et aggrega ecclesie tue sancte ad laudem et gloriam et honorem nominis tui. Per dominum.

¶ Postea exuat episcopus vel &c. casulam: et eāt duo canonici in reuestiario nudis pedibus et assumant crucem sanctam et sustētāt eā hinc et inde coopertam velamine sericoet afferant reuerēter ipsam crucem cantando:

Popule meus quid feci tibi aut in quo cōtristaui te responde michi quia eduxi te de terra egypti parasti crucem saluatori tuo. ¶ Duo in choro nudi pedes flectendo genua. Agyos otheos. Agyos yskyros agyos athanatos eleyson

son ymas. ¶ Deinde chorus flexis genibus. Sanctus deus. Sanctꝰ fortis. Sanctus et immortalis miserere nobis. ¶ Deide paululum duo progredientes. Quia eduxi vos per desertum quadraginta annis et manna cibaui vos et introduxi te in terram satis optimam parasti crucē saluatori tuo. Agyos. iii. Sanctus. iii. Quid vltra debui facere tibi et non feci ego quidem plātaui te vineam mea fructu decora et tu facta es michi nimis amara aceto namqꝫ mixto cum felle sitim meam potasti et lancea perforasti latus saluatori tuo. Agyos. iii. Deinde tradat crucem episcopo et alta voce dicat. Ecce lignum crucis in quo salus mūdi pependit venite adoremus. ps. Beati immaculati in via. et cetera. ān. Crucem tuam adoramus domine et sanctam resurrectionem tuam laudamus et glorificamꝰ Ecce enim propter crucem venit gaudiū in vniuerso mundo. ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis. et cetera. Antiphona. Super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior in qua vita mundi pependit in qua christus triumphauit et mors mortem superauit ineternum. ¶ Ista antiphona cātata ponatur crux in loco suo et ymago crucifixi detegatur. et postea alie. Deinde afferatur reuerenter et solenniter ac deuotissime cū luminaribus corpus christi pridie reseruatū. epyscopo vel presbitero casulam quam exuerat resumente. Positoqꝫ corpore christi super altare dyacono fundente vinum et aquam in calice vidente epyscopo thurificatoqꝫ altari et facta confessione. Epyscopus vel presbiter inclināsse ante altare dicat. In spiritu humilitatis. et cetera. Et cum erexerit se dicat humili voce Oremus. Preceptis salutaribus. et Pater noster. Deinde accipiat patenā et eleuet dicēdo. Libera nos quesumus domine. In qua oratione dum dicit. Per eundem dominū nostrum. et cetera. Faciat fractionem sicut in ceteris diebus et cum dixerit molesta voce. Per omnia secula seculorum. Et Responsum fuerit Amen. communicet se. Et interim incipiat cantor. Ad vesperas. Antiphona. Calicem. ps. Credidi. et cetera vt supra. antiphona. Cum accepisset acetum dixit consummatum est. et inclinato capite tradidit spiritum. ps. Magnificat anima. Oratio sine Dominus vobiscum.

Refecti vitalibus alimētis quesumus domine deꝰ noster: vt quod tempore nostre mortalitatis exequimur: immortalitatis tue munere consequamur. Per dominum. Et responso a choro Amen. Nichil amplius dicatur. Altaria nudata vsqꝫ in crastinum remaneant post nonā. ¶ In sabbato sancto pasche ornetur ecclesia et hore dicuntur. Officium diei huius ita protrahatur qꝫ post nonam missa dicatur. In primis induantur episcopus vel presbyter et ministri preciosis vestimentis et benedicat incensum in huncmodū sine Dominus vobiscū. Oremꝰ.

Veniat omnipotens deus super hoc incensum larga tue benedictionis infusio. et hunc nocturnū splēdorem inuisibilis regnator intende: vt non solum sacrificium quod hac nocte litatum est. archana tui lumis admixtiōe refulgeat. sed et quocunqꝫ loco ex huius aliquid sanctificationis fuerit misterio deportatum: expulsa dyabolice fraudis nequitia virtus tue maiestatis assistat. Per dñm. Deinde pergant processionaliter in naui ecclesie ad benedicendum ignem. Et eundo dicant. ps. Miserere mei deus. et Iudica me deus et di. Et post dicant. Kyrie eleysō. Christe eleysō. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libe. Dominus vobiscum. Et cū. Oremus.

Domine deus noster pater
omnipotens/ lumen inde
ficiens conditor omniū luminum
exaudi nos famulos tuos et bene
✠ dic hunc ignem qui tua sācti ✠
ficatione atqꝫ bene ✠ dictione con
secretur tu illuminās omnem ho=
minem venientem in hunc mun=
dum illumina conscientias cordis
nostri igne tue caritatꝭ vt tuo igne
igniti / tuo lumīe illuīati expulsis
a cordibus nostris peccatorum te=
nebris ad vitā te illustrante pueni
re mereamur eternā. Per. x. Or.

Domine sancte pater oīpo
tens eterne deꝰ bñ ✠ dice=
re et sancti ✠ ficare digneris ignē
istum quē nos per inuocationem
vnigeniti filii tui domini nostri ie=
su christi benedicere presumimus:
clementissime cum tua benedicti=
one sanctifica. et ad profectum hu
mani generis prouenire concede.
Per eūdē dñm nrm iesum xpm. or.

Celesti lumine q̄s dñe semp
⁊ vbiqꝫ nos preueni: vt mi=
sterium cuiꝰ nos participes esse vo
luisti / et puro cernamus intuitu / ⁊
digno perficiamus affectu. Per do
minū nostrū. ¶ Tūc assumāt ignē bñdi
ctum et eant in choro cantando antiphonam

Cum rex glorie xp̄s infernū
debellaturꝰ itraret. ⁊ cho
rus angelicꝰ portas princi
pum tollere p̄ciperet: sanctorum
chori qui tenebantur in morte ca=
ptiui voce lachrymabili clamaue=
runt aduenisti desiderabilis quē
expectabamus in tenebris vt edu
ceres hac nocte vinculatos de clau
stris. te nr̄a flagrabant suspiria. te
larga req̄rebāt lamētatu factꝰ es
spes desolatis. magna consolatio
in tormētis. ¶ Finita antiphona dyaco
nus benedicat cereum dicens.

Exultet iam angelica tur
ba celorum exultent di=
uina misteria et pro tan
ti regis victoria tuba in=
tonet salutaris. Gaudeat se tellꝰ
tantis irradiata fulgoribus ⁊ eter
ni regis splendore lustrata totius
orbis se sentiat amisisse caliginem
Letetur et mater ecclesia tanti lu
minis adornata fulgoribus / et ma
gnis populorum vocibus hec aula
resultet. Quapropter astantibus
vobis fratres carissimi ad tam mi
ram sancti huius luminis clarita=
tem. vna mecum queso dei omni=
potentis misericordiam inuocate
Ut qui me non meis meritis intra
leuitarum numerum dignatꝰ est
aggregare. luminis sui gratia in=
fundente / cerei huius laudem im=
plere perficiat. Jesus christus do=
minus noster. qui cum patre ⁊ spi=
ritu sancto viuit et regnat deus.
Per omnia secula seculorū. Amen
Dominus vobiscum. Et cum spi=
ritu tuo. Sursum corda. Habemꝰ
ad dominum. Gratias agamꝰ do=
mino deo nostro. Dignum ⁊ iustū
est. Uere quia dignum et iustum
est. inuisibilem deum omnipoten
tem patrem filiumqꝫ eius vnigeni
tum dominū nostrum iesum chri=
stum cum sancto spiritu toto cor=
dis ac mentis affectu et vocis mini
sterio personare. Qui pro nobis e=
terno patri ade debitum soluit. et
veteris piaculi cautionem pio cru
ore detersit. Hec sunt eni festa pa=
schalia in quibus ille verus agnus
occiditur. eiusqꝫ sanguinē post es
consecrantur. Hec nox est in qua
primū patres nostros filios israel
eductos de egypto rubrū mare sic=

co vestigio trãsire fecit: Hec igitur nox est que peccatorũ tenebras colũne illuminatione purgauit. Hec nox est que hodie per vniuersũ mũdum in christũ credentes a viciis seculi segregatos: et caligine peccatorum reddit gratie. Hec nox est in qua destructis vinculis mortis christus ob inferis victor ascendit. Nichil enĩ nobis nasci profuit: nisi redimi profuisset. O mira circa nos: tue pietatis dignatio. O inestimabilis dilectio: caritatis vt seruũ redimeres: filium tradidisti. O certe necessariũ ade peccatum: quod christi morte deletum est. O felix culpa: que talem actantũ meruit habere redemptorem. O beata nox que sola meruit scire tempus et horam in qua christ⁹ ab inferis resurrexit. Hec nox est de qua scriptũ est et nox vt dies illuminabitur: et nox illuminatio mea in deliciis meis. Huius igitur sãctificatio noctis fugat scelera: culpas lauat: et reddit innocentiam lapsis et mestis leticiam: fugat odia: concordiam parat et curuat imperia. In huius igitur noctis gratia suscipe sancte. Hic ponat incensũ in cereo in modũ crucis. pater incen✠si huius sacrificium vespertinum quod tibi in hac cerei oblatione solenni per ministrorum manus de operibus apũ sacro sancta reddit ecclesia. Sed iam colũne huius preconia nouimus: quam i honorem dei rutilans ignis accendit Hic accẽdatur cereus magnus de pdicto puo. Qui licet sit diuisus in partes mutuati tamen luminis detrimenta non nouit. Alitur linquantib⁹ ceris quas in substantiã preciose hui⁹ lampadis apis mater eduxit: O vere beata et mirabilis apis cui⁹ nec sexus masculi violãt: fetus non cassant: nec filii destruant castitatem Sed sicut sancta cõcepit virgo maria virgo peperit et virgo permansit O beata nox que expoliauit egyptios: ditauit hebreos. Nox in qua terrenis celestia iungũtur. Oram⁹ te domine vt cereus iste in honorẽ nominis tui consecratus ad noctis huius caliginem destruendam indeficiens perseueret. In odorẽ suauitatis acceptus: supernis luminaribus misceatur. Flamas eius lucifer matutinus inueniat: ille inquã lucifer qui nescit occasum. Ille qui regressus ab inferis humano generi serenus illuxit. Precamur ergo te dñe vt nos famulos tuos omnẽ q clerum et deuotissimũ populum vna cum beatissimo papa nostro: et ãtistite nr̃o et rege nr̃o quiete tp̃m cõcessa i his paschalib⁹ gaudiis cõseruare digneris. Sequit. Per do. qd dicitur remissa voce. Per dominum nostrum iesũ xp̃m filium tuum cum quo viuis et regnas deus in vnitate spiritus sãcti per omnia secula seculorum. Amen. Finita cerei bñdictione et accẽso et ceteris etiã accẽsis luminaribus: eat eps vel presbiter cũ ministris ad altare et induat casulam et legantur lectiones. Et primo legat dignior sine titulo. Genesis primo.

In principio creauit de⁹ celũ et terrã. Terra aũt erat inanis et vacua: et tenebre erãt super faciem abyssi: et spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitq deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucem q esset bona. Et diuisit lucem a tenebris. Appellauitq lucem diem: et tenebras noctem. Factumq est vespere et mane dies vnus. Dixit quoq de⁹. Fiat firmamentum i medio aquarum

et diuidat aquas ab aquis. Et fecit
deus firmamētum diuisitqꝫ aquas
que erant sub firmamento ab his
que erant super firmamentū. Et
factum est ita. Uocauitqꝫ deus fir=
mamentum celum. Et factum est
vespere et mane dies secundus. Di
xit vero deus. Cōgregentur aque
que sub celo sunt in locum vnū: et
appareat arida. Factūqꝫ est ita: Et
vocauit deus aridam terram: con
gregationesqꝫ aquarum appella=
uit maria. Et vidit deus ꝙ esset bo
num: et ait. Germinet terra herbā
virentē et facientē semen et lignū
pomiferum faciens fructum iuxta
genus suum cuius semen in semet
ipso sit super terrā. Et factū est ita
Et protulit terra herbam virentē
et afferentē semen iuxta genus su=
um lignūqꝫ faciens fructum: et ha=
bens vnūquodqꝫ sementem secun
dum speciem suam. Et vidit deus
ꝙ esset bonum: factūqꝫ et vespere ⁊
mane dies tertius. Dixit autē deꝰ.
Fiant luminaria in firmamēto ce=
li: et diuidant diem ac noctē: et sint
in signa et tēpora et dies et annos
vt luceant in firmamēto celi: et il=
luminent terram. Et factum ē ita
Fecitqꝫ deꝰ duo magna luminaria
Luminare maius vt preesset diei: ⁊
luminare minus vt preesset nocti.
Et stellas. Et posuit eas in firma=
mento celi: vt lucerent super terrā
et preessent diei ac nocti: et diuide=
rent lucē ac tenebras. Et vidit de=
us ꝙ esset bonum: et factum est ve
spere et mane dies quartus. Dixit
etiam deus. Producant aque repti
le anime viuētis et volatile super
terram: sub firmamēto celi. Crea=
uitqꝫ deus cete grandia et omnem
animam viuentem atqꝫ motabilē
quam produxerant aque in species
suas: et omne volatile secundū ge
nus suum. Et vidit deus ꝙ esset bo
num: benedixitqꝫ eis dicens. Cresci
te et multiplicamini et replete a=
quas maris: auesqꝫ multiplicentur
super terram. Et factum est vespe
re et mane dies quintus. Dixit quo
qꝫ deus. Producat terra animā vi=
uentem in genere suo iumēta et re
ptilia et bestias terre iuxta species
suas. Factūqꝫ est ita. Et fecit deꝰ be
stias terre iuxta species suas: iumē
ta et omne reptile terre in genere
suo. Et vidit deus ꝙ esset bonum:
Et ait. Faciamus hominem ad y=
maginem ⁊ similitudinem nostrā
et presit piscibus maris et volatili=
bus celi et bestiis vniuerseqꝫ terre
omniqꝫ reptili quod mouetur ī ter
ra. Et creauit deꝰ hominē: ad yma
ginem et similitudinē suā. Ad yma
ginem dei creauit illum: masculū
et feminam creauit eos: Benedi=
xitqꝫ deꝰ illis: et ait. Crescite ⁊ mul
tiplicamini et replete terram. Et
subicite eā: et dominamini piscibꝰ
maris et volatilibus celi: ⁊ vniuer
sis animantibus que mouētur su=
per terram. Dixit quoqꝫ deꝰ. Ecce
dedi vobis omnem herbam afferē
tem semen super terram et vniuer
sa ligna que habent in semetipsis
semētem generis sui vt sint vobis
in escā et cunctis animantibus ter
re: omniqꝫ volucri celi et vniuersis
que mouentur in terra: et in quibꝰ
est anima viuens vt habeant ad ve
scendum. Et factum ē ita. Viditqꝫ
deus cūcta que fecerat: ⁊ erant val
de bona. Et factum est vespere et
mane dies sextꝰ Igitur perfecti sūt
celi et terra et omnis ornatus eorū
Cōpleuitqꝫ deus die sexto opus suū

quod fecerat et requeuit die septio ab omni opere quod patrarat. Nõ dicitur. Dominus vobiscum. Oremus.

DEus qui mirabiliter creasti hominem et mirabilius redemisti da nobis quesumus contra oblactamenta peccati mentis ratione persistere vt mereamur ad gaudia eterna peruenire. Per dominũ. Lctõ. ii. sine titulo. Exodi. xiiii.

IN diebus illis. Factum est in vigilia matutina: et ecce respiciẽs dominus super castra egyptiorum per colũniam ignis et nubis iterficit exercitũ eorum: et subuertit rotas curruum. ferebantur qꝫ in profũdum. Dixerũt ergo egyptii. Fugiamus israelem dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad moysem. Extẽde manũ tuam super mare: vt reuertantur aque ad egyptios super currus et equites eorum. Cũqꝫ extẽdisset moyses manum cõtra mare reuersum est primo diluculo ad priorem locũ. Fugiẽtibusqꝫ egyptiis occurrerunt aque et inuoluit eos dominꝰ in mediis fluctibus. Reuersequꝫ sunt aque et operuerũt currus et equites: cuncti exercitus pharaonis qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem supfuit ex eis. Filii autem israel perrexerunt per medium sicci maris: et aque eis erant quasi pro muro a dextris et a sinistris Liberauitqꝫ dominus ĩ die illa israel de manu egyptiorum: et viderunt egyptios mortuos super littus maris: et manum magnam quam exercuerat dominus contra eos. Metuitqꝫ populus dominũ et crediderunt domino: et moysi seruo eius. Tunc cecinit moyses et filii israel carmen hoc dño ⁊ dixerũt.

CAntemꝰ dño gloriose eni. Tractus. honorificatus est equũ et ascẽsorẽ proiecit ĩ mare: adiutor et protector factus ẽ michi in salutẽ. ℣. Hic deꝰ meus et honorificabo eũ deus patris mei et exaltabo eũ. ℣. Dñs cõterens bellum dñs nomen est illi. Oratio.

DEus cuius antiqua miracula in presenti quoqꝫ seculo choruscare sentimur: presta quesumus: vt sicut priorem populum ab egyptiis liberasti: hoc ad salutẽ gentiũ per aquas baptismatis operieris. Per dominum nostrum iesum christum. Lctõ. iii. sine titulo.

IN diebus illis: Apprehendent septẽ mulieres virũ vnum in die illa: dicentes. Panem nostrum comedemus et vestimentis nostris operiemur. tantũmodo inuocetur nomen tuum super nos aufer opprobrium nostrum: In die illa erit germen domini in magnificẽtia ⁊ gloria ⁊ fructus terre sublimis: ⁊ exultatio his qui saluati fuerint de israel. Et erit Omnis qui relictus fuerit in syon et residuus in hierusalem sanctus vocabitur: omnis qui scriptus est in vita in hierusalem. Si abluerit dominꝰ sordes filiarum syon: et sanguinem hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicii ⁊ spiritu ardoris. Et creauit dominꝰ super omnem locum mõtis syon: et vbi inuocatus est nubem per diem et flumum ⁊ splẽdorem ignis flamantis in nocte. Super omnem enim gloriã protectio et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab estu: et in securitatem ⁊ in abscõsionẽ a turbine ⁊ a pluuia

VInea facta ẽ dilecto Tractus. iu cornu in loco vberi. ℣. Et materia circũdedit et circũfodit et plãtauit vineam soreph et edificauit turri ĩ medio eiꝰ. ℣. Et tor

cular fodit i ea vinea eni dñi sabaoth domus
israel est.
Oremus.

Deus qui nos ad celebrādū
paschale sacramentū utri
usq testamēti paginis instruis da
nobis intelligere misericordias tu-
as: ut ex perceptione presentium
munerū: firma sit expectatio futu-
rorum. Per dominum nostrum ie-
sum xp̄m filium tuum. Qui tecum
viuit et regnat. Lctō. iiii. sñ titu. ysaie.
Liiii.

Hec est hereditas seruo-
rum domini: et iusticia eo-
rum apud me dicit dominus. Om-
nes sitiētes venite ad aquas: ⁊ qui
non habetis argentum properate
emite et comedite. Uenite emite
absq argento: et absq ulla cōmu-
tatione vinum et lac. Quare appē
ditis argentum non in panibus et
laborem vestrum non in saturita-
te. Audite audientes me: et come-
dite bonum et delectabitur in cras
situdine anima vestra. Inclinate
aurē vestram et venite ad me: au-
dite et viuet anima vestra. Et feri-
am vobiscum pactum sempiternū
misericordias dauid fidelis. Ecce
testem populi dedi eum: ducem ac
preceptorē gentibus. Ecce gentē
quam nesciebas vocabis: et gentes
que non cognouerunt te ad te cur-
rent propter dominum deum tuū
et sanctū israel: quia glorificauit te
Querite dominum dum inueniri
potest iuocate eum dum prope est
Derelinquat impius viam suā: et
vir iniquus cogitationes suas: ⁊ re
uertatur ad dominum: et misere-
bitur eiꝰ: et ad deum nostrum quo
niam multus est ad ignoscendum
Non enim cogitationes mee: cogi
tationes vestre: neq vie mee vie ve
stre dicit dominus. Quia sicut exal
tantur celi a terra sic exaltate sunt
vie mee a viis vestris: et cogitatio-
nes mee a cogitatiōibꝰ vestris. Et
quomodo descendit ymber et nix
de celo et illuc ultra nō reuertitur
sed inebriat terram: et infundit eā
et germinare eam facit: et dat se-
men serenti: et panem comedenti
sic erit verbum meum quod egre-
dietur de ore meo: dicit dominꝰ om
nipotens. Nō sequit tractus sed oratio.

Deus qui ecclesiam tuam sē
per gentiū vocatione mul
tiplicas: cōcede propicius: ut quos
aque baptismatis abluis: cōtinua
protectione tuearis. Per dominū
Tractus.

Sicut ceruus desiderat
ad fontes aquarū ita desiderat ani-
ma mea ad te deꝰ. V. Sitiuit anima mea ad
deū viuū quādo veniā et apparebo āte faciem
dei mei. V. Fuerūt michi lachrime mee panes
die ac nocte dum dicitur michi per singulos
dies vbi est deus tuus.
Oratio.

Concede quesumus omni-
potēs deus: ut qui festa pas
chalia agimus: celestibꝰ desideriis
accensi: fontem vite sitiamus. Do-
minum nostrum iesum christum
filium tuum: qui tecum. His finitis
sacerdos exuat casulā ⁊ iduat capā ⁊ letania
incipiat et finiat i choro repetēdo oēs versus

Kyrie eleysō. Pater de celis
deus. Miserere nobis.
Sancta maria. Ora pro nobis
Sancte michael or̄
Omnes sancti angeli. orate
Sancte iohannes baptista. or̄
Omnes sācti patriache et prophe
te dei. orate pro nobis.
Sancte petre or̄
Sancte paule or̄
Sancte andrea or̄
Sancte iacobe or̄
Sancte philippe or̄

Omnes sancti apostoli orate
Sancte stephane or
Sancte clemens or
Sancte laurenti or
Sancte geruasi or
Omnes sancti martires. orate
Sancte siluester or
Sancte gregori or
Sancte augustine or
Sancte martine or
Omnes sancti confessores orate
Sancta maria magdalene or
Sancta agnes or
Sancta perpetua or
Sancta margareta or
Omnes sancte virgines orate
Deide eāt ad fōtes post primā letaniā cātādo
Xpiste eleysō. Fili redemptor mūdi deus. Miserere nobis secūdam.
Sancta dei genitrix or
Sancte gabriel or
Omnes sācti āgeli et archāgeli orat
Sancte paule or
Sancte thoma or
Sancte iacobe or
Sancte bartholomee or
Omnes sancti apostoli orate
Sancte line or
Sancte sixte or
Sancte vincenti or
Sancte prothasi or
Sancte sebastiane or
Omnes sancti martyres orate
Sancte leo or
Sancte ambrosi or
Sancte hieronime or
Sancte nicolae or
Sancte romane or
Omnes sancti confessores orate
Sancta felicitas or
Sancta susanna or
Sancta agatha or
Sancta lucia or
Sancta genouefa or
Omnes sancte virgines orate
Stati sacerdos in alba et stola bñdicat fōtes dicēs. Ores.

Omnipotēs sempiterne deus: adesto magne pietatis tue misteriis adesto sacramētis: et ad recreandos nouos populos: quos tibi fons baptismatis parturit: spiritū adoptionis emitte vt quod nostre humilitatis gerēdum ē misterio: tue virtutis impleatur effectu. Per. Sequit i modū pfationis.

Per omnia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias agam⁹ domino deo nostro. Dignū et iustum est. Uere dignum et iustum est equū et salutare. Nos tibi semper et vbiq gratias agere. Domine sancte pater omnipotens eterne deus. Qui inuisibili potentia sacramētorum tuorum mirabiliter operaris effectum: et licet nos tantis misteriis exequendis simus idigni: tu tamē gratie tue dona non deserens etiā ad nostras preces aurem tue pietatis inclinas. Deus cui⁹ spiritus sup aquas inter ipsa mundi primordia ferebatur: vt iam tūc virtutem sāctificationis aquarum natura conciperet. Deus qui nocentis mundi criminibus per aquas abluens regenerationis speciem in ipsa diluuii effusione signasti: vt vnius eiusdēq elemēti misterio: et finis esset viciis et origo virtutibus. Respice domine in faciē ecclesie tue: et multiplica in ea regenerationes tuas qui gratie tue affluentis impetu letificas ciuitatem tuam: fontemq baptismatis aperis toto orbe terrarum gētibus inouandis: vt tue

maiestatis imperio sumat unigeniti tui gratiam de spiritu sancto.

Hic sacerdos crucē faciat i aquā cū tota manu extēsa dicēs.

Qui hanc aquam regenerandis hominibus preparatam archana sui luminis admixtione fecundet ut sanctificatione cōcepta ab immaculato diuini fōtis utero in nouam renata creaturam progenies celestis emergat. Et quos aut sexus in corpore aut etas discernit in tempore omnes in unā pariat gratia mater infātium. Procul ergo hinc iubente te domine omnis spiritus immundus abscedat: procul tota neq̄cia dyabolice fraudis absistat. Nichil hic loci habeat contrarie virtutis admixtio nō insidiando circumuolet: non latendo subrepat: non inficiendo corrumpat. impugnatoris incursu et totius nequitie purgata discessu. Sit fons ✠ viuꝰ aqua rege ✠ nerās una puri ✠ ficans. Ut omnes hoc lauacro salutifero diluendi operante in eis spū sancto perfecte purgationis indulgentiam consecantur. Unde benedico te creatura aque. Per deum vi ✠ uum: per deū ✠ verum: per deum san ✠ ctum per deum qui te in principio verbo speravit ab arida: cuius spiritꝰ super te ferebatur: qui te de paradiso manare fecit.

Hic manu proiiciat de aqua extra fontes in modum crucis in quattuor partes incipiens ab oriente: dicens:

Et in quattuor fluminibus totam terram rigare precepit. Qui te in deserto amarē suauitate indita fecit esse potabilem et sitienti populo de petra produxit. Bene ✠ dico te per iesum christum filium eiꝰ unicum dominū nostrū qui te in chana galilee signo admirabili sua potentia conuertit in vinum. Qui pedibus super te ambulauit et a iohanne in iordane in te baptizatus est. Qui te una cum sanguine de latere suo produxit: et discipulis suis iussit ut credentes baptizarentur in te dicens. Ite docete omnes gentes: baptizantes eos In nomine patris et filii et spiritus sancti

Hic sacerdos mutet vocem tanq̄ legēs humiliter.

Hec nobis precepta seruantibus tu deus omnipotens clemens adesto tu benignꝰ aspira.

Hic aspiret tribus vicibus in modum crucis super aquā.

Tu has simplices aquas tuo ore benedicito

Hic aspiret

Ut preter naturalem emundationē quā lauandis possunt adhibere corporibus sint etiā purificandis mentibus efficaces.

Hic distillet ardētē cereū in aquā i modū crucis et ponat eū i aqua et cātet ut prius.

Descendat in hanc plenitudinem fontis virtꝰ spiritus tui. Et dicitur ter. Totāq̄ huius que substantiam regenerandis hominibus preparatam archano sui luminis fecūdet effectu. Hic omnium peccatorum macule deleantur: hic natura ad ymaginem tuā cōdita et ad honorem sui reformata principii cunctis vetutastis scaloribus emundetur. Ut omnis homo hoc sacramētum regenerationis ingressus in vere innocentie nouam infantiam renascatur. Legendo voce demissa. Per dominum nostrū iesum xpm filium tuum: qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Amen.

Hic aspergat aqua super populum et ponat in urceolis reseruandam si voluerit et mos fuerit: et hoc priusq̄ crisma mittatur i aquam Quo facto presbiter mittat crisma in aquam in modum crucis dicens sine cantu.

Fecundetur et sanctificetur fons iste salu

tifero crismate. In nomine patris et filii & spiritussancti. Amen. Hic ponat oleũ sanctũ in aquã in modũ crucis dicẽs. Coniunctio olei unctionis et aque baptismatis. In nomine patris et filii et spiritussancti amen. Hic ponat crisma et oleũ simul in aquam in modũ crucis dicens. Coniunctio crismatis sanctificationis: et olei unctionis et aque baptismatis. In nomine patris et filii et spiritussancti. Amen. Cõpleto sacrosanctiũ mysterio tertia pars letanie cãtetur eundo in choro et ibi terminetur.

Xpiste audi nos. Spiritus sancte de⁹. Miserere nobis
Sancta virgo virginum or
Sancte raphael or
Omnes sancti angeli dei & archangeli. Orate
Omnes sancti beatorũ spirituum ordines. orate pro.
Sancte iohannes or
Sancte mathee or
Sancte symon or
Sancte thadee or
Sancte mathia or
Sancte barnaba or
Sancte marce or
Sancte luca or
Omnes sancti apostoli et euangeliste Orate pro nobis.
Omnes sancti innocentes orate
Omnes sancti discipuli dñi orate
Sancte clete or
Sancte corneli or
Sancte cypriane or
Sancte cosma or
Sancte damiane or
Sancte valentine or
Sancte iohannes or
Sancte paule or
Sancte dyonisi cum sociis tuis or
Omnes sancti martyres orate
Sancte hylari or
Sancte iuliane or
Sancte audoene or
Sancte germane or
Sancte remigi or
Sancte vedaste or
Sancte benedicte or
Omnes sancti confessores orate
Omnes sancti virgines orate
Omnes sancti et sancte dei orate

Statim eps vel presbiter epalibus vestimentis indutus reiduta casula cũ ministris accedat ad altare & cõfessionẽ more solito dicat: et chorus incipiat solenniter missam. Kyrie eleyson. Gloria in excelsis. Et tunc omnes campane pulsentur. Dominus vobiscum. Oratio.

Deus qui hanc sacratissimã noctem gloria dominice resurrectionis illustras: conserua in noua familie tue progenie adoptionis spiritum quem dedisti vt corpore et mente renouati: puram tibi exhibeant seruitutem. Per eundem dominum nostrum iesũ xpm filiũ tuũ: qui tecũ viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum

Fratres. Ad collocenses. iii. Si consurrexistis cũ christo que sursum sunt querite vbi christus est in dextera dei sedens. Que sursum sunt sapite: non que super terram. Mortui enim estis: et vita vestra abscondita est cum xpo apparuerit vita vestra: tũc et vos apparebitis: cum xpo in gloria. Alleluya. V. Confitemini dño qm bon⁹ quoniã in seculũ misericordia eius. Nõ repetit. Alla.

Laudate dñm oẽs gen Tractus. tes et collaudate eum oẽs populi. V. Quoniam cõfirmata est super nos misericordia ei⁹ & veritas dñi manet i eternũ. Secũdũ

Vespere autẽ mattheũ. xxviii. sabbati que lucescit in prima sabbati venit maria magdale

ne⁊ altera maria videre sepulchrũ Et ecce terremotꝰ factꝰ est magnꝰ angelus enim domini descẽdit de celo: et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur: et vestimenta eius sicut nix. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes: et facti sunt velut mortui. Respõdẽs autem angelus: dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim: ꝙ iesum qui crucifixꝰ est queritis. Nõ est hic. Surrexit enim: sicut dixit. Uenite et videte locum vbi positꝰ erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius: quia surrexit: et ecce precedet vos in galileam. Ibi eum videbitis: sicut dixi vobis. Nõ dicitur. Credo neqꝫ offꝛ. sed. Dominus vobiscũ. tantũ. Oremus. Deinde lauet manus

Uscipe quesumꝰ ⁊c. Secreta domine preces populi tui cum oblationibꝰ hostiarum vt paschalibus initiate misteriis: ad eternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per dominũ. Prefatio. Te quidem omni tempore. Communicantes. Hanc igitur. Et dicantur quotidie vsqꝫ ad oct. pasc. videlicet quando cantatur de tempore. Agnus non dicatur nec pax detur. Post sũptionem corporis christi. ad vesperas incipiat cantor. antiphona. Alleluya alleluya alleluya alleluya. psalmꝰ. Laudate dominum omnes gẽtes. Gloria. Et repetitur. Allã. Dicatur ista. ã. ali. Magnificat anima. et post. Uespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati venit maria magdelene et altera maria videre sepulchrum alleluya psalmus. Magnificat His dictis lauet sacerdos manus et sequitur: Dominꝰ vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Postcommunio.

Piritum nobis domine tue caritatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pietate cõcordes. Per dominum nostrum: i vnitate eiusdẽ. Dominus vobiscũ. Et cum spiritu tuo. Ite missa est alleluya. Deo gratias alleluya.

Oratio dicenda ante missam

MAiestatem tuam totis viribus deꝰ piissime humili prece deposco et exoro: vt remittas crimina que caro fragilis a tẽtatione iniquorum spirituum nequiter admisit: et iã reuerti ad ea non sinas vitra sed coufirma me iustificationibus tuis: et perseuerantiam michi tribue in illis et fac me dignum ante cõspectũ maiestatis tue astare et sacrificium tibi domine casto corpore et mundo corde digne offerre.

Alia oratio

IGnosce michi dñe quẽ maculate vite conscientia trepidum ⁊ criminum meorum confusio fecit esse captiuũ: et qui pro me veniã obtinere non valeo pro aliis rogaturꝰ assisto profero si digneris domine captiuorũ gemitus tribulationes plebium: pericula populorum necessitates peregrinorũ inopiam debilium desperationes languentium despectum senũ: suspiria iuuenum lamẽta monachorum vel viduarum desolationes ecclesiarum. Sed quoniam in eadem que populum peccati catena constrigit. Ideo conmunes lugeo passiones. Nõ obsit domine populo tuo oratio subiugata peccatis sẽper me offertur votũ per te. domine meum cõpleatur officium. A.


¶ Incipiunt prefationes dicende per totum annum. Prima de natiuitate domini dicenda in trib⁹ missis et per octauas et in octauis excepto in die sancti iohãnis in quo dicitur prefatio de apostolis: et etiã dicitur Communicantes de natiuitate.

Eterne deus. Quia per incarnati verbi misterium noua mentis nostre oculis lux tue claritatis infulsit. Ut dum visibiliter deum cognoscimus per hunc in inuisibilium amorem rapiamur. Et ideo cum angelis et archangelis


Sed dicatur tantum in die et p octabas sequens cõmunt. Communicantes et diem vel noctem et cetera. vt ãte canonem. In epyphania et per octabas.


Eterne deus. Quia cum vnigenitus tuus in substantia nostre mortalitatis apparuit in noua nos immortalitatis sue luce reparauit. Et ideo cum angelis et archangelis. ¶ Etiam communicãte quens dicitur per totas octabas Communicantes et diem sacratissimum celebrantes quo vnigenitus. quere ante canonem. ¶ A die cinerum vsq ad pascha in missis de tempore per ferias tantum.


Eterne deus. Qui corporali ieiunio vicia cõprimis mentẽ eleuas vtutẽ largiris et pmia. Per xpm



dñm nostrũ. Per quẽ maiestatẽ.


Sequens prefatio dicẽda est in vigilia pasche et per octabas et in octabis quotiens cantatur de resurrectione.



Vere dignum et iustum est



equum et salutare. Te quidem



omni tempore. sed in hac potissi=


mum die vel nocte gloriosius pre=



dicare cum pascha nostrum im=


molatus est christus. Ipse enim ve


rus est agnus qui abstulit peccata



mundi. Qui mortem nostram mo



riendo destruxit et vitam resurgẽ=



do reparauit. Et ideo.


Seqñs communicañ. et Hanc igitur oblationem. dicũtur per totam ebdomadam quotiens cantatur de festo. Communicantes & diem sacratissimũ celebrantes. Hãc igitur oblationem. ante canonẽ.


In die ascẽsionis et vsqz ad diem octa. inclusiue dicitur sequens prefatio in omni missa de festo:



Eterne deus. Per christum



dominum nostruz. Qui post resur


rectionem suam omnibus discipu


lis suis manifestus apparuit. & ip=


sis cernentibus est eleuatus in ce=


lum vt nos diuinitatis sue tribue=


ret esse participes. Et ideo.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes. vt ante canonem. Prefatio sequens dicitur in vigilia et in die pe͞thecostes. et per octabas.

Eterne deus. Per xp̄m dominum nr̄m. Qui asce͞de͞s sup o͞es celos sede͞sq͞ ad dextera͞ tua͞ promissum spiritu͞ sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Qua propter profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat sed et superne virtutes atq͞ a͞gelice potestates hymnu͞ glorie tue co͞cinu͞t sine fine dice͞tes. Sanct⁹ Sct͞us

Co͞ica͞tes et die͞. Ha͞c igit͞. vt an͞ can͞. In die pe͞the. prefa. Qui ascende͞s super omnes. vt s͞. Co͞ica͞tes et diem. vt ante cano. Prefatio de trinita.

Eterne deus. Qui cum vnigenito filio tuo et spiritu sa͞cto vn⁹ es deus vnus es dominus. Non in vnius singularitate persone sed in vnius trinitate substantie. Quod enim de tua gloria revela͞te te credimus hoc de filio tuo hoc de spiritu sancto sine differentia discretionis sentim⁹. Ut in co͞fessione vere sempiterneq͞ deitatis et in personis

proprietas ⁊ in essentia vnitas ⁊ in
maiestate adoret equalitas. Quē
laudāt angeli. Prefatio de cruce.

Eterne deꝰ. Qui salutē hūa
ni generis ī ligno crucis cōstituisti
vt vnde mors oriebat̄ īde vita re-
surgeret. Et q̄ in ligno vincebat ī
ligno quoq̄ vinceret. Per xp̄m dn̄m

P̄fatio de btā maria

Eterne deꝰ. Et te in bene-
ratiōe btē marie sp̄ virgīs collau-
dare bn̄dicere ⁊ p̄dicare. Que ⁊ vni
genitū tuū scti sp̄ūs obūbratione
ꝯcepit ⁊ virgitatis gloria pmanē-
te huic mūdo lumē eternū effudit
eūdē iesū xp̄m dn̄m nr̄m. Quē lau
dāt āgeli atq̄ archāgeli cherubin
quoq̄ ac seraphī q̄ non cessāt cla
mare quotidie vna voce dicentes.

P̄fatio de ap̄l'is

Equū ⁊ salutare. Te dn̄e
supplicit exorare vt gregē tuū
pastor eterne nō deseras. sed p be
atos ap̄los tuos ꝯtinua ꝓtectione

custodias Ut eisdē rectorib⁹ guber
nē quos operis tui vicarios eidē cō
tulisti preesse pastores. Et ideo
cū āgelis et archangelis cū thro
nis ꝛ dn̄ationib⁹. Cūq3 omni mi-
litia celestis exercitus hymnū
glorie tue canim⁹ sine fine dicētes
Sanctus. Sanctus. Sāctus dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua osanna in excelsis. Benedictus qui venit in no.

Per omnia secula seculorū.
Amen. Dominus vobiscum. Et
cū spū tuo. Sursū corda. Habe-
m⁹ ad dn̄z. Grās agam⁹ dn̄o deo
nr̄o. Dignum et iustum est.

Vere dignū ꝛ iustū est equū
ꝛ salutare. Nos tibi semp et vbi
q3 grās agere dn̄e scte pater oīpo
tēs eterne de⁹. Per xp̄3 dn̄m nr̄m.

Per quē maiestatē tuā lau
dant angeli: adorant dominati-
ones tremunt potestates. Celi
celorumq3 virtutes ac beata sera
phin: socia exultatione concele



brant. Cũ quibus et nostras voces

ut admitti iubeas deprecamur

supplici confessione dicentes.

Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dominus de⁹ sabaoth. Pleni sũt celi et terra gloria tua osanna in excelsis. Benedictus qui venit ĩ nomine domini osanna in excelsis.

Et ideo cum angelis et archangelis cum thronis et dominationibus. Cumq; omni militia celestis exercit⁹ hymnũ glorie tue canimus sine fine dicentes.

Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dominus de⁹ sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua osanna ĩ excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini. et cetera.

Gloria in excelsis deo. pater cũcta.

Gloria in excelsis deo. cuncti potens.

Gloria ĩ excelsis deo.

Gloria ĩ excelsis deo.

Gloria ĩ excelsis deo. Rex virginũ

Gloria ĩ excelsis deo. Sũme rex.

Gloria ĩ excelsis deo. fer̃ diebus.

Per omnia secula seculorum Amen. Dominus vobiscum Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum ẽ. Vere dignũ et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et ubiq; gratias agere. Domine sancte pater omnipotens eterne deus. Per christũ dominum nostruz. Per quem maiestatem tuam laudãt angeli adorant dominationes tremunt po-

Hanc igitur oblationem ser-
uitutis nostre: sed et cuncte
familie tue quam tibi offerimus p
his quoq3 quos regenerare digna-
tus es ex aqua et spiritu sancto tri-
buẽs eis remissionẽ oim pctõꝝ:
Quesum⁹ dñe vt placat⁹ accipias.
¶ Sacerdos se inclinet ante alta-
re manibus iunctis dicendo.

Te igitur clemẽtissi
me pater per iesuz
christum filiũ tuũ
dominum nostruz
supplices rogam⁹
ac petim⁹ vti acce-
pta habeas ꝛ bñdicas hec do ✠ na
hec ✠ mũera hec sctã ✠ sacrificia il
libata Imprimis que tibi offerim⁹
p ecclia tua sctã catholica quã pa-
cificare. custodire adunare ꝛ regere
digner' toto orbe terraꝝ. vna cũ fa
mulo tuo papa nr̃o. N. ꝛ antistite
nr̃o N. ꝛ rege nr̃o. N. ꝛ oib⁹ orthodo
xis atq3 catholice et aplice fidei cul
torib⁹. Hic oret i mẽte p viuis dicẽs

Memẽto dñe famulorum fa
mularũq3 tuaꝝ. N. Et oim
circũastãtiũ quoꝝ tibi fides cogni-
ta est ꝛ nota deuotio pro quibus ti
bi offerimus vel qui tibi offerunt
hoc sacrificium laudis pro se suisq3
oib⁹ p redẽptione aiaꝝ suaꝝ p spe
salutis ꝛ icolumitat' sue tibiq3 red
dũt vota sua eterno deo viuo ꝛ vo.

Communicãtes ꝛ meoriã ve
nerãtes: ip̃rimis gl'iose sem-
p virgis marie genitricis dei et dñi
nr̃i iesu xpi. Sed et btõꝝ aploꝝ ac
martyꝝ tuoꝝ Petri Pauli An
dree Iacobi Iohãnis Thome.
Iacobi Philippi Bartholomei
Mathei Symõis ꝛ Thadei. Li
ni Cleti Clemẽtis Sixti Corne
lii. Cypriani Laurẽtii Crisogo
ni Iohãnis ꝛ Pauli Cosme et
damiani. Et oim sctõꝝ tuoꝝ quo
rũ merit' p̃cibusq3 cõcedas vt in oĩ-
bus ptectionis tue muniamur au-
xilio. Per eũdẽ xp̃m dñz nr̃z. Amẽ.
¶ Hic extẽdat man⁹ sup sacrificiũ

Hanc igit̃ oblationẽ dicẽdo.
seruitut' nr̃e: sed ꝛ cũcte fami-
lie tue q̃s dñe vt placat⁹ accipias.
diesq3 nostros i tua pace disponas.
atq3 ab eterna dãnatiõe nos eripi.
ꝛ in electoꝝ tuoꝝ iubeas grege nu
merari. Per christuz dominũ nr̃m
¶ Hic ponat manus super panez

Quam oblationẽ tu dicẽs.
de⁹ oĩps in oibus q̃s bñ ✠ di
ctã ascriptã ✠ ra ✠ tã ratiõabilez
acceptabilẽq3 facere digner' vt no-
bis cor ✠ pus ꝛ san ✠ guis fiat dile
ctissimi filii tui dñi nostri iesu xpi.
¶ Hic accipiat panem

Qui pridie q̃ pateret accepit
panẽ i sctãs ac venerabiles
man⁹ suas: ꝛ eleuat' oculis i celũ Hic
eleuet oclos i celũ ad te deũ p̃rem
suũ oipotẽtẽ tibi gr̃as agẽs bñ ✠
dixit ac fregit. dedit discipulis suis di
cẽs. Accipite ꝛ mãducate ex hoc oẽs
Hoc est enim corpus meũ. ¶ Hic
adoret corp⁹ xp̃i geib⁹ flexis. Dei-
de eleuet. postea accipiat calicem.

Simili mõ postea q̃ cenatũ ẽ
accipiẽs ꝛ hũc p̃clarũ calicẽ i
sanctas ac venerabiles man⁹ suas
item tibi gratias agens bene ✠ di
xit. dedit discipulis suis dicens. Ac-
cipite et bibite ex eo omnes. Hic ẽ
eni calix sanguinis mei noui ꝛ eter
ni testamẽti mysteriũ fidei q̃ p vo-
bis ꝛ p mult' effũdet in remissionẽ
pctõꝝ. Hic adoret sãguinẽ ꝛ post-
ea eleuet dicẽs. Hec quotienscũq3
feceritis in mei meoriã facietis. Hic

Unde et memores domine nos tui serui. sed ⁊ plebs tua sancta eiusdem christi filii tui domini dei nostri tam beate passionis necnon et ab inferis resurrectionis. sz et in celos gloriose ascensionis offerimus preclare maiestati tue de tuis donis ac datis. hostiam ✠ purā. hostiam ✠ sanctam. hostiam ✠ immaculatam. panem ✠ sanctum vite eterne. et calicem ✠ salutis perpetue.

Supra que propicio ac sereno vultu respicere digneris et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel. ⁊ sacrificium patriarche nostri abrahe. et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus melchisedech sanctum sacrificium immaculatam hostiam. Inclinet se ante altare manibus cancellatis.

Supplices te rogamus omnipotens deus iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue. vt quotquot ex hac altaris participatiōe. Osculetur altare se erigendo sacrosanctum filii tui cor✠pus et san✠guinem sumpserimus: omni bene✠dictiōe celesti et gratia repleamur. Per eundem christum dominum nostrū. Oret in mēte pro defunctis.

Memento etiam domine famulorum famularumque tuarum N. qui nos precesserunt cum signo fidei. et dormiunt in somno pacis. Ipsis domine et omnibus in christo quiescentibus locum refrigerii lucis et pacis vt indulgeas deprecamur. Per eundem christum dominum nostrum. Percutiat pectus suum dicen[s]

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus/ partem aliquam et societatē donare digneris cum tuis sanctis apostolis et martyribus cum Iohanne Stephano. Mathia. Barnaba. Ignacio Alexandro Marcellino Petro Felicitate Perpetua Agatha Lucia. Agnete Cecilia. Anastasia Et cum omnibus sanctis tuis intra quorum nos consortium non est estimator meriti sed venie quesumus largitor admitte. Per christū dn̄m nr̄m

Per quem hec omnia domine semper bona creas. sā✠ctificas. viui✠ficas. bene✠dicis. et prestas nobis. Accipiat hostiam.

Per ip✠sum. et cum ip✠so ⁊ in ip✠so. est tibi deo patri ✠ omnipotenti in vnitate ✠ spiritus sācti omnis honor et gloria.

Per oīa secula seculorum. Amē. Oremus. Preceptis salutaribus moniti ⁊ diuīa īstitutiōe formati audemus dicere.

Pater noster qui es in celis san-

ctificetur nomen tuum. Adueniat

regnũ tuũ. Fiat volũtas tua: ſicut

in celo et in terra. Panem noſtrũ

quotidianũ da nobis hodie. Et di=

mitte nobis debita noſtra: ſicut et

nos dimittim⁹ debitoꝛib⁹ nr̃is ⁊ ne

nos iducas in tẽtationẽ. Clerici re ſpõdeãt Sz libera nos a malo. am̃

Libera nos queſumus domine ab omnibus malis pꝛeteritis pꝛeſentibus et futuris. et intercedente beata et gloꝛioſa ſemper= qꝫ virgine dei genitrice maria. ⁊ beatis apoſtolis tuis. Petro ⁊ Paulo atqꝫ Andꝛea cum omnibus ſanctis. Oſculetur patenam dicens.

Da pꝛopicius pacem in dieb⁹ no= ſtris. vt ope miſericoꝛdie tue adiu= ti. et a peccato ſimus ſemper liberi et ab omni perturbatione ſecuri.

¶ Hic frãgat hoſtiam in tres par= tes dicendo Per eandem dominũ noſtrum ieſum chꝛiſtum filium tuum qui tecum viuit et regnat i vnitate ſpiritusſancti deus.

Per omnia ſecula ſeculoꝛuꝫ.

Amen. Pax ✠ domini ſit ſemper

✠ vobi ✠ ſcũ. Et cum ſpiritu tuo

Agnus dei qui tollis peccata mũ= di miſerere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi miſerere no= bis. Agnus dei qui tollis peccata mundi dona nobis paceꝫ. Hic mittat tertiam partẽ hoſtie in caliceꝫ.

Hec ſacroſãcta commixtio coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis dñi noſtri ieſu xp̄i fiat michi et omnibus ſumen= tibus ſalus mentis ⁊ coꝛpoꝛis ⁊ ad vitam eternam capeſcendam pꝛeparatio ſalutaris. Amen. Oꝛatio.

Domine ſancte pater omni= potens eterne deus da michi coꝛpus et ſanguinem filii tui domini noſtri ieſu chꝛiſti ita digne ſumere. vt ꝑ hoc merear remiſſionẽ peccatoꝛum meoꝛum accipere ac tuo ſancto ſpiritu repleri. quia tu es deus ſol⁹ ⁊ p̃ter te nõ eſt ali⁹ cuius regnũ ⁊ iperiũ ſine fine ꝑmanet i ſecula ſeculoꝛum. Amen. Hic capiat pacem ſi capi debeat dicendo. Pax tibi frater ⁊ eccleſie ſc̃tẽ dei. Oꝛatio.

Domine ieſu xp̄e fili dei viui qui ex voluntate patris cooperante ſpiritu ſancto per moꝛtem tuam mundum viuificaſti: libera me per hoc ſacramentum coꝛpoꝛis et ſan

guinis tui a cunctis iniquitatibus
meis et vniuersis malis et fac me
tuis semper obedire mandatis ⁊ a
te nunquam in perpetuum separari
permittas. Qui viuis et regnas cum
eodem patre in vnitate eiusdem spi-
ritussancti deus per omnia secula
seculorum. Amen. Oratio.

PErceptio corporis et sangui
nis tui domine iesu xpe quem
indignus sumere presumo non mi
chi veniat ad iudicium nec ad conde-
nationem anime mee. sed pro tua
pietate prosit michi ad remedium
in vitam eternam amen. Oratio.

DOmine iesu christe non sum
dignus vt intres sub tectum
meum. sed saluum me fac ⁊ saluus
ero quoniam laus mea tu es ⁊ pro-
picius esto michi peccatori per assum
ptionem veri corporis ⁊ preciosi san
guinis tui vt non ad iudicium dam-
nationis illud sumam. sed miseri-
cordia tua tribuente: in salutem et
remissionem omnium peccatorum
meorum accipere merear. Qui cum
patre et spiritusancto viuis et regnas
deus per omnia secula seculorum.
Amen. ¶ Hic sumat corpus christi (dicendo.

COrpus domini
nostri iesu xpi custodiat animam
meam in vitam eternam. Amen. ¶ Hic
sumat sanguinem christi dicendo.

Sanguis domini nostri iesu chri-
sti conseruet animam meam in vi
tam eternam. Amen.

COrpus et sanguis do[mini] no
stri iesu christi custodiat ani-
mam meam et corpus meum in vi
tam eternam. Amen. ¶ Hic acci-
piat [illegible] ablutione.

PErceptio corporis ⁊ sangui-
nis tui domine iesu christe sit
michi famulo tuo peccatori ⁊ om-
nibus fidelibus viuis ac defunctis
in vitam eternam. Amen.

QUod ore sumpsimus domi-
ne pura mente capiamus.
et de corpore ⁊ sanguine domini no
stri iesu christi fiat michi remedium
sempiternum. Amen. ¶ Vadat ad lauatorium.

AGimus tibi
gratias rex omnipotens de
us pro vniuersis beneficiis tuis. Qui
viuis et regnas deus per omnia se
cula seculorum. Amen. ¶ Reuersus
ad altare dicat communionem ⁊ postcommunionem. De
inde se vertat ad populum. Domi
nus vobiscum. Et cum spiritu tuo
Ite missa est. vel Benedicamus do-
mino. vel Requiescant in pace. Se
inclinet ante altare dicens.

PLaceat tibi sancta trinitas
obsequium seruitutis mee ⁊
presta vt hoc sacrificium quod ocu
lis tue maiestatis indignus obtuli
tibi sit acceptabile. michique ⁊ omni
bus pro quibus illud obtuli sit te mi
serante in vitam eternam propici
abile. Qui viuis ⁊ regnas deus per
omnia secula seculorum amen.

Adiutorium nostrum in nomine
domini. Qui fecit celum ⁊ terram.
Sit nomen domini benedictum.
Ex hoc nunc et vsque in seculum. Ore-
mus. Benedicat vos diuina maie
stas et vna deitas pater et filius et
spiritussanctus. Amen.

SUscipe sancta trinitas hanc
oblationem quam tibi offe-
ro in memoriam incarnationis na-
tiuitatis passionis. resurrectionis
ascensionisque domini nostri iesu xpi
et in honore beate virginis marie.
et omnium sanctorum tuorum qui
tibi placuerunt ab initio mundi: vt
illis proficiat ad honorem nobis au-
tem ad salutem: et vt illi omnes pro

nobis intercedere dignentur in celis quorum memoriam agim⁹ in terris. quod ipse prestare digneris qui in trinitate perfecta viuis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Oratio sancti thome de aquino dicenda ante missam.

Omnipotens et misericors deus: ecce accedo ad sacramentum filii tui domini nostri iesu christi. Accedo in quam infirmus ad medicum vite / immundus ad fontem misericordie cecus ad lumen claritatis eterne / egenus ad dominum celi et terre nudus ad regem glorie rogo ergo immense largitatis tue abundantiam quatenus meam digneris sanare infirmitatem / lauare feditatem / illuminare cecitatem ditare paupertatem / vestire nuditatem: vt panem angelorum regem regum dominum dominantium tanta reuerentia et timore / tanta suscipiam contritione et amore / tanta fide et caritate / tali proposito et humilitate sicut expedit saluti anime mee. da michi queso omnipotens domine illius dominici corporis non solum suscipere sacramentum sed etiam virtutem sacramenti. O piissime et mitissime deus da michi sic suscipere corpus vnigeniti filii domini nostri quod traxit de virgine maria vt corpori suo mistico merear incorporari / ac inter ei⁹ membra salubriter connumerari O mater amantissime concede michi dilectum filium tuum quem nunc quidem velatum suscipere propono in via reuelata tantem facie contemplari in patria. Qui tecum.

Gratias tibi ago domine de⁹ omnipotens pater qui me dignatus es satiare corpore et sanguine dilecti filii tui domini nostri iesu christi. deprecor immensam clementiam tuam omnipotens et misericors domine vt hec sancta communio non sit michi ad iudicium seu ad condemnationem: sed sit michi sacra fidei et scutum bone voluntatis ad euacuandas insidias inimici de mente mea. Ad extirpandam superbie pestem. gule libidinem. et lingue procacitatem. et ad illud introire conuiuium / vbi lux vera et vbi sunt perpetua gaudia iustorum Item peto domine vt hec sancta communio sit michi dux et viaticum ad portum salutis eterne. ipsa sit michi consolatio dum tribulor in cogitationibus / in bono proposito amor suauissimus / in tribulatione et angustia patientia in infirmitate medicina per hec sacratissima misteria que sumpsi. presta michi fidem rectam / spem firmam caritatem perfectam / mundi abrenunciationem / desiderii purificationem mentis dulcedinem / tui ardentem dilectionem / ad dilecti filii tui passionis memoriam / ac viscerosam compassionem / vitam meam plenam virtutibus in tua laude et sincera fide seruare. Et in hora exitus mei gratiam tanti mysterii cum vera fide certa spe et sincera caritate percipere. vt te videam sine fine Amen.

¶ Item alia oratio dicēda post cōmunionem.

GRatias tibi ago et laudes tibi refero dñe deꝰ meꝰ q̄ me ex nichilo ad ymaginē ⁊ similitudinem tuā creare ⁊ tuo precioso sanguine redimere atqꝫ per sacri baptismatis ablutionem inter adoptionis filios aggregare preciosiqꝫ corporis ⁊ sanguinis tui mysteriis reficere dignatus es. Tibi ergo laudes et gratias qui meam tempore rudis infantie mee vsqꝫ ad hanc horam ꝑ multa defluētē vitia immēse tue pietatis patientia ad emendationem expectasti. Te laudo. te glorifico. qui me sepissime a multis tribulationibus et angustiis calamitatibus ⁊ miseriis liberasti. Qui me hactenus de eternis suppliciis et de corporis ⁊ anime cruciatibus misericorditer exemisti. te laudo te glorifico qui me sospitatem mēbrorum trāquillitatē. ipsum etiā bonorꝫ effectū cū multis aliis ꝟtutibꝰ misericorditer tribuisti. Queso dñe deꝰ ineffabilē tuā suauitatē vt ichoata bñficia ⁊ dona in me ꝑficias. Et q̄cquid tibi in me displicet repellas a cūctis etiā q̄ sup sunt tribulatiōibꝰ ⁊ iniq̄tatibꝰ ac diuersis malis q̄bꝰ inuolutꝰ sum me eripias. cogitatōes. locutiōes pariter ⁊ actꝰ meos ī tua volūtate dispōas Inter aduersa ⁊ ꝓspera me gradiētem semper ⁊ vbiqꝫ custodias. ⁊ me tādē ad tue visiōis desiderata gaudia feliciter perducas. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

LEtatus sum ī his que dicta sunt mchi: in domum domini ibimus. Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis hierusalem Hierusalem que edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium israel: ad confitendum nomini domini. Quia illic sederunt sedes iudicio: sedes super domū dauid. Rogate que ad pacem sunt hierusalē et abundantia diligētibus te. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos et proximos meos: loq̄bar pacem de te. Propter domū domini dei nostri: quesiui bona tibi. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Pater noster et ne nos. Sed libera. Domine saluos fac reges. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Saluum fac populum tuum domine et bñdic hereditati tue. Et rege eos et extolle illos vsqꝫ in eternum. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat Dominus vobiscum. Et cum. Oremus.

ECclesie tue quesumus domine preces placatus admitte vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis: secura tibi seruiat libertate. Oratio.

HOstium nostrorum quesumus domine elide superbiā eorumqꝫ cōtumaciam dextere tue virtute prosterne. Oratio.

DEus a quo sancta desideria recta ꝯsilia et iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mūdus dare non potest pacem: vt et corda nostra mādatis tuis dedita: et hostium sublata formidine: tēpora sint tua protectione trāquilla. Per christum dominum nostrū



In die resurrectionis ad missā. Introit9.

Resurrexi et adhuc tecum sum alleluya: posuisti sup me manum tuam alleluya mirabilis factā est scientia tua alleluya alleluya. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Resurrexi et adhuc tecum sum Gloria patri et filio et spiritui sctō. Resurrexi et adhuc tecum. Oratio.

Deus qui hodierna die per vnigenitum tuum eternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nostra que preueniendo aspiras: etiam adiuuando prosequere. Per eundem dominum nostrum iesum christū. Lectio epistole beati pauli apostoli. j. Ad corinthios. v.

Fratres: Expurgate vetus fermentum: vt sitis noua conspersio sicut estis azimi. Et enī pascha nostrum immolat9 est xps. Itaque epulemur. Non in fermēto veteri neque in fermēto malicie et nequitie. Sed in azimis sinceritatis et veritatis. R. Hec dies quā fecit dñs exultem9 et letemur in ea. V. Cōfitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius. Alleluya. V. Pascha nostrum immolatus est christus alleluya. Sequentia.

Fulgens preclara rutilat per orbē hodie dies in qua christi lucida narrantur ouanter prelia. De hoste superbo quem iesus triumphauit pulchre castra illius perimēs teterrima. Infelix culpa eue qua caruimus omnes vita. Felix proles marie qua epulamur modo vna. Benedicta sit celsa regina illa. Generans regem spoliātem tartara. Pollentem iam in ethera Rex in eternum suscipe benignus preconia nostra sedule tibi canentia. Patris sedens ad dexteram victor vbique morte superata atque triumphata polorum possidens gaudia. O magna. o celsa. o pulchra clemētia christi melliflua o alma. Laus tibi honorque ac virtus qui nostram āntiquam leuiasti sarcinam. Roseo cruore agni bēignissimi empta florida micat hec aula. Potenti virtute nostra qui lauit facinora tribuens dona fulgida. Stupens valde in memet iam miror hodierna. Tanta indignis pandere nobis sacramenta. Stirpe dauitica ortus de tribu iuda leo potens surrexisti in gloria agnus visus est in terra. Fundans olim arua regna petens supera iustis reddens premia in secula digniter ouantia. Dic impie zabule quid valet nunc fraus tua? Igneis nexus loris a christi victoria. Trib9 lingue admiramini quis audiuit talia miracula. Ut mors mortem sic superaret rei perciperēt talem gratiam. Iudea incredula cur manes adhuc inuerecunda. Perspice xpicolas qualiter leti canunt inclita redemptori car

V Epulemur in azimis sinceritatis et veritatis. Psa. Dictume. fo. lxxxi.

mina. Ergo pie rex christe nobis dans preconia. Solue nexorum vincula. Electorum agmina. Fac tecum resurgere ad beatam gloriã. Digna rependẽs merita. Paracliti sancti consolationem piam. Expectamus secundum promissionẽ tuam. Peracta ascensionis sacra solennia. Qua es regressus ad celos nube tectus clara. Pollens laude eterna. Alla. ¶ Secũdũ marcũ.xvi

IN illo tẽpore. Maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata: vt veniẽtes vngerent iesum. Et valde mane vna sabbatorũ: veniunt ad monumentum: orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti? Et respicientes: viderunt reuolutum lapidem Erat quippe magnus valde. Et introeũtes in monumentum: viderunt iuuenẽ sedentem in dextris coopertũ stola candida: et obstupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Iesum queritis nazarenũ crucifixũ. Surrexit: non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite dicite discipulis eius et petro: quia precedet vos in galileam. Ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Credo. Offerto. Terra tremuit et quieuit dum resurgeret in iudicio deus alla. Secreta

SUscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiate mysteriis ad eternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per dominũ. Prefatio. Te quidem. Communicãtes. et Hanc igitur. vt infra canonem et sic per totam ebdomadam. Communio. Pascha nostrum immolatus est christus alleluya. itaque epulemur in azimis sinceritatis et veritatis alleluya alleluya alleluya. Postcommunio.

SPiritum nobis domine tue caritatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum iesum christũ. In vnitate eiusdem. ¶ Feria.ii. missa matuti. de resurrectione et per octabas quotidie. Et in singulis dominicis etiam vsque ad ascensionem domini. Et nota quod in his tribus diebus fit officiũ duplex. et dicitur Ite missa est. duplex. et in missa matutinali et in quacunque alia matutinali per totum annum. nõ dicitur Credo. sed dicitur Gloria in excelsis. etc. ad modum trium lectionum. In dicta vero missa matutinali dicitur prefatio. Te quidem omni tempore. Communicantes et Hanc igitur. Sed post octabas non dicuntur. Et in eadem missa matutinali et quacunque alia que est sicut trium lectionũ. cũ Gloria in excelsis deo. a Quasimodo vsque ad octabas penthecostes dicitur. Ite missa est alleluya alleluya. in tono cõi. Sed in tribus diebus sequentibus quorum fit officium sicut nouem lectionum. et aliis diebus dominicis et festis nouem lectionum per totum annũ non mutantur in missa. Ite missa est. nec Benedicamus domino. consueta. ¶ Feria secunda. Officium.

INtroduxit vos dominus in terram fluentem lac et mel alleluya et vt lex domini semper sit in ore vestro alleluya alleluya. Ps. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Oratio.

DEus qui solẽnitate paschali mundo remedia contulisti: populum tuum quesumus celesti dono prosequere. vt et perfectã libertatem consequi mereatur: et ad vitã proficiat sempiternã. Per. ¶ Lectio actuum apostolorum. x.

In diebus illis. Stās petr⁹ in medio plebis: dixit. Viri fratres vos scitis q̄ factum est verbum per vniuersam iudeam incipiens a galilea post baptismum quod predicauit iohānes iesum a nazareth quomodo vnxit eum deus spiritu sancto et virtute. Qui pertransiuit benefaciendo et sanādo om̄s oppressos a dyabolo: quoniam de⁹ erat cum illo. Et nos testes sumus omnium que fecit in regione iudeorum et hierusalē: quē occiderunt suspendentes in ligno Hunc deus suscitauit tertia die et dedit eum manifestū fieri non omni populo: sed testibus preordinatis a deo: nobis qui manducauim⁹ et bibimus cum illo postq̄ resurrexit a mortuis. Et p̄cepit nobis predicare populo et testificari: q̄a ipse est qui cōstitutus est a deo iudex viuorum et mortuorum: Huic omēs prophete testimonium perhibent remissionē peccatorum accipere per nomen eius: omnes q̄ credunt in eum. ℟. Hec dies quam fecit domin⁹ exultemus et letemur in ea. Vsus. Dicat nunc israel quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius. Alleluya. ℣. Nōne cor nostrum ardēs erat in nobis de iesu dum loqueretur nobis in via. Sequentia.

Morte christi celebrata adest nobis dies grata comedamus azima. Rege victo tenebrarū ritus perit victimarum et est christus victima. Sacerdotis manus tractat quem crudelis lictor mactat et plebs mali cōscia. Morti datur homo deus vt resurgat homo reus ad eterna gaudia. Mors illi⁹ nostra vita eius morte mors a vita iam meretur veniam. Nunc in illo delectare qui est bonum singulare rex apponat gratiā. Pascha nostrum immolatur et peccator inuitatur ad tergendas maculas Morte christi nos renati properemus inuitati ad celestes epulas. Ouis ducta ad macellum nostrū in se tulit bellum ouem querens perditam. Gygas noster hostem strauit humerisq̄ reportauit ouē sibi redditam. Qui sub morte tenebatur vita duce liberat nuda gemunt tartara. Homo gaude sic reductus cōsoletur tuos luctus dulci sono cythara. Sanson ille gazā vastat et in monte tutus astat secum ferens spolia. Agnus noster portas fregit infernales et subegit regna mortis fortia. Israelem in egypto pharaone circūscripto serpens saluat eneus. Sponsam suā ab inferno regno locans in superno noster traxit orpheus. Eya paschalia recolamus gaudia. Nimia leticia corruscet ecclesia. Nunc immensa vite ducis comedamus cū lactucis carnes agni misticas Tolleremus et amara possessuri luce clara māsiones celicas. Hec est in q̄ leta dies animarum grata qui es et quam fecit dominus. Exultemus promissorum quantitatem premiorum recepturi comin⁹ Sit laus xp̄o resurgēti deo vero et viuēti per eterna secula. Ea p̄pter mēte pia decantem⁹ all'a dulci voce sedula. Amē. Secundum lucam. xxiiii.

In illo tēpore. Exeūtes duo ex discipulis iesu ibant ipsa die in castellum quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab hierusalem nomine emaus. Et ipsi loq̄bantur ad inuicem: de his omnib⁹ que acciderāt. Et factum est dum fabularentur et secum quererent:

Alleluya. ℣. Dñs regnauit. fo. vii.

et ipse iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerēt. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes et estis tristes? Et respōdēs vnus cui nomen cleophas: dixit ei Tu solus peregrinus es in hierusalem: et non cognouisti q̄ facta sunt in illa his dieb⁹. Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt. De iesu nazareno qui fuit vir propheta potens in opere et sermone coram deo et omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et principes nostri in damnationem mortis: et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus israel. Et nunc super hec omnia tertia dies est hodie: q̄ hec facta sunt. Sed et mulieres quedam ex nostris terruerūt nos: que ante lucem fuerunt ad monumētum. Et non inuento corpore ei⁹: venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse / qui dicūt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: et ita inuenerunt sicut mulieres dixerūt / ipsum vero non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendum: in omnibus que locuti sunt prophete. Nonne hec oportuit pati christum: et ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a moyse et omnibus prophetis. interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant: et ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiscum quoniam aduesperascit: et inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est dum recumberet cum illis: accepit panem et benedixit ac fregit et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum: et cognouerunt eum Et ipse euanuit ab oculis eorum. Et dixerunt adinuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis: dum loqueretur in via et aperiret nobis scripturas? Et surgētes eadem hora: regressi sunt in hierusalem: et inuenerunt cōgregatos vndecim / et eos qui cum ipsis erant dicentes. Quia surrexit dominus vere: et apparuit symoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via: et quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Credo. Offr. Angelus domini descēdit de celo et dixit mulierib⁹ quē queritis surrexit sicut dixit all'a. Secreta

Suscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt per hec pie placationis officia: ad celestem gloriam transeamus. Per. Communio. Surrexit dominus vere et apparuit petro alleluya. Postcōio.

Spiritum nobis domine tue caritatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pietate concordes. Per.

¶ Feria tertia. Officium.

Aqua sapientie potabit eos alleluya firmabitur in illis et nō flectetur alleluya et exaltabit eos in eternum all'a alleluya. Ps. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuā nouo sēper fetu multiplicas: concede famulis tuis vt sacramentum viuēdo teneāt quod fide perceperunt. Per dominum nostrū.

¶ Lectio actuum apostolorum. xiii.

IN diebus illis. Surgens paulus et manu silentium indicens ait. Viri fratres filii generis abraham et qui in vobis timent deum: vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitant hierusalem et principes eius: ignorantes iesum et voces prophetarum que per omne sabbatum leguntur iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eum petierunt a pylato vt interficerent eum. Cumque consummassent omnia que de eo scripta erant: deponentes eum de ligno posuerunt in monumento. Deus vero suscitauit eum a mortuis tercia die. Qui visus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de galilea in hierusalem: qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem Et nos vobis annunciamus eam que ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc deus adimpleuit filiis vestris. Resuscitans iesum christum: dominum nostrum

℟. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. ℣. Dicant nunc qui redempti sunt a domino quos redemit de manu inimici de regionibus congregauit eos dominus Alleluya. ℣. Angelus domini descendit de celo et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eum. Sequentia.

SAlue dies dierum gloria dies felix christi victoria dies digna iugi leticia dies prima. Lux diuina cecis irradiat in qua christus infernum spoliat mortem vincit et reconciliat summis yma. Sempiterni regis sententia sub peccato conclusit omnia. vt infirmis superna gratia subueniret. Dei virtus et sapientia temperauit iram clementia cum iam mundus inpre cipitia totus iret. Insultabat nostre miserie vetus hostis auctor malicie. quia nulla spes erat venie de peccatis. Desperante mundo remedium dum tenerent cuncta silentium deus pater emisit filium desperatis. Predo vorax monstrum tartareum videns carnem non cauens laqueum in latentem ruens aculeum aduncatur. Dignitatis prime conditio reformatur nobis in filio cuius noua nos resurrectio consolatur. Resurrexit liber ab inferis restaurator humani generis ouem suam reportans humeris ad superna. Angelorum pax fit et hominum plenitudo succrescit ordinum triumphantem laus decet dominum laus eterna. Armonie celestis patrie vox concordet matris ecclesie alleluya frequentat hodie plebs fidelis. Triumphato mortis imperio triumphali fruamur gaudio in terra pax et iubilatio sit in celis. Amen. Secundum lucam. xxiiii.

IN illo tempore. Stetit iesus in medio discipulorum suorum: et dixit eis. Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati vero et conterriti: existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis et cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas et pedes meos: quia ipse ego sum. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet: sicut videtis me habere. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et pedes. Adhuc autem illis non credentibus / et mirantibus pre gaudio: dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi: et fauum mellis. Et cum manducasset coram

Offa. ℣. Inte domine speraui non confundar in eternum in tua iusticia libera me et eripe me inclina ad me aurem tuam accelera vt eripias me.

eis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hec sunt verba que locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi / et prophetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas: et dixit eis. Quoniam sic scriptum est. et sic oportebat christum pati. et resurgere a mortuis die tercia: et predicari in nomine eius: penitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes. Credo. Offerto. Intonuit dñs de celo et altissimus dedit vocem suam et apparuerunt fontes aquarum alla. Secreta.

Suscipe domine fideliũ preces cum oblationibus hostiarum: ut per hec pie deuotionis officia ad celestem gloriam transeamus. Per. Communio. Si consurrexistis cum christo que sursum sunt querite allelu ya ubi christus est in dextera dei sedẽs que sursum sũt sapite alleluya. Postcõ.

Concede quesumus omnipotens deus: ut paschalis pceptio sacramenti continua in mentibus nostris perseueret. Per dominum nostrum. Feria.iiii. ad missam. Offm

Venite benedicti patris mei percipite regnum alleluya quod vobis paratum est ab origie mũdi alleluya alleluya alleluya. ps. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Oratio.

Deus qui nos resurrectionis dominice annua solennitate letificas: concede propicius: ut p temporalia festa que agimus: peruenire ad gaudia eterna mereamur Per eundem dominum nostrum. Lectio actuum apostolorum.iii

In diebus illis. Aperiens petrus os suum: dixit. Viri israelite: et qui timetis deum audite. Deus abraham et deus ysaac et deus iacob deus patrum nostrorum glorificauit filium suũ iesum: quẽ vos quidem tradidistis et negastis ante faciem pylati iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum et iustum negastis: et petistis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vite interfecistis: quem deus suscitauit a mortuis cuius nos testes sumus. Et nũc fratres scio qa per ignorantiam fecistis: sicut et principes vestri. Deus autem qui prenunciauit per os omnium prophetarum pati christum suum: impleuit sic. Penitemini igitur et conuertimini: ut deleãtur peccata vestra. ℟. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. ℣. Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltauit me. Alleluya. ℣. Surrexit dominus vere et apparuit petro. Sequentia.

Sexta passus feria die christus tercia resurrexit. Surgens cum victoria collocat in gloria quos dilexit. Pro fideli populo crucis patibulo immolatur. Clauditur in tumulo tandem in diluculo suscitatur. Christi crux et passio nobis est presidio si credam9. Christi resurrectio facit ut a vicio resurgamus. Hostia sufficiens christus fuit moriens pro peccato. Sanguinis effusio abluit nos impio triumphato. Morte sua simplici nostre morti duplici fert medelam. Vite pandit aditum nostrum sanat gemitũ et qrelã. Leo fortis hodie dat signũ potẽtie resurgẽdo. Principẽ neqcie p arma iusticie deuincendo Diem istam dominus fecit in qua facinus mundi luit. In qua mors

Alla. ℣. Quoniam deus magnus dñs et rex magnus super omnem terram.

occiditur in qua vita redditur hostis ruit. Geminatum igitur alleluya canitur corde puro. Quia culpa tollitur et vita promittitur in futuro. In hoc mundi vespere fac tuos resurgere iesu christe. Salutaris omnibus tuis sit fidelibus diesiste. Amen. ¶ Secũdum iohãnẽ.xxi.

In illo tempore. Manifestauit se iterum iesus ad mare tyberiadis: manifestauit autẽ sic. Erant simul symon petrus et thomas qui dicitur didimus: et nathanael qui erat a chana galilee et filii zebedei et alii ex discipulis eius duo. Dixit eis symon petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus et nos tecum. Et exierunt et ascenderunt in nauem: et illa nocte nichil prendiderũt. Mane autem facto: stetit iesus in littore: nõ tamen cognouerunt discipuli quia iesus est. Dixit ergo eis iesus. Pueri: nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei. Non. Dixit eis. Mittite in dexteram nauigii rethe: et inuenietis. Miserunt ergo et iam non valebant illud trahere: pre multitudine piscium. Dixit ergo discipulus ille quẽ diligebat iesus: petro. Dominus est. Symõ petrus cum audisset quia dominus est: tunica succinxit se: erat enim nudus et misit se in mare. Alii autem discipuli nauigio venerunt: Non enim longe erant a terra: sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram: viderunt prunas positas et piscem superpositum et panem. Dixit eis iesus. Afferte de piscibus quos prẽdidistis nunc. Ascendit petrus et traxit rete in terram: plenũ magnis piscibus centum quinquagita tribus. Et cum tanti essent: non est scissum rete. Dixit eis iesus. Venite prandete. Et nemo audebat discumbẽtium interrogare eum tu quis es scientes quia dominus est. Et venit iesus et accepit panem et dedit eis: et piscem similiter. Hoc iam tercio manifestatus est iesus discipulis suis: cũ surrexisset a mortuis. Credo. Offertoriũ. Portas celi aperuit dominus et pluit illis manna vt ederent panem celi dedit illis panem angelorũ manducauit homo alleluya. Secreta.

Sacrificia domine paschalibus gaudiis immolamus quibus ecclesia mirabiliter et pascitur et nutritur. Per dominum. Cõio. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur alleluya mors illi vltra non dominabitur alleluya alleluya. Postcõmunio.

Ad omni nos quesumus domine vetustate purgatos sacramenti [illegible]ui veneranda perceptio in nouam transferat creaturam. Per dominũ. ¶ Fer.v. Officiũ.

Victricem manum tuam domine laudauerũt pariter alleluya quia sapiẽtia aperuit os mutum et linguas infantium fecit disertas alleluya alleluya. Ps. Cõfitemini dño qm bonus: qm in seculum misericordia eius. Oratio.

Deus qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti: da vt renatis fonte baptismatis vna sit fides mentium: et pietas actionum. Per do. Lectio actuum apostolorum. viii.

In diebus illis. Angelus domini locutus est ad philippum dicens. Surge et vade cõtra meridianum ad viam que descendit ab hierusalem in gazam: hec est deserta. Et surgens abiit. Et

ecce vir ethiops eunuchꝰ potēs cā=
dacis regine ethiopũ: qui erat sup
omnes gazas eius: venerat adora
re in hierusalem Et revertebatur
sedens super currum suum: legens
qꝫ isayam prophetam. Dixit autē
spiritus philippo. Accede et adiun
ge te ad currum istum. Accurrens
autem philippus audivit eum le=
gentem isayam prophetam: et di=
xit. Putas ne intelligis que legis?
Qui ait. Et quomodo possum nisi
aliquis ostenderit michi? Rogavit
qꝫ philippum: ut ascēderet et sede=
ret secũ. Locꝰ autem scripture hic
erat quē legebat. Tāꝙ ovis ad oc=
cisionem ductus est: et sicut agnus
coram tondente se sine voce / sic nō
aperuit os suum. In humilitate iu
dicium eius sublatum est. Genera
tionem eius quis enarrabit? Quo
niam tolletur de terra vita eius?
Respōdens autem eunuchus phi=
lippo dixit. Obsecro te de quo pro=
pheta dicit hoc: de se an de alio ali=
quo? Aperiens autem philippꝰ os
suum: et incipiens a scriptura ista
evangelizavit illi iesum. Et dum
irent per viam: venerunt ad quen
dam aquam. Et ait eunuchus. Ec
ce aqua. Quis prohibet me bapti=
zari? Dixit philippus. Si credis ex
toto corde. Et respondens eunu=
chus dixit. Credo dei filium: esse ie
sum. Et iussit stare currum. Et de
scenderunt uterqꝫ in aquam phi=
lippus et eunuchus: et baptizavit
eum. Cum autem ascendissent de
aqua: spiritus domini rapuit phi=
lippum: et amplius nō vidit eum
eunuchus. Ibat autem per viam
suam eunuchus: gaudens. Philip
pus autem inventus est in azoto.
Et pertransiens evangelizabat ci

vitatibus cũctis donec veniret ce=
saream nomen domini nostri iesu
christi. ℟. Hec dies quem fecit dominꝰ ex=
ultemus et letemur in ea. ℣. Lapidem quē
reprobaverunt edificantes hic factus est in ca
put anguli a domīo factum est istud et est mi
rabile in oculis nostris. Alleluya. ℣. Surre=
xit altissimus de sepulchro qui pro nobis pe=
pendit in ligno. Sequentia.

Victime paschali laudes im=
molant christiani. Agnꝰ re=
demit oves christus innocens pa=
tri reconsiliavit peccatores. Mors
et vita duello conflixere mirando
dux vite mortuus regnat vivus.
Dic nobis maria quid vidisti ī via?
Sepulchrum christi viuētis ⁊ glo
riam vidi resurgentis. Angelicos
testes sudarium et vestes. Surre=
xit christus spes nostra precedet su
os in galileam. Credēdum est ma
gis soli marie veraci ꝙ iudeorum
turbe fallaci. Scimꝰ christum sur=
rexisse a mortuis vere tu nobis vi=
ctor rex miserere alla. ¶ S. iohā. xx.

In illo tempore. Maria sta
bat ad monumentum fo=
ris plorans. Dum ergo fleret: incli
navit se et prospexit in monumen
tum. Et vidit duos angelos in al=
bis sedētes unum ad caput ⁊ unũ
ad pedes: ubi positum fuerat cor=
pus iesu. Dicũt ei illi. Mulier quid
ploras? Dixit eis. Quia tulerunt
dominum meum: et nescio ubi po
suerunt eum. Hec cum dixisset cō=
versa est retrorsum / et vidit iesum
stantem: ⁊ nesciebat quia iesus est
Dixit ei iesus. Mulier quid ploras?
Quem queris? Illa existimans
quia hortolanus esset: dixit ei. Do
mine: si tu sustulisti eum dicito mi
chi ubi posuisti eum: et ego eum
tollam. Dixit ei iesus. Maria. Con

Alleluya ℣. Lauda hierłm dñm lau
da deum tuum syon

uersa illa dixit ei. Raboni quod dicitur magister. Dixit ei ies⁹. Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meũ. Uade autem ad fratres meos et dic eis. Ascendo ad patrẽ meũ ⁊ patrẽ vestrũ: ad deũ meum ⁊ deũ vestrũ. Uenit maria magdalene annuncians discipulis quia vidi dominum: et hec dixit michi. Credo. Offertoriũ. In die solennitatis vestre dicit dominus in ducam vos in terrã fluentem lac et mel alleluya. Secreta

Suscipe quesumus domine munera populorum tuorũ propicius: vt confessione tui nominis et baptismate renouati: sempiternã beatitudinem consequãtur. Per dominum. Communio. Populus acquisitionis annunciate virtutes eius alleluya: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumẽ suũ alleluya. Postcommunio.

Exaudi domine preces nostras: vt redemptionis nostre sacrosancta cõmercia ⁊ vite nobis presentis auxiliũ conferant: et gaudia sempiterna cõsilient. Per dominum. Feria sexta. Officium

Eduxit eos dominus in spe allã ⁊ inimicos eorum operuit mare alleluya alleluya alleluya psalm⁹. Attẽdite popule meus legẽ meã: inclinate aurẽ vestrã i verba oris mei. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui paschale sacramentum i reconsiliationis humane federe contulisti: da mentib⁹ nostris vt quod professione celebram⁹: imitemur effectu. Per dominum

Lectio epistole beati petri apostoli. i. tercio.

Karissimi. Christus semel pro peccatis nostris mortuus ẽ iustus pro iniustis: vt nos offerret deo mortificatos quidem carne viuificatos autem spiritu. In quo et his qui in carcere erant: spiritu veniens predicauit. Qui increduli fuerant aliquando: quando expectabãt dei patientiã in diebus noe cũ fabricaretur archa: in qua pauci: id est octo anime salue facte sunt per aquam. Quod et vos nunc similis forme saluos facit baptisma nõ carnis depositio sordium: sed conscientie bone iterrogatio in deũ. Per resurrectionem iesu christi: qui est in dextera dei. R. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur i ea. V. Benedict⁹ qui venit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. Alleluya. versus. Surrexit xps qui creauit omnia et misertus est hũano generi. psa. Uictime. S. mat. xxviii.

In illo tempore. Undecim discipuli abierunt in galileam in montem vbi constituerat illis iesus. Et videntes eum: adorauerunt. Quidam autem dubitauerunt. Et accedens iesus: locut⁹ est eis dicens. Data ẽ michi omnis potestas: in celo et in terra. Eũtes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritussancti: docentes eos seruare omnia quecunq; mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sũ omnibus diebus: vsq; ad consummationem seculi. Credo. Offerto. Erit vobis hec dies memorialis alleluya et diem festum celebrabitis solennẽ dño in progenies vras legitimũ sẽpiternũ diẽ allã allã allã. Secreta

Hostias quesumus domine placat⁹ assume. quas ⁊ pro renatorum expiatione peccati deferimus: et pro acceleratione celestis auxilii. Per dominum. Cõmunio Data est michi omnis potestas in celo et i terra allã eũtes docete oẽs gentes baptizantes eos i noie pris ⁊ filii ⁊ spũscti all. allã. Postcõ

Allã. V. Redemptione misit dns i pplo suo

Respice quesumus domine populum tuum et quē eternis dignat⁹ es renouare misteriis a temporalibus culpis dignanter absolue. Per. Sabbato Officium:

Eduxit dominus populū suum in exultatione alleluya et electos suos in leticia alleluya alleluya psalmus. Confitemini domino quoniā bon⁹ qm̄ in seculū misericordia eius. Oratio.

Concede quesumus omnipotēs deus: vt qui festa paschalia venerando egimus: per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. Per dn̄m. Lctō eplē. be. pe. aplī. i. ii.

Karissimi: Deponētes omnes maliciam ⁊ omnem dolum et simulationes et inuidias ⁊ omnes detractiones: sicut modo geniti infātes rationabiles sine dolo lac cōcupiscite: vt in eo crescatis in salutem. Si tamen gustatis: quoniam dulcis est domin⁹. Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatū a deo autem electū et glorificatū: et ipsi tanq̄ lapides viui super edificamini domos spirituales sacerdotium sanctum offerentes spirituales hostias acceptabiles deo p iesum christum. Propter quod continet scriptura. Ecce pono in syon lapidem summū angularem probatum electum preciosum et omnis qui crediderit in ipsum nō confundetur. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis quem reprobauerunt edificātes: hic factus est in caput anguli. Et lapis offensionis et petra scādali: his qui offendunt verbo: nec credunt in quo et positi sunt. Vos autem gen⁹ electum regale sacerdotium: gens sancta populus acquisitionis: vt virtutes annūcietis ei⁹ qui de tenebris vos vocauit ī admirabile lumen suum. Qui aliquando nō populus: nunc autem populus dei. Qui non cōsecuti misericordiam: nunc autem misericordiam cōsecuti. Allā. V. Hec dies quam fecit dn̄s exultem⁹ ⁊ letemur in ea alla. V. Laudate pueri dn̄m laudate nomē dn̄i. Sequentia. Victime. Secundum iohannem. xx.

In illo tempore. Una sabbati maria magdalene venit mane cū adhuc tenebre essent ad monumentum: et vidit lapidē sublatū a monumēto. Cucurrit ergo et venit ad symonē petrū et ad aliū discipulū quē amabat iesus: ⁊ dixit illis. Tulerūt dn̄m de monumēto: ⁊ nescim⁹ vbi posuerūt eum. Exiūt ergo petrus et ille alius discipulus et venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul et ille alius discipulus cucurrit citius petro: et venit prior ad monumētum. Et cum inclinasset: vidit lintheamina posita: non tamen introiuit. Venit ergo symon petrus sequens eum: et introiuit in monumentum: et vidit lintheamina posita et sudarium quod fuerat super caput eius non cum lintheaminibus positum: sed separatim inuolutum ī vnum locum. Tunc ergo introiuit et ille discipulus qui venerat primus ad monumentum: ⁊ vidit ⁊ credidit. Nōdū eīm sciebāt scripturā: quia oporteret eū a mortuis resurgere. Credo. Offerto. Bn̄dict⁹ q̄venit ī noīe dn̄i bn̄dicim⁹ vos de domo dn̄i deus dn̄s ⁊ illuxit nobis alla alla. Secreta.

Concede quesumus domine semper nos per hec misteria paschalia gratulari vt cōtinua no

stre reparationis operatio: perpetue nobis fiat causa leticie. Per dominum nostrum. Cõio. Omñs q̃ in xp̃o baptizati estis xp̃m induistis alla. Postcõio.

Redemptionis nostre munere vegetati quesumus dñe deus nr̃: vt hoc ppetue salutis auxilium: fides semper vera pficiat. Per dñm. ❡ Dñica .i. post pas. et in octa. missa matu. de resur. nisi sit fe. iii. lect. q2 tunc missa esset de fes. et similiter i aliis dñicis. Diebus vero ferialr. nõ fieret dicta missa de fes. occurrente: ymo de defunctis ad mis. Officium

Quasi modo geniti ĩfãtes alla: ratiõabiles sine dolo lac concupiscite alleluya alleluya alleluya. Ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Kyrieleyson. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui festa paschalia peregimus hec te largiente moribus et vita teneam⁹. Per dñm. Lectio ep̃le beati iohãnis apl̃i .i. vlti.

Karissimi. Omne quod natũ est ex deo: vincit mundum. Et hec est victoria que vincit mundum: fides nostra. Quis est autem qui vincit mundum: nisi qui credit q̃m iesus est filius dei? Hic est qui venit per aquam et sanguinem: iesus christus. Non in aqua solũ: sed in aqua et sanguine. Et spirit⁹ est qui testificatur quoniam christus est veritas. Quia tres sunt qui testimonium dant in celo. Pater verbum et spiritussanctus. Et hi tres vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus aqua et sanguis: Si testimoniũ hominum accipimus: testimonium dei maius est. Quoniam hoc est testimonium dei quod maius est: qa testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei: habet testimoniũ dei in se. Alla. Post dies octo ianuis clausis stetit iesus in medio discipulorum suorum et dixit pax vobis. Non repetitur Allã. quotiens sequitur allã. sed sequẽs stati incipit et illud repetitur Alla. ℣. Surrexit dñs et occurrens mulieribus ait auete tunc accesserunt et adorauerunt eum. Sequentia. Victime. lxxi.

❡ Secundum iohannem. xx.

In illo tempore. Cum esset sero die illo vna sabbatorũ et fores essent clause vbi erant discipuli cõgregati propter metum iudeorum: venit iesus et stetit in medio: et dixit eis. Pax vobis. Et cum dixisset: ostendit eis manus et lat⁹. Gauisi sunt ergo discipuli: viso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Hoc cum dixisset: insufflauit et dixit eis. Accipite spiritum sanctum. Quorũ remiseritis peccata: remittuntur eis. Et quorum retinueritis retẽta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur didimus: nõ erat cum eis quãdo venit iesus. Dixerũt ergo ei alii discipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum et mittam digitum meum in locũ clauorum. et mittam manum meam in latus eius non credam. Et post dies octo iterum erãt discipuli ei⁹ intus: et thomas cum eis. Venit iesus ianuis clausis et stetit in medio: et dixit. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitum tuum huc et vide man⁹ meas et affer manum tuam et mitte in latus meũ: et noli esse incredul⁹. sed fidelis. Respondit thomas: et dixit ei. Dominus meus et deus meus. Dixit ei iesus. Quia vidisti me credidisti: bea

Alla ℣ Dñs resurr. fo. lvii. Alleluya. ℣ Pascha nrm. ℣ Epulem. fo. lxxv.

ti qui non viderunt et crediderunt Multa quidem et alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis: quia iesus est christus filius dei. Et vt credentes vitam habeatis: in nomine ipsius. Credo. Offert. Angelus domini descēdit de celo et dixit mulieribus quem queritis surrexit sicut dixit all'a. Secreta.

Suscipe munera quesumus domine exultantis ecclesie. et cui causam tanti gaudii prestitisti. perpetuum fructum cōcede leticie. Per. Prefatio. Te quidem. Communicantes. Hanc igitur. vt in die pasche. Cōio. Mitte manum tuam et cognosce loca clauorum all'a et noli esse incredulus sed fidelis all'a all'a. Postcōio

Quesumus domine deus noster vt sacrosācta misteria que pro reparationis nostre munimine contulisti et presens nobis remedium esse facias et futurū. Per dominum. ¶ Feria.ii. missa matu. de defunctis. Hac die inchoatur officium de beata maria et de defunc. ad magnā missam Offm Quasi modo. &c. et d'r Gl'ia i excelsis. sed nō dicit' prefatio. nec Communicantes nec Hanc igitur. et dicitur vni cum All'a. quo incepto non prosequitur sed statim incipitur V. Post dies octo. qui etiā in fine nō persequit' sed resumit' All'a. et pseqtur. Et sic fit quotiescūq3 fit de trib' lec. missa nisi de beata maria. Et nota q' p fer. semp fit primū All'ā. de do. In fe. vero. ix. lec. dicuntur duo All'ā. quorū primū est de fe. et nō repetit' Secūdū vero de resur. quod est. ii. in dñicis. et repetit' ¶ Dñica. i. post octa. pas. fiat processio sicut consuetum est. Officium.

Misericordia domini plena est terra alleluya verbo dei celi firmati sunt: all'a alleluya. ps. Exultate iusti in dño rectos decet collaudatio. Oro.

Deus qui in filii tui humilitate iacentem mūdum erexisti: fidelibus tuis perpetuam cōcede leticiam: vt quos ppetue mortis eripuisti casibus: gaudiis facias sempiternis perfrui. Per eundem Lec. epistole bti petri apostoli. prime. ii.

Karissimi: Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum: vt sequamini vestigia eius qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur: non maledicebat. Cum pateretur non comminabatur. Tradebat autem iudicāti se iniuste qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignū vt peccat' mortui iusticie viuam'. Cuius liuore sanati estis. Eratis enim: sicut oues errantes. Sed cōuersi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum. Alleluya. V. Ego sum pastor bonus et cognosco oues meas et cognoscunt me mee. Alleluya V. In die resurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galileam. Sequentia. Victime. ¶ Secundum iohannem. x.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor: animā suam dat pro ouibus suis. Mercennarius autem et qui non est pastor cuius non sunt oues proprie: videt lupum venientem et dimittit oues et fugit. Et lupus rapit et dispergit oues. Mercennarius autem fugit: quia mercennarius est: et non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bon'. Et cognosco meas: et cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater: et ego agnosco patrem. et animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo

i. All'a. V. In te dñe speraui. fo. lxxvii.
ii All'a V. Pascha nr3 V. Epulemur. fo. lxxv.

que non sunt ex hoc ouili: ⁊ illas o-
portet me adducere/⁊ vocem me-
am audient. Et fiet vnum ouile: ⁊
vnus pastor. Credo. Offertorium. De
us deus meus ad te de luce vigilo et in nomi
ne tuo leuabo manus meas allã. Secreta.

Benedictionem nobis dñe
conferat salutarem sacra
semper oblatio: vt quod agit mi-
sterio: virtute perficiat. Per dñm.
Cõio. Ego sum pastor bonus alleluya et co-
gnosco oues meas et cognoscunt me mee al-
leluya alleluya. Postcommunio.

Presta nobis quesum⁹ om-
nipotens deus: vt viuifica-
tionis tue gratiam consequentes:
in tuo semper munere gloriemur.
Per dñm. ¶ Dominica.iii. Officium.

Iubilate deo omnis ter-
ra alleluya psalmum di
cite nomini ei⁹ alleluya
date gloriam laudi eius
alleluya alleluya alleluya. Ps. Dici
te deo q̃ terribilia sunt opera tua domine: in
multitudine virtutis tue mentientur tibi ini
mici tui. Jubilate deo omnis terra.
Gloria patri. Jubilate deo. Kyrieleyson
Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus qui errantibus vt in
viam possint redire iusti-
cie veritatis tue lumen ostẽdis: da
cunctis qui christiana professione
censentur et illa respuere que huic
inimica sunt nomini/⁊ ea que sunt
apta sectari. Per dominũ nostrũ.
Lectio epistole beati petri apostoli.i.ii. capi.

Karissimi. Obsecro vos tanq̃
aduenas ⁊ peregrinos: ab-
stinere vos a carnalib⁹ desideriis q̃
militãt aduersus animã. Cõuersa
tionem vestram inter gentes ha-
bẽtes bonam: vt in eo quod detra
ctant de vobis tanq̃ de malefacto
ribus: ex bonis operibus vos consi
derantes glorificẽt deum in die vi
sitationis. Subiecti estote omni hu
mane creature propter deum. Si-
ue regi: quasi precellenti. Siue du-
cibus: tanq̃ ab eo missis ad vindi-
ctam malefactorum: laudẽ vero
bonorum. Quia sic est volũtas dei
vt benefacientes obmutescere fa-
ciatis imprudentium hoim igno-
rantiam. Quasi liberi. et non qua
si velamen habentes malicie liber
tatem. sed sicut serui dei. Omnes
honorate/fraternitatem diligite/
deum timete/regem honorificate
Serui subditi estote in omni timo
re dominis. non tantum bonis et
modestis: sed etiam discolis. Hec ẽ
enim gratia. In christo iesu domi-
no nostro. Allã. V. Iterũ aũt videbo vos
et gaudebit cor vestrum et gaudium vestrum
nemo tollet a vobis Alleluya. V. Christus re
surgens ex mortuis iam non moritur mors
illi vltra non dominabitur. Prosa.

Victime paschali laudes im-
molãt christiani. Agnus re-
demit oues christus innocens pa-
tri reconsiliauit peccatores. Mors
et vita duello conflixere mirando
dux vite mortuus regnat viu⁹. Dic
nobis maria quid vidisti i via. Se-
pulchrum christi viuentis ⁊ gloriã
vidi resurgentis. Angelicos testes
sudarium et vestes. Surrexit chri-
stus spes nostra precedet suos i ga-
lileam. Credendum est magis so-
li marie veraci q̃ iudeorum turbe
fallaci. Scim⁹ christum surrexisse
a mortuis vere tu nobis victor rex
miserere alleluya. Secundũ iohã. xvi.

In illo tempore. Dixit iesus
discipulis suis. Modicum et
iam nõ videbitis me: ⁊ iterum mo
dicum et videbitis me: quia vado
ad patrem. Dixerunt ergo ex disci

Alla. V Quã deus magn⁹ fo. lxxvii.
Alla. V Pascha nrm V Epulem⁹ fo. lxxv

pulis eius adinuicem. Quid ē hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me. quia vado ad patrem? Dicebāt ergo. Quid est hoc quod dicit modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit autem iesus quia volebant eum interrogare: et dixit eis. De hoc queritis inter vos quia dixi modicum & non videbitis me et iterum modicum et videbitis me? Amen amen dico vobis quia plorabitis et flebitis vos: mūdus autem gaudebit. Uos autem cōtristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristiciā habet: quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum iam non meminit pressure propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et vos igitur: nunc quidem tristiciam habetis. Iterum autem videbo vos: et gaudebit cor vestrum. Et gaudiū vestrum: nemo tollet a vobis. Credo. Offerto. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea psallam deo meo q̄diu ero alleluya. Secreta

HIs nobis domine misteriis conferatur: quo terrenis desideriis mitigatis discamus amare celestia. Per eundem dominum Cōio. Modicum et non videbitis me alla iterum modicum et videbitis me quia vado ad patrem alleluya alleluya. Postcōmunio.

SAcramēta que sumpsimus domine quesumus et spiritualibus nos instruant alimentis et corporalibus tueantur auxiliis. Per do. Dominica quarta. Officium.

CAntate domino canticū nouum alleluya q̄a mirabilia fecit dominus alleluya ante conspectum gētium reuelauit iusticiam suam alleluya alleluya. Ps. Saluauit sibi dextera eius: et brachium sanctum eius. Cantate domino canticum nouum alleluya. Gloria patri. Cantate domino. Kyrieleyson. Gloria in excelsis. Oro.

DEus qui fidelium mentes vnius efficis volūtatis: da populis tuis id amare quod precipis / id desiderare quod promittis: vt inter mūdanas varietates ibi nostra fixa sint corda / vbi vera sunt gaudia. Per dominum nr̄m. Lect. epistole bti iacobi apostoli. primo.

KArissimi: Omne datum optimum / & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum: apud quem nō est trāsmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Uoluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt sim⁹ initium aliquod creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiē-dum: tardus autem ad loquendū: et tardus ad iram. Ira enim viri: iusticiā dei non operatur. Propter quod abiicientes omnem immundiciam et abundantiam malicie: in mansuetudine suscipite insitū verbum: quod potest saluare animas vestras. Alleluya. V. Uado ad eum qui misit me et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. sed quia hec locutus sum vobis tristicia impleuit cor vestrū. Alleluya. V. Surrexit dn̄s vere & apparuit petro. Prosa. Uictime paschali laudes. et cetera vt su. Secundum iohannem. xvi.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uado ad eū qui misit me: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus sum vobis: tristicia impleuit cor vestrum. Sed ego veri-

Alla. V. Lauda hierusalem dominum lauda deū tuū syon. Alla. V. Pascha nr̄m. ec. V. Epulemur in azimis. fo. lxxv.

tatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittã eum ad vos. Et cum venerit ille arguet mundum de peccato et de iusticia et de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iusticia vero: quia ad patrem vado et iam non videbitis me. De iudicio autẽ quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nõ potestis portare modo. Cum autẽ venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso: sed quecunqz audiet loquetur. et que ventura sunt annũciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet et annunciabit vobis. Credo. Offert. Jubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa t̃ra psalmum dicite nomini eius venite et audite et narrabo vobis omnes qui timetis deum quãta fecit dominus anime mee alleluya. Secre.

Deus qui nos per huius sacrificii veneranda commercia vnius summeqz diuinitatis participes efficis: presta quesumus: vt sicut tuam cognoscimus veritatem sic eam dignis moribus assequamur Per dominum. Cõio. Dum venerit paraclitus spiritus veritatis ille arguet mũdũ de pctõ & de iusticia & de iudicio all'a alleluya.

Adesto nobis que Postcõio. sumus domine deus noster: vt per hec que fideliter sumpsimus: et purgemur a viciis et a periculis omnibus exuamur. Per dñm.

Dominica quinta. Officium.

Vocem iocunditatis annunciate et audiatur alleluya nunciate vsqz ad extremum terre liberauit dominus populum suum alleluya alleluya. ps. Jubilate deo oĩs terra psalmum dicite nomini eius: date gloriã laudi eius. Gloria patri. Vocem io. Oratio.

Deus a quo bona cũcta procedunt largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante q̃ recta sunt: et te gubernante eadẽ faciamus. Per dominum nostrũ.

Lectio epistole beati iacobi apostoli. i.

Karissimi. Estote factores verbi et non auditores tãtum: fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi et non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis sue in speculo. Considerauit enim se et abiit: et statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis. & permanserit in ea non auditor obliuiosus factus sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosũ esse non refrenans linguam suam sed seducens cor suum / huius vana est religio. Religio munda et immaculata apud deũ & patrem hec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum: et immaculatũ se custodire ab hoc seculo. Alleluya. V. Usqz modo nõ petistis quicq̃ in noĩe meo petite et accipietis. Alleluya. V. Angelus dñi descendit de celo et accedens reuoluit lapide et sedebat sup eũ. Allã Sequentia. Victime. Secũdũ iohã. xvi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: si quid petieritis patrẽ in nomine meo dabit vobis. Usqz modo non petistis quicq̃: in nomine meo. Petite & accipietis: vt gaudium vestrum sit plenum. Hec in puerbiis: locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in prouerbi

Alleluya V. Hec dies. fo. lxxix.
Alla. Pascha nrm. V Epulemur. fo. lxxv.

is loquar vobꝫ:sed palam de patre
meo annũciabo vobis. In illo die:
in nomine meo petetis. Et non di
co vobis:quia ego rogabo patrem
de vobis. Ipse enĩ pater amat vos
quia vos me amastis:et credidistis
quia exiui a deo. Exiui a patre ⁊ ve
ni in mundum iterũ relinquo mũ
dum:et vado ad patrem . Dicunt
ei discipuli eius. Ecce nunc palam
loqueris:et prouerbium nullum
dicis. Nũc scimus quia scis omnia:
et non opus est tibi vt quis te inter
roget. In hoc credimꝰ:quia a deo
existi. Credo . Offertorium . Benedicite
gentes dominum deum nostrum et obau di
te vocem laudis eius qui posuit animam me
am ad vitam et nõ dedit commoueri pedes
meos benedictus dominus qui non amouit
depcationẽ meã et miam suã a me. Secreta

SUscipe domine fideliũ pre
ces cum oblationibus ho-
stiarum. vt per hec pie deuotionis
officia:ad celestem gloriam transe
amus. Per. Cõio. Cantate domino allꝰa
cantate domino et benedicite nomen eiꝰ be-
ne nunciate de die in diem salutare eius. alle
luya alleluya . Postcõmunio.

TRibue nobis domine celestꝫ
mense virtute satiatis:⁊ de
siderare que recta sunt:⁊ desidera-
ta pcipere. Per dominum. ¶ Fer.ii.
et.iii.in rogationibus. Officium.

EXaudiuit de templo san
cto suo vocem meam al
leluya et clamor meus
in conspectu eius introi-
uit i aures eius alleluya alleluya.
Ps. Diligam te domine fortitudo mea:domi
nus firmamẽtum meum refugium meum et
liberator meus. Gloria. Non dicitur Gloria
in excelsis. Oratio.

PResta quesumus omnipo-
tens deus:vt qui in afflictione no-
stra de tua pietate confidimus:
contra aduersa omnia tua semp p
tectione muniamur. Per dominũ
Lect. epistole bti iacobi apostoli. Ultimo.

KAriſſimi:Confitemini alter
utrum peccata vestra ⁊ ora
te pro inuicem vt saluemini. Mul-
tum enim valet deprecatio iusti as
sidua. Helyas homo erat similis
nobis passibilis et orationem ora-
uit vt non plueret super terram:
et non pluit annos tres et menses
sex. Et rursum orauit:et celum de
dit pluuiam. ⁊ terra dedit fructuꝫ
suum . Fratres mei si quis autem
ex vobis errauerit a veritate et cõ-
uerterit quis eum:scire debet quo
niam qui conuerti fecerit peccato-
rem ab errore vie sue:saluabit ani
mam eius a morte. Et operit mul
titudinem peccatorum. Alleluya. V.
Confitemini domino quoniam bonus quo-
niam in seculũ mia eiꝰ. Secundũ lucam. xi.

IN illo tempore. Dixit iesus
discipulis suis. Quis vestrũ
habebit amicum et ibit ad illũ me
dia nocte:⁊ dicet illi. Amice com-
moda michi tres panes:quoniam
amicus meus venit de via ad me.
et non habeo quod ponam ante il
lum. Et ille deintus respondens
dicat. Noli michi molestus esse. iã
hostium clausum est:et pueri mei
mecum sunt in cubili non possum
surgere et dare tibi. Et ille si perse
uerauerit pulsans dico vobis et si
non dabit illi surgens eo ꝙ amicꝰ
eius sit:propter improbitatem ta-
men eius surget et dabit illi quot-
quot habet necessarios. Et ego vo
bis dico:petite et accipietis date et
dabitur vobis. Querite et inuenie
tis. Pulsate:et aperietur vobis. Om
nis enim qui petit accipit. et ꝗ que

rit inuenit. et pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: nūquid lapidem dabit illi? Aut piscem nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouū nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cū sitis mali nostis bona data dare filiis vestris quanto magis pater vester de celo: dabit spiritum bonum petentibus se? Offerto. Cōfitebor domino nimis in ore meo et in medio multorum laudabo eū qui astitit ad dexteram pauperis vt saluam faceret a persequentibus animam meam alleluya alleluya. Secreta.

Hec munera quesumus domine et vincula nostre prauitatis absoluant: et tue nobis misericordie dona concilient. Per dominum. Communio. Petite et accipietis querite et inuenietis pulsate et aperietur vobis. omnis enim qui petit accipit et qui q̄rit inuenit et pulsanti aperietur allā. Postcōio.

Vota nostra q̄s domine pio fauore prosequere: vt dum dona tua in tribulatione percepimus de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per dominum.

Feria. iii. oia vt heri. In vigilia asceñ. domini. Ad missam. Officium.

Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis alleluya alleluya alleluya. Ps. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Oratio.

Tribue quesumus omnipotens deus vt munere festiuitatis venture illuc filiorum tuorum dirigatur intētio: quo in tuo vnigenito tecum est nostra substātia iesus christus filius tuus dominus noster. Qui tecum. Lectio actuum apostolorum. quarto.

Epistola. Dñica iiij. folio. cxviii.

In diebus illis. Multitudinis credentiū erat cor vnū et anima vna. Nec quisq̄ eorū que possidebat: aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia Et virtute magna reddebant apostoli testimoniū resurrectiōis iesu xpi domini nostri et gratia magna erat in omnibus illis. Neq̄ enim quisq̄ egens erat inter illos. Quot quot enim possessores domorum aut agrorum erant: vendentes afferabant precia eorum que vendebāt et ponebāt añ pedes apostolorū. Diuidebat aūt singulis put cuiq̄ op⁹ erat. Allā. V. Exurge dñe adiuua nos et libera nos ppt nomē tuū. Se. io. xvii.

In illo tpe. Subleuatis iesus oculis i celū dixit. Pater venit hora clarifica filiū tuū: vt filius tu⁹ clarificet te Sicut dedisti ei ptātē ois carnis vt oē quod dedisti ei. det eis vitā eternā. Hec ē aūt vita eterna vt cognoscāt te solū verū deum et quē misisti iesū christū Ego te clarificaui sup terrā op⁹ cōsūmaui quod dedisti michi vt faciā. Et nūc clarifica me tu pr apud temetipm claritate quā habui priusq̄ mūd⁹ esset apd te. Manifestaui nomē tuum hoibus quos dedisti michi de mūdo Tui erāt et michi eos dedisti et sermonē tuū seruauerūt. Nunc cognouerūt q2 oia que dedisti michi abs te sūt. Quia verba q̄ dedisti michi dedi eis. Et ipi acceperūt et cognouerūt vere q2 a te exiui: et crediderūt q2 tu me misisti Ego p eis rogo Nō p mūdo rogo sed p his quos dedisti michi: q2 tui sūt Et mea oia tua sūt et tua mea sūt Et clarificat⁹ sū i eis et iā non sūt i mūdo. Et hi in mundo sūt et ego ad te venio. Offer. Ascēdit deus in iubilatione et dominus

Alla. V. Oms gēs plaudite manibz iubilate deo i voce exultationis. Off. Deus deus meus fo. lxxxi.

in voce tube alleluya. Secreta.

Sacrificiũ domine pro filii tui supplices venerabili quam preuenimus nunc ascensione deferimus. presta quesumus vt et nos per ipsum his commerciis sacrosanctis ad celestia consurgamus. Qui tecum. Communio. Pater cum essem cum eis ego seruabam eos quos dedisti michi alleluya nunc autem venio ad te non rogo vt tollas eos de mundo. sed vt serues eos a malo alleluya alleluya. Postcõmunio.

Tribue quesumus domine vt per hec sacramenta que sumpsimus illuc tendat nostre deuotiõis affectus: quo tecum est nostra substantia iesus christus dominus noster. Qui tecũ. ¶ In die ascensionis domini. Ad magnam missam. Officiũ

Uiri galilei quid admiramini aspicientes in celũ alleluya quemadmodũ vidistis eum ascendentẽ in celum ita veniet alleluya alleluya alleluya. ps. Cumq3 intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis qui et dixerunt. Uiri galilei quid admiramini. Gloria patri. Uiri galilei. Gloria in excelsis. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem nostrum ad celos ascendisse credimus: ipsi quoq3 mente in celestibus habitem9. Per eundem dominum nostrum. Lec. actuũ apłoꝝ. j.

Primum quidem sermonem feci de omnibus. o theophile que cepit iesus facere & docere: vsq3 in diem qua precipiẽs apostolis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Quibus & prebuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis: per dies quadraginta apparens eis. & loquens de regno dei. Et conuescẽs precepit eis ab hierosolimis ne discederent sed expectarent promissionem patris quam audistis inquit per os meum. Quia iohannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizamini spiritu sctõ. non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabant eum dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnum israel? Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiritussancti in vos: et eritis michi testes i hierusalem. et in omni iudea et samaria. & vsq3 ad vltimũ terre. Et cum hec dixisset: videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eũ ab oculis eorum. Cumq3 intuerentur i celum eũtem illũ: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis qui et dixerũt. Uiri galilei quid statis aspicientes in celum? Hic iesus qui assumptus est a vobis in celũ: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Alleluya. V9. Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce tube. Alleluya. V. Ascendens christus in altum captiuam duxit captiuitatẽ dedit dona hominibus. Sequentia.

Rex omnipotens die hodierna. Mundo triumphali redempto potentia. Uictor ascendit celos vnde descenderat. Nã quadragita postq̃ surrexerat dieb9 sacris cõfirmans pectora. Apłoꝝ pacis relinquẽs oscula. Quib9 & dedit potestatem laxandi crimina. Et misit eos in mundum baptizare cunctas animas. In patris et filii

p. Oẽs gẽs plaudite manib9 iu de i vo ex.

Sedm Alla V Dñs i synai i scõ ascendẽs i altũ captiua duxit captiuitatem.

et spiritussancti clementia. Et cõ uescẽs precepit eis ab hierosolimis Ne abirent sed expectarẽt promis sa munera. Non post multos enim dies mittam vobis spiritum para clitum in terra. Et eritis michi te stes in hierusalem iudea siue sama ria. Et cum hoc dixisset videntib⁹ illis eleuatus est et nubes clara su scepit eum ab eorum oculis intuẽ tibus illis aera. Ecce steterũt ami cti duo viri in veste alba. Iuxta di centes quid admiramini polorum alta: Jesus enim hic qui assumpt⁹ est a vobis ad patris dexteram Ut ascẽdit ita veniet q̃rẽs talẽti cõmis si lucra. O deus maris poli arui ho minẽ quẽ creasti fraude subdola. Hostis expulit paradiso et captiua tum secũ traxit ad tartara. San guine ꝓprio quẽ redemisti de⁹. Il luc et puehis vnde pri⁹ corruit para disi gloria. Judex cũ veneris iudica re secula. Da nobis petim⁹ sempi terna gaudia i sanctorum patria. In qua tibi cantemus oẽs alleluya

Secundum marcum. xvi.

In illo tempore. Recumbẽ tib⁹ vndecim discipulis: ap paruit illis iesus: et exprobrauit in credulitatem illorum et duriciam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse: nõ crediderant. Et di xit eis. Eũtes in mũdũ vniuersum predicate euangeliũ omni creatu re. Qui crediderit et baptizat⁹ fue rit: saluus erit. Qui vero non credi derit: condemnabitur. Signa aũt eos qui crediderint: hec sequentur. In nomine meo demonia eiicient linguis loquentur nouis/ serpẽtes tollẽt. Et si mortiferum quid bibe rint nõ eis nocebit. Super egros manus imponẽt: et bene habebũt Et dñs quidem iesus postq̃ locut⁹ est eis assumpt⁹ est i celum: et sedet a dextris dei. Illi autẽ profecti pre dicauerunt vbiq̃ domino cooperã te et sermonem confirmante: seq̃n tibus signis. Credo. Offert. Uiri gali lei quid admiramini aspiciẽtes i celum hic ie sus qui assumptus est a vobis in celum sic ve niet quẽadmodũ vi᷑ distis eũ ascẽdẽtẽ i celũ all'a

Postcõio.

Suscipe q̃s dñe mu nera que pro filii tui glorio sa ascensione deferimus. et conce de propicius: vt a presentibus peri culis liberemur: et ad vitam perue niamus eternam. Per eundem.

Prefatio. Qui post resurrectionem. Communicantes. Communio. Psalli te domino qui ascendit super celos celorum ad orientem alleluya. Postcommunio.

Presta nobis quesumus om nipotens et misericors de⁹: vt que visibilibus misteriis sumen da percepimus: inuisibili cõsequa mur effectu. Per dominum nostrũ

¶ Dominica infra octa. ascensionis. missa matutinalis de ascensione. Ad magnam missam. Officium.

Exaudi domine vocem me am qua clamaui ad te al leluya tibi dixit cor meũ quesiui vultum tuũ vul tum tuum domine requiram ne auertas faciem tuam a me allelu ya alleluya. Ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo. Oratio.

Omnipotens sempiterne de us fac nos tibi semper et de uotam gerere voluntatem: et ma iestati tue sicero corde seruire. Per dñm. Lectio ep'le bti petri apostoli. i. iiii.

Karissimi. Estote prudẽtes et vigilate in orationibus Ante omnia autem mutuam i vo bismetipsis caritatem continuam

Off. Ascendit deus in iubilatione dñs in voce tube alleluya.

habentes: quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Unusquisq; autē sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Si quis loquitur: quasi sermones dei. Si qs ministrat: tanq̄ ex virtute quam administrat deus vt in omnibus honorificetur de⁹. Per iesum xp̄m dn̄m nostrū. Alla. V. Nō vos relinquam orphāos vado ⁊ venio ad vos ⁊ gaudebit cor vestrū. Alla. V. Ascēdo ad patrē meū et patrē vestrū deū meū et deū vr̄m. Scd̄m iohā. xv.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre. spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimonium phibebit de me. Et vos testioniū perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hec locut⁹ sum vobis: vt nō scandalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora vt omnis qui iterficit vos: arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient vobis: quia non nouerūt patrem neq; me. Hec locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum reminiscamini: q2 ego dixi vobꝫ. Credo. Offerto. Lauda aīa mea dn̄m laudabo dn̄m in vita mea psallam deo meo q̄diu ero alleluya. Secreta.

Sacrificia nos domine immaculata purificent. et mentibus nostris superne gratie dēt vigorem. Per dominum nostrum. Prefatio Qui post resurrectionem. et Communicantes. Communio. Non vos relinquā orphanos veniā ad vos iterū alla ⁊ gaudebit cor vestrum alleluya alleluya. Postcōmunio.

Repleti domine muneribus sacris. da quesum⁹ vt in gratiarum actione semper maneam⁹. Per dominum. ¶ In octa. asc. fi. oīa vt in die. preter sequētiā. Sequit̄ euāgelium Secundum lucam. vltimo.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis Ecce ego mitto promissum patris mei in vos. Vos autem sedete in ciuitate quoadusq; induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in bethaniam: ⁊ eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis: recessit ab eis ⁊ ferebatur in celum. Et ipsi adorantes regressi sunt in hierusalem cū gaudio magno. Et erant semper in tēplo: laudantes et benedicentes deum. dr̄ Credo. Fer. vi. missa matu. de defunc. maior de do. cū p̄rio alla post epl'a; sine pfatione et Cōicātes. et sine Gl'ia in excelsis. ⁊ fiat de fer. iiii. Fc. si occurrat cū mēo. de tēpore. In sctō sab. pētheco. oīa fiāt ordiatī vt i sctō sab. pas. ⁊ dignior legat. j. Fc. cū titu. Lec. libri geñ. xxij

Temptauit de⁹ abrahā ⁊ dixit ad eū Abrahā abrahā. Et ille rn̄dit. Assū. Ait illi Tolle filiū tuū vnigenitū quē diligis ysaac: ⁊ vade in terrā visionis. atq; offer eū ibi in olocaustū super vnū mōtiū quē monstrauero tibi. Igit̄ abrahā de nocte consurgens strauit asinū suū: ducēs secū duos iuuenes ⁊ ysaac filiū suū. Cūq; concidisset ligna in olocaustum: abiit ad locū quē p̄ceperat ei de⁹. Die autem tercio eleuatis oculis: vidit locum procul. Dixitq; ad pueros suos. Expectate hic cum asino. ego ⁊ puer illucusq; properantes: postq̄ adorauerimus reuertemur ad vos. Tulit quoq; ligna olocausti: et imposuit super ysaac filium suum. ipse vero portabat in manibus suis ignem et gladium. Cun-

Alla. V. Ascendit de⁹ i. fo. lxxxiii.
Alleluya. V. Dn̄s in sinai. fo. lxxxiiii

cꝫ duo pergerēt simul: dixit ysaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis et ligna: vbi est victima olocausti? Dixit abraham. Deus prouidebit sibi victimam olocausti fili mi. Pergebant ergo pariter venerūtqꝫ ad locum quem ostēderat ei deus. in quo edificauit altare/ et desuper ligna composuit. Cumqꝫ colligasset ysaac filium suum posuit eum in altari super struem lignorum. Extenditqꝫ manum et arripuit gladium: vt immolaret filium suū. Et ecce āgelus domini: de celo clamauit dicens. Abraham abrahā. Qui respondit. Assum. Dixitqꝫ ei. Non extendas manum super puerum: neqꝫ facias illi quicq̄. Nunc cognoui q̄ timeas deum: et non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit abraham oculos suos viditqꝫ post tergum arietem iter vepres herētem cornibus. Quem assumens: obtulit olocaustum pro filio. Appellauitqꝫ nomen loci illi⁹: dominus videt. Unde vsqꝫ hodie dicitur in monte dominus videbit Uocauit autem angelus domini abraham secundo de celo dicens. Per memetipsum iuraui dicit dominus. quia fecisti rem hanc. et nō pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi: et velut arenam que est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: et benedicentur in semini tuo omnes gentes terre. q̄a obedisti voci mee Reuersus est abraham ad pueros suos: abieruntqꝫ bersabee simul et habitauit ibi. Ad istas orōes q̄ sequūtur nō dr̄ Dñs vo. nisi ad illā q̄ p̄cedit epistolam.

Oro.

Deus qui in abrahe famuli tui opere humano generi obedientie exempla prebuisti concede nobis nostre prauitatem voluntatis frangere: et tuorum p̄ceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per dominum.

Lectio libri Deuteronomij. xxxi.

Scripsit moyses canticum: et docuit filios israel. Precepitqꝫ dominus iosue filio nū: et ait. Confortare et esto robustus. tu ei introduces filios israel in terram quam ego pollicitus sum eis: et ego ero tecū. Postq̄ ergo scripsit moyses verba legis huius in volumine atqꝫ compleuit: precepit leuitis q̄ portabāt archam federis domini dicens. Tollite librum istum et ponite illū in latere arche federis dñi dei vestri. vt sit tibi contra te in testimoniū. Ego eñ scio cōtentionē tuā et ceruicē tuā durissimā. Adhuc viuente me: et ingrediente vobiscū semp cōtētiose egistis contra dñm Quanto magis cum mortuus fuero? Congregate ad me oēs maiores natu per trib⁹ vestras atqꝫ doctores: et loquar audiētibus eis sermones istos. et inuocabo cōtra eos celum et terram. Noui enim quia post mortem meam inique agetis. et declinabitis cito de via quā precepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tempore: quando feceritis malum in conspectu domini. vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo moyses audiente vniuerso cetu filiorum israel verba carminis huius: et ad finem vsqꝫ compleuit.

Tractus.

Attēde celum et loquar et audiat terra verba ex ore meo. Vsus. Expectetur sicut pluuia eloquium me-

um et descendat sicut ros verba mea sicut ymber super gramina et sicut nix super fenũ quia nomen domini inuocabo. ℣. Date magnificentiam deo nostro deus vera opera eius et omnes vie eiꝰ iudicia. ℣. Deus fidelis i quo non est iniquitas iustꝰ et sanctꝰ dñs. Oratio.

Deus qui nobis per prophetarum ora pcepisti temporalia relinquere atq ad eterna festinare. da populis tuis vt que a te iussa cognouimus implere celesti inspiratione valeamus. Per dñm.

Lectio ysaie pphete. iiii. Apprehendet. vt in sabbato pasche. Oratio.

Tract. Vinea fo. lxii.

Deus qui nos ad celebrandũ sancti spiritus festiuitatem vtriusq testamẽti paginis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuam vt ex perceptione presentium munerum: firma sit expectatio futurorum. Per dominũ eiusd.

Hieremie prophete. Baruch. iii.

Audi israel mãdata vite auribus percipe vt scias prudẽtiam. Quid est israel quod i terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum his q in inferno sunt dereliquisti fontẽ sapientie. Nam si in via dei ambulasses: habitasses vtiq in pace sup terram. Disce vbi sit sapientia / vbi sit virtus vbi prudentia / vt scias simul vbi sit longiturnitas vite ꝛ victus / vbi sit lumẽ oculorum ꝛ pax. Quis inuenit locum eius: ꝛ quis introiuit i thesauros eius? Ubi sunt principes gentium: et qui dominãtur super bestias que sũt super terram. Qui in auibus celi ludunt. q argentum thesaurizant: ꝛ aurum in quo confidunt homines et non est finis possessiõis eorum. Qui argentum fabricant et solliciti sunt nec est inuentio operum illorum. Et tamen exterminati sunt: et ad inferos descenderũt: et alii in locũ illorum surrexerũt. Iuuenes viderunt lumen: et habitauerunt sup terrã. Uiam autem discipline nescierunt / neq intellexerunt semitas eius. neq susceperunt eam filii eorum. A facie eorum longe facta est. Non est audita in chanaaz. neq visa est in theman. Filii quoq agar qui exquisierunt prudentiam que de terra est negociatores terre et theman. Et fabulatores et exq̃sitores prudentie et intelligentie. viam autem sapientie nescierũt / neq meminerunt semitarum eiꝰ. O israel q̃ magna domus dei ꝛ ingens locus possessionis eiꝰ. Magnꝰ ꝛ nõ habet consummationem: excelsus et immensus. Ibi fuerũt gigantes nominati: illi qui ab initio fuerunt statura magna sciẽtes bellum. Non hos elegit dominus neq viam discipline inuenerunt propterea perierunt. Et quoniam nõ habuerunt sapientiã: interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in celo. ꝛ accepit eam ꝛ deduxit eam de nubibus? Quis trãsfretauit mare et inuenit eam et attulit eam super aurum electum? Non est qui sciat viam eius: neq q excogitet semitas eiꝰ. Sed qui scit vniuersa nouit illam: ꝛ adinuenit eam prudẽtia sua. Qui perfecit terram in sempiterno tempore: et adimpleuit eam vipedibꝰ et quadrupedibus. Qui emittit lucem et vadit. Uocauit eam: et audiuit eum in tremore. Stelle autem dederũt lumen in custodiis suis et letate sunt. Uocate sunt et dixerunt: Assumus. Et luxerunt ei cum iocũ

ditate: qui fecit illas. Hic est deus noster: et non estimabitur alius ad alium. Hic adinuenit omnem viã discipline. et dedit illam iacob filio suo: et israel dilecto suo. Post hec su per terram visus est: et cum homi nibus conuersatus est. Tractus. Vi nea facta. require sabbato pas. Oratio.

Deus incommutabilis virt' et lumen eternum: respice propici' ad totius ecclesie mirabi le sacramentum. et da famulis tu is: vt quod deuote agimus: etiam rectitudine vite teneamus. Per. Tract'. Sicut ceruus. Requ re sabba. pasche.

Concede quesum' omnipo tens deus: vt qui solennita tem doni sancti spiritus colimus: celestibus desideriis accensi / fontẽ vite sitiam'. dominum nostrum iesum christum filium tuum. Post ea incipiantur letanie et itur ad fontes et fit benedictio aque et omnia fiunt vt in sabbato pasche. Et cum redierint incipiatur missa hoc modo. Kyrieleyson. iii. Christe eley son. iii. Kyrieleyson. iii. Gloria in excel sis deo. Oratio.

Presta quesumus omnipo tens deus: vt claritatis tue super nos splendor effulgeat. et lux tue lucis corda eorum qui per gra tiam tuam renati sunt sancti spiri tus illustratione confirmet. Per. ¶ Lectio actuum apostolorum. xix.

In diebus illis. Factum est cum apollo esset corinthi: et paulus peragratis superioribus partibus veniret ephesum: et inue niret quosdam discipulos / dixit ad eos. Si spiritum sanctum accepi stis credentes? At illi dixerunt: ad eum. Sed neque si spiritussanct' est: audiuim'. Ille vero ait. In quo er go baptizati estis? Qui dixerunt. In iohannis baptismate. Dixit au tem paulus. Iohãnes baptizauit baptismo penitentie populum: di cens in eum qui ventũrus esset post ipsum: vt crederent hoc est in iesũ. His auditis baptizati sunt in no mine domini iesu. Et cum impo su isset illis manus paulus: venit spi ritussanctus super eos et loqueba tur linguis et prophetabant. Erãt autem omnes viri fere duodecim. Introgressus autem synagogam cum fiducia loq̃batur per tres mẽ ses. Disputans et suadẽs de regno dei alleluya. V. Cõfitemini domino quo niam bonus quoniam in seculum misericor dia eius. Tractus.

Laudate dominũ omnes gentes et collaudate eum om nes populi. V. Quoniam confirmata est sup nos misericordia eius et veritas domini ma net ineternũ. ¶ Secundũ iohannem. xiiii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si diligitis me: mãdata mea seruate. Et ego rogabo patrẽ. et aliũ paraclitũ da bit vobis: vt maneat vobiscũ ieter num spm̃ veritatis quẽ mũd' acci pere non potest: quia non videt eũ nec scit eum. Vos aũt cognoscetis eũ q2 apud vos manebit et in vobis erit. Nõ relinquam vos orphanos veniam ad vos. Adhuc modicum: et mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo et vos viuetis. In illo die vos cogno scetis quia ego sum in patre meo: et vos in me et ego i vobis. Qui ha bet mandata mea et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem dili git me: diligetur a patre meo. Et ego diligam eum: et manifestabo ei meipsum. Credo. Offert. Emitte spiritum tuũ et creabuntur et renouabis faci em terre sit glia dñi inscła alła. Secreta

Munera quesumus domine oblata sanctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratiōe emūda. Per dominum. In vnitate eiusdem. Prefatio. Qui ascēdens. Communicantes. et Hanc igitur. et sic ad vtramqz missam per totam ebdoma. Communio. Ultimo festiuitatis die dicebat iesus qui in me credit flumina de ventre eius fluent aque viue. hoc autē dicit de spiritu quē accepturi erāt credētes in eū alla alla. Postcō.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum. eiusdem. In die sancto penthecostes nulla missa matuti. nec asp̄sio aque fiat qꝛ de p̄cedēti asp̄sa fuit. Ad p̄cess. Salue festa dies. Intrando chorum. ān. de Benedictus. Ad missam. Officium.

Spiritus domini repleuit orbem terrarum alleluya et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis alleluya alleluya alleluya. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiāt qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratiōe docuisti: da nobis in eodē spiritu recta sapere. et de eius semper consolatione gaudere. Per dominum. Lectio actuum apostolorum. ii.

In diebus illis. Dū complerētur dies pēthecostes erāt omnes discipuli pariter eodem loco. Et factus est repente de celo sonus tanq̄ aduenientis spiritus vehemētis: et repleuit totam domū vbi erant sedentes. Et apparuerūt illis disp̄tite lingue tanq̄ ignis seditqz supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritusancto: et ceperunt loqui variis linguis: prout spiritussanctus dabat eloqui illis. Erant autem in hierusalem habitantes iudei viri religiosi: ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce: conuenit multitudo et mente confusa est: quoniam audiebat vnusquisqz ligua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes: et mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilei sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisqz linguam nostram in qua nati sumus? Parthi/et medi/et elamite. Et qui habitant mesopotamiam/iudeā/et capadociam/ponthum/et asyā/frigiam et pamphiliam/egyptum et partes libye: que est circa cyrenē et aduene romani. Iudei quoqz et proseliti. cretes et arabes. audiuimus eos loquentes nostris liguis magnalia dei. Alleluya. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre. Alleluya. ℣. Paraclitus spiritussanctus quem mittet pater in nomie meo ille vos docebit omnem veritatem. Sequentia.

Sancti spiritus assit nobis gratia. Que corda nostra sibi faciat habitacula. Expulsis inde cūctis viciis spiritalibus. Spiritus alme illustrator omniū. Horridas nostre mentis purga tenebras. Amator sancte sensatorum semper cogita tuum. Infunde vnctionem tuam clemens nostris sensibus. Tu purificator omnium flagitiorum spiritus. Purifica nostri oculum interioris hominis. Ut videri supremus genitor possit a nobis. Mundi cordis quem soli cernere possūt oculi. Prophetas tu inspirasti vt p̄conia christi precinuissent inclita. Apostolos confortasti. vti tropheum christi per totum mundum ve

P Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis: a templo tuo quod est in hierusalem.

Sedm. Alla. ℣ Sps dni. fo. lxxxviii.

herēt. Quando machinam per verbum suum fecit deus celi terre marisq̨ Tu super aquas fotur⁹ eas numen tuum expandisti spiritus. Tu animabus viuificandis aquas fecūdas. Tu aspirando das spiritales esse homines: Tu diuisum per linguas mundum et ritus adunasti domine. Idolatras ad cultum dei reuocas magistrorum optime. Ergo nos supplicantes tibi exaudi ꝓpici⁹ sancte spiritus. Sine quo preces omnes casse creduntur et indigne dei auribus. Tu qui omnium seculorū sanctos. Tui nominis docuisti instinctu amplectēde spirit⁹ Ipse hodie apostolos xp̄i. donans munere insolito et cunctis inaudito seculis. Hunc diem gloriosum fecisti alleluya. Secūdū iohānem. xiiii.

IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me: sermonē meū seruabit. Et pater me⁹ diliget eū et ad eū veniem⁹ ꝯ māsionē apud eū faciem⁹ Qui nō diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonem quē audistis nō est me⁹: sed ei⁹ qui misit me patris Hec locut⁹ sū vobis: apud vos manēs. Paraclitus autem spiritus sanct⁹ quē mittet pater ī nomine meo ille vos docebit oīa: et suggeret vobis omnia quecunq̨ dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meā do vobis. Non quomodo mūdus: dat ego do vobis. Non turbetur cor vestrum: neq̨ formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos Si diligeretis me gauderetis vtiq̨ quia vado ad patrem quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cū factum fuerit credatis. Iam non multa: loquar vobiscū. Venit enim princeps mundi huius: ꝯ ī me nō habet quicq̄. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem et sicut mandatum dedit michi pater: sic facio. Credo. Offr̄ Cōfirma hoc deus quod operaus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalē tibi offerent reges munera allā. Secreta:

MUnera quesumus oblata sanctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dominum in vni. eiusdem:

Cōio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spūs vehemētis vbi erāt sedentes alleluya et repleti sunt oēs spū sctō loquētes magnalia dei alleluya alleluya. Postcōmunio.

SAncti spirit⁹ domine corda nostra mūdet infusio: ꝯ sui roris intima aspersiōe fecūdet. Per dominū. In vni eiusdem. Feria .ii. et per oēs oct. excepta feria. v. fiet missa matutina. de die penthe. Ad magnā missā. Officiū.

CIbauit eos ex adipe frumenti alleluya et de petra melle saturauit eos alleluya alleluya allā. ps Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Cibauit eos. Glīa patri. Oratio.

DEus qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum concede plebi tue petitionis effectum vt quibus dedisti fidem largiaris ꝯ pacem. Per dominum eiusdem. Lectio actu. apostolo. decimo.

IN diebus illis: Aperiēs petrus os suum dixit. Viri fratres nobis precepit dominus predicare populo et testificari: quia ipse est qui cōstitut⁹ est a deo iudex viuorum et mortuorum. Huic omnes prophete testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credūt in eum. Adhuc loquente petro verba hec: cecidit spiritus sanctus sup

omnes qui audiebāt verbum. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles qui venerant cum petro: quia et in nationes gratia spiritussancti effusa est. Audiebāt enim illos loquētes linguis: et magnificantes deū. Tunc respondit petrus. Nunquid aquā quis prohibere potest vt non baptizentur hi qui spiritum sanctū acceperūt sicut et nos. Et iussit eos baptizari in nomine dñi nostri iesu christi. Alleluya. ℣. Emitte spiritū tuum et creabuntur et renouabis faciem terre. Alleluya. ℣. Spiritus domini repleuit orbē terrarum et hoc cōtinet oīa sciētia habet vocis. Allā Sequentia.

Eya musa die queso cretā preclara chorea. Glādifica taqꝫ libens perstrepe organa. Ast modulās tibia resultet plectro laudum leta carmina. Nostraqꝫ caterua huius diei euprepia. Paracliti carisma hac die alunnos xp̄i ditat. Facto repente sono linguis dei fantur magnalia. Vesano plena ructu perfidia musto alūnos madere putat spirit⁹ gratia ardētes quos reddit feruida. Anastasi pacta quinquagena misticus penetrarat spiritus pectorum intima opido reddens flamātia. Mox egressi omnes vna tetra pagrant arua diffundentes verbi semina. Mistica patrantes signa superno rore noua bibula madidant itima. Ecce xp̄e nunc caterua tua. In hac aula decantāt cantica. Vt celesti permixta agmini in discrete dicat noua tibi promēs carmina. Sit perēnis domino gloria. Dec⁹ honor potestas per secla Qui tribuit spiritus gratiam oīb⁹ per arua qui sequuntur eius monita. Poscimus oēs tua supplices magnalia. Vt sanctus nostra spiritus emundans intima. Illustret clare sophia. alleluya. ¶ Scđm ioħā. iii. c.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Sic deus dilexit mundum: vt filiū suū vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum nō pereat: sed habeat vitam eternam. Non enim misit deus filium suū in mundū vt iudicet mūdum: sed vt saluetur mundus per ipsum Qui credit in eum: non iudicatur. Qui aūt nō credit: iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filii dei. Hoc ē autem iudicium quia lux venit in mundū et dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucē. Erant enim eorū mala opera Omnis enī qui male agit odit lucē. Et non venit ad lucem vt nō arguātur opera eius Qui autem facit veritatem: venit ad lucē vt manifestentur opera eius: quia in deo sunt facta. Credo. Offertorium Intonuit domin⁹ de celo et altissimus dedit vocē suā et apparuerūt fontes aquarum. Secr.

Propicius dñe quesum⁹ hec dona sanctifica: et hostie spūalis oblationes suscepta nosmetipsos tibi perfice munus eternum Per. Cō. Spūssctūs docebit vos allā quecūqꝫ dixero vobis alleluya alleluya. Postcoīo.

Adesto q̄s domine populo tuo: et quem misteriis celestibus imbuisti: ab hostium furore defende. Per dominum. ¶ Feria. iiii. Officium.

Accipite iocunditatem glorie vestre alleluya gratias agentes deo alleluya qui vos ad celestia regna vocauit alleluya alleluya alleluya. ps. Attēdite popule meus legem meam inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

Assit nobis dñe quesumus virtus spūssācti q̄ et corda

nostra clemēter expurget ꝛ ab om
nibus tueatur aduersis. Per eiusdē
Actuum apostoloꝝ. viii. capitulo.
IN diebus illis. Cum audis-
sent apostoli: qui erant hie-
rosolimis: quia recepisset samaria
verbū dei: miserunt ad eos petrū
et iohānem. Qui cum venissēt ora-
uerunt p ipsis vt acciperant spiri-
tūsanctum. Nōdum enim inquē-
ꝗ illoꝝ venerat: sed baptizati tm̄
erant in nomine dn̄i iesu. Tunc im
ponebant man⁹ sup illos: ꝛ accipie
bant spm̄ sanctum. Allā. ℣. Emitte spi-
ritū tuū et creabūtur et renouabis faciē terre
Alleluya. ℣. Loquebantur varii linguis apo
stoli magnalia dei. Sequentia.
ALmiphona iam gaudia ce-
li rutilāt per climata. Elo-
giantur cuncta bona. Pneumatis
afflacta sacri flama replētur hodie
quis piorum a fabre corda pura. Re
nouātur nanqꝫ festa illa Tipicalia
dudum in syna moysi consignata
O beata et ṽa gaudia homo cum
celsa petit de⁹ et yma. In ignis for
ma. pace namqꝫ hodie i vera sunt
copulata duo animalia. Superna
yma. Theologa neumata concre-
pet vtriusqꝫ dyapasō vera. Cheru-
bin etherea seraphi atqꝫ cūcta igni
coma turba. Tuba iubilea timpa-
nizet rupta vinclā. Prius terrige-
nam detineant que noxam drag-
mam. Nunc vos michael satrapa
gabriel vera polixedās nūcia Nos
terrigenas vernullas ferte in ve-
stras policas officinas. Nunc ergo
cuncta superna iuncta phalanga.
Benedicat sanctum pneuma. Uo
ce sonora. Cuius et munera cōpta
testula rubra repēdat vera sibola
En armonica. Esse vltima vel par
ticula mereamur ei⁹ in aula. Amē

Allā. ℣. Veni sce spiritus. fo. lxxxix.

omnia sub iugant piū agmina mē
te pura iam nunc redempta. Rite
canendo alleluya. Se. iohannem. x
IN illo tēpore: Dixit iesus di
scipulis suis. Amen amē di
co vobis: qui non intrat per hostiū
in ouille ouiū. sed ascēdit aliunde il
le fur ē et latro. Qui autem intrat
per hostiū pastor est ouiū. Huic ho-
stiarius aperit: et oues vocem eius
audiunt. Et proprias oues vocat
nominati: et educit eas. Et cū pro
prias oues emiserit: ante eas vadit
et oues eū sequūtur: quia sciunt vo
cem eius. Alienū autem nō sequū-
tur: sed fugiunt ab eo: qꝛ non noue
runt vocem alienoꝝ. Hoc prouer-
biū: dixit ei ies⁹. Illi aūt non cogno
uerunt quid loqueretur eis. Dixit
ergo eis iterū iesus. Amē amen di-
co vobis: quia ego sū hostiū ouium
Omnes quotquot venerunt fures
sunt et latrones: sed non audierūt
eos oues. Ego sum hostiū. Per me
si quis itroierit saluabitur: ꝛ ingre
dietur et egreditur ꝛ pascua inue-
niet. Fur non venit nisi vt furetur
et mactet et perdat. Ego veni vt
vitam habeāt: et abūdātius habe-
ant. Credo. Offꝫ. Portas celi apuit dn̄s
et illis pluit māna vt ederēt panem celi dedit
illis panem angeloꝝ māducauit hō allā
PUrificet nos quesu Secre.
mus domine muneris pre-
sentis oblatio: et dignos sacra par
ticipatione efficiat. Per dominum
Cōio. Spūs qui a pr̄e ꝓcedit allā ille me cla
rificabit allā allā. Postcommunio.
MEntes nostras quesumus
domine spiritussanctus di-
uinis reparet sacramentis: quia ip
se est remissio omnium delictorum
Per dominum. Feria quarta. quatuor tē
porum. Officium.

Deus cum egredieris coram populo tuo allã iter faciens eis alleluya habitans in illis alleluya alleluya. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderũt eũ a facie eius Dicitur. Gloria in excelsis. Oratio sine. Dñs vobiscũ

Mentes nostras q̃s domine paraclitus qui a te procedit illuminet: et inducat i omnem sicut tuus pmisit filius veritatem iesus christus dominus noster qui tecum eiusdem spiritussan. Lectio libri sapientie. Primo.

Diligite iusticiam qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate: et in simplicitate cordis querite illũ. Quoniam inuenitur ab his qui nõ tentant illũ: apparet autẽ eis qui fidem habẽt in illum. Peruerse enim cogitationes separẽt a deo: probata autem virtus corripit insipientes. Quoniam in maliuolam aĩam nõ introibit sapientia: nec habitabit i corpore subdito peccatis. Sãctus enim spiritus discipline effugiet fictũ: et auferet se a cogitationibus que sũt sine intellectu: et corripietur a superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientie: et non liberabit maledictũ a labiis suis. Quoniã renũ illi9 testis est deus: et cordis ei9 scrutator est verus: et lingue eius auditor. Qm̃ spũs domini repleuit orbẽ terrarum: et hoc quod cõtinet omnia sciẽtiã habet vocis Allã. V9. Emitte spm̃ tuũ et creabũtur et renouabis faciem terre. Oratio. cum. Dominus vobiscum. Oremus.

Presta q̃s omnipotẽs et misericors deus: vt spiritussãctus adueniens templum nos glorie sue dignanter inhabitando perficiat. Per dominum eiusdem. Lectio actuum apostolorum. quinto.

In diebus illis. Per man9 aũt apostolorum fiebãt signa et prodigia multa in plebe: et erãt omnes vnanimiter in porticu salomonis. Ceterorum autem nemo audebat se coniungere illis sed magnificabat eos popul9. Magis autem augebatur credẽtium in domino multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateis eiicerent infirmos et ponerẽt in lectulis et grabatis vt veniente petro: saltẽ vmbra illius obũbraret quẽq̃ illorum et liberarentur ab ĩfirmitatib9 suis. Concurrebat autem multitudo vicinarũ ciuitatum: afferẽtes egros et vexatos a spiritibus immundis qui currabantur omnes. Allã. V. Spirit9 sanctus procedẽs a throno apostolorum pectora inuisibili hodie perlustrauit potentia. Sequentia.

Veni spirit9 eternorũ alme Mentes tuorum visita iacentes egras moribus. Imple superna gratia q̃ tu creasti pectora. Qui altissimi donũ dei diceris. Fõs ppetuus spiritalis vnctio. Tu promissum patris oĩpotentis munus esse crederis. Apostolos tu linguis fundasti sanctos igneis. Lumen de te cordibus infunde perẽne firmans miseros. Uerum offer amorẽ. Muneraq3 caritatis plurima. Hoste repelle inuidum daq3 frui pace superna. Ut duce tecum preuio valem9 scandere ad ethera conuexa. Secundum iohannem. sexto.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit illum. Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Et scri

ptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit a patre et didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quisquam: nisi is qui est a deo. hic vidit patrē. Amen amen dico vobis: qui credit ī me habet vitā eternam. Ego sum panis vite. Patres vestri manducauerūt mānā ī deserto: et mortui sūt. Hic est panis de celo descēdens. vt si quis ex ipso manducauerit: non moriatur. Ego sum panis viuus: qui de celo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane. viuet ī eternum Et panis quē ego dabo caro mea est pro mūdi vita. Credo. Offer. Emitte spm̄ tuū et creabūtur et renouabis faciē terre sit glia domini in secula allā. Secreta.

Suscipe quesumus domine munus oblatū et dignanter operare vt quod misteriis agimus piis effectibus celebremus. Per dominū. Coio. Pacē meā do vobis allā pacem relinquo vobis allā allā. Postcommunio.

Sumentes domine celestia sacramenta quesumus clementiam tuam: vt quod temporaliter gerimus: eternis gaudiis consequamur. Per dominum nostrum

Feria quinta. nulla missa matutinalis. Ad missam. Officium

Spiritus domini repleuit orbem terrarū alleluya et hoc quod continet oīa sciētiā habet vocis alleluya alleluya alleluya. ps. Exurgat deus et dissipētur inimici eius et fugiāt qui oderūt eū a facie eius

Deus qui hodierna Oratio die corda fideliū sancti spiritus illustratione docuisti da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Per dominum nostrum.

Lectio actuum apostolorum. tercio.

ffe. v. Missa tota ut i do[minic]a precedenti. fo. lxxxvi.

In diebus illis. Philippus descendens ī ciuitatem samarie: pdicabat illis xpm. Intēdebāt aūt turbe his q a philippo dicebantur: vnanimiter audientes et vidētes signa que faciebat. Multi enim eorū qui habebant spiritus īmundos clamātes voce magna exibāt Multi autem paralitici: et claudi curati sūt. Factū ē ergo magnū gaudiū in illa ciuitate. Allā. V. Emitte spiritum tuū et creabūtur et renouabis faciē terre. Allā. V. Paraclitus spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnem veritatem. Sequentia.

Ueni sancte spiritus et emitte celitus lucis tue radium Ueni pater pauperum veni dator munerum veni lumē cordiū. Cōsolator optime dulcis hospes aīe dulce refrigerium. In labore requies in estu temperies in fletu solatiū. O lux beatissima reple cordis intima tuorum fidelium. Sine tuo numine nichil est in lumine nichil est innoxium. Laua quod est sordidum riga quod est aridum sana quod est saucium. Flecte quod est rigidum foue quod est frigidum rege quod est deuium. Da tuis fidelibus in te confidentibus sacrum septenarium. Da salutis exitum da virtutis meritum da perenne gaudium Amen. Secundum lucam. ix.

In illo tempore. Conuocatis iesus duodecim apostolis: dedit illis virtutē et potestatē sup omnia demonia: et vt languores curarent. Et misit illos predicare regnum dei et sanare īfirmos Et ait ad illos. Nichil tuleritis in via neque virgā neque perā neque panē neque pecuniā neque duas tunicas habeatis. Et in quācunque domū intra

ueritis: ibi manete et inde ne exeatis. Et quicunqꝫ nõ receperint vos exeũtes de ciuitate illa etiã puluerem pedum vestroꝛum excutite in testimoniũ supꝛa illos. Egressi autem circuibant per castella euãgelizãtes: et curantes vbiqꝫ. Offertoꝛiũ.
Cõfirma hoc deus quod opatus est in nobis a templo tuo quod est in hierusalem tibi offerẽt reges munera alleluya. Secreta.

Virtute sancti spiritus dñe munera nostra cõtinge vt quod solennitate pꝛesenti nomini tuo dedicauit: et intelligibile nobis faciat et eternum. Per dominũ eiusdem. Cõio. Factus est repẽte de celo sonus aduenĩetis spũs vehemẽtis vbi erãt sedẽtes allã et repleti sunt oẽs spũ sancto loquentes magnalia dei allã allã. Postcõio.

Sacramentis celestibus domine operante spiritusancto vicia nostra purgentur: vt muneribus tuis possimus semper aptari. Per dominum eiusdem. ¶ Feria. sexta. Ad missam. Officium.

Repleatur os meum laude tua alleluya vt possi cantare alleluya gaudebunt labia mea dum cãtauero tibi alleluya alleluya. ps In te domine speraui nõ cõfũdar i eternũ: i iusticia tua libera me et eripe me Oratio.

Da quesumꝰ ecclesie tue misericoꝛs deus: vt sancto spiritu congregata: hostili nullatenꝰ incursione turbetur. Per eiusdem
¶ Lectio actuum apostoloꝛum. ii.

In diebus illis. Aperiẽs petrus os suum dixit. Viri israelite: audite verba hec. Iesũ nazarenum virum appꝛobatum a deo in vobis virtutibus et pꝛodigiis et signis: que fecit per illum deus i medio vestri sicut vos scitis hũc definito consilio et pꝛesentia dei traditum per manus iniquoꝝ affligẽtes in terremistis. Quem deus suscitauit solutis doloꝛibꝰ iferni iuxta quod ipossibile erat teneri illũ ab eo. Dauid enim dicit in eum. Pꝛouidebam dominum coꝛam me semper quoniam a dextris est michi: nec cõmoueat. Pꝛopter hoc letatum est coꝛ meum ⁊ exultauit lingua mea: insup et caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meã in inferno: nec dabis sanctũ tuũ videre coꝛruptionem. Notas michi fecisti vite: replebis me iocunditate cũ facie tua Allã. V. Emitte spiritũ tuũ ⁊ creabuntur. Et renouabis faciem terre. Alla. V. Veni scẽ spiritus reple tuoꝛum coꝛda fideliũ et tui amoris in eis ignẽ accẽde. Sequentia. Veni sancte ¶ Secundum lucam. v. c.

In illo tempoꝛe. Factum ẽ in vna dierum: et iesus sedebat docens. Et erant pharisei sedentes et legisdoctoꝛes qui venerant ex omni castello galilee et iudee et hierusalem: ⁊ virtus erat domini ad sanandum eos. Et ecce viri poꝛtantes in lecto hominem qui erat paraliticus et querebant illũ inferre ⁊ ponere ante illum. Et nõ inuenientes qu a parte illũ inferrent pꝛe turba: ascenderunt supꝛa tectum et per regulas submiserũt illum cum lecto in medio ante iesũ Quoꝛum fidem vt vidit dixit. Homo remittũtur tibi peccata tua. Et acceperũt cogitare scribe ⁊ pharisei dicentes. Quis est hic qui loquitur blaphemia. Quis potest dimittere peccata nisi solus deus. Vt cognouit autẽ iesus cogitationes eoꝛum respõdens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in coꝛdibus vestris.

Quid est facilꝰ dicere dimittuntur tibi peccata an dicere surge et ambula. Ut autē sciatis quia filius hominis habet potestatē in terra dimittēdi peccata: ait paralitico. Tibi dico surge. Tolle lectū tuū: ⁊ vade in domū tuā. Et confestim surgens corā illis: tulit lectū in quo iacebat et abiit in domum suam magnificans deum. Et repleti sūt timore dicentes: quia vidimus mirabilia hodie. Credo. Offr. Lauda aīa mea dominum laudabo dn̄m ī vita mea psallam deo meo q̄diu ero alleluya. Secreta.

Sacrificia domine tuis oblata conspectibus ignis ille diuinꝰ absumat: qui discipulorum xp̄i tui per sp̄m̄ sanctum corda succendit. Per eundem eiusdem. Cōio. Sp̄ūs vbi vult spirat ⁊ vocē eius audis allā̄ et nescis vnde veniat aut quo vadat alleluya alleluya alleluya. Postcommunio.

Sumpsimus dn̄e sacri dona misterii humiliter deprecā tes: vt que ī tui nominis cōmemoratione facere precepisti: in nostre proficiāt infirmitatis auxiliū. Qui viuis. Sabbato. Officium.

Caritas dei diffusa est ī cordibus vestris allā̄ p inhabitantē spiritum eius in vobis alleluya alleluya. Ps. Dn̄e deus salutis mee ī die clamaui: et nocte corā te. Glia in excelsis. Dr̄o sine. Dominus vobiscum. Et non dicitur. Dn̄s vobiscū. vsq̄ ad vltimam orationem. Oratio.

Mentibus nostris quesumꝰ domine spiritū sanctum benignꝰ īfunde: cuius et sapientia cōditi sumus: et prouidentia gubernamur. Per dn̄m. Lctō iohelis pphete.

Hec dicit dominus deus. iii. ca. Effundā sp̄m̄ meum super omnem carnē et prophetabūt filii vestri et filie vestre. Senes vestri sōnia somniabunt: et iuuenes vestri visiones videbunt. Sed et super seruos meos et ancillas meas in diebꝰ illis effundam spiritū meum. Et dabo prodigia in celo: et in terra sanguinem et ignē et vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras: et luna in sauguinem anteq̄ veniat dies dn̄i magnus et horribilis. Et erit omnis quicunq̄ inuocauerit nomen domini: et saluꝰ erit. Allā̄. V. Emitte spiritum tuum et creabūtur et renouabis faciem terre. Oratio.

Illo nos igne quesumꝰ domine spiritussanctus inflā met quē dominus noster iesus christus misit ī terram: et voluit vehementer accendi. Qui tecum eiusdē.

¶ Lectio libri leuitici. xxiii.

In diebus illis. Locutus est dominus ad moysem dicēs Loquere filiis israel: ⁊ dices ad eos Cum ingressi fueritis terrā quam ego dabo vobis et messueritis segetem: feretis manipulos spicarum primicias messis vestre ad sacerdotē. Qui eleuabit fasciculū corā dn̄o vt acceptabilis sit pro vobis altera die sabbati: et sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso die in quo obtulistis manipulos primitiarum septem ebdomadas plenas vsq̄ ad alteram diem expletionis ebdomade septime: et sic offeretis sacrificiū nouū dn̄o ex omnibus habitaculis vestris. Panes primitiarum duos: de duabus decimis simile quos eleuabit sacerdos corā dn̄o Et vocabitis hūc diē celeberrimū atq̄ sanctissimū. Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimū sempiternum erit in cunctis habitaculis et generationibꝰ vestris ait dn̄s

Primū R. Protector nr. fo. xxiiii.

Gcdm̄ ℟. Pvia.ᵒ fo. xxiiij

omnipotēs. Allā. ℣. Ueni sācte spiritus reple tuoꝝ corda fideliū ꝛ tui amoris i eis ignē accēde. Orō.

D Eus qui ob animarum medelā ieiunii deuotione castigari corpus precepisti concede nobis propicius: et mente et corpore semper tibi esse deuotos per dn̄m. Lctō libri deuteronomij. xxvi.

I N diebus illis. Locutus est moyses ad filios israel dicēs Audi israel q̄ ego p̄cipio tibi hodie. Cum intraueris terram quā dn̄s deus tibi daturus est possidendā et obtinueris eā atq3 habitaueris i illa: tolles de cunctis frugibus tuis primitias et pones in cartallo. Pergesq3 ad locū quē dn̄s deus tuᵒ elegerit vt ibi inuocetur nomen eius Accedesq3 ad sacerdotē qui fuerit in diebus illis: et dices ad illum. Profiteor hodie corā domino deo tuo qui exaudiuit nos et respexit hūilitatem nostram ꝛ laborā atq3 āgustiam et eduxit nos de egypto i manu forti et brachio extento in i gēti pauore in signis atq3 portētis. et introduxit ad locum istum et tradidit nobis terram lacte ꝛ melle manantem. Et idcirco nūc offero primitias frugū terre. quam dominᵒ deus dedit michi. Et dimittes eas in cōspectu domini dei tui et adorato domino deo tuo: epulaberis in omnibus bonis. que dominus deᵒ tuus dederit tibi. Allā. ℣. Paraclitus spiritᵒ sanctus quē mittet pater ī noīe meo ille vos docebit omnē veritatē. Oratio

Tex. ℟. Coīte. fo. xxiiii.

P Resta quesumus omnipotens deus: vt salutaribᵒ ieiuniis eruditi: ab omnibus etiā viciis abstinētes propitiationē tuā facilius impetremus. Per dn̄m. Leuitici. xxvi.

I N diebus illis. Dixit dominus ad moysē Loquere filiis israel: ꝛ dices ad eos. Si ī preceptis meis ābulaueritis ꝛ mādata mea custodieritis et feceritis ea dabo vobis pluuiam temporibᵒ suis et terra gignet germen suum et pomis arbores replebūtur. Apprehendet messiū tritura vindemiam: et vindemia occupabit sementem. Et comedetis panē vestrū in saturitate ꝛ absq3 pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacē in finibus vestris. Dormietis et nō erit qui exterreat. Auferā malas bestias a vobis: et gladius non trāsibit terminos vestros. Persequimini inimicos vestros: et corruent corā vobis. Persequētur quinq3 de vestris cētum alienos: et centum ex vobis decē milia. Cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio. Respiciam vos et crescere faciam multiplicabimini et firmabo pactū meum vobiscum. Et comedetis vetustissima veteꝝ ꝛ vetera nouis superuenientibᵒ proiicietis. Ponam tabernaculum meum ī medio vestri et nō abiiciet vos vltra anima mea. Et ābulabo inter vos et ero vester deus: vosq3 eritis populᵒ meus. Dicit dominus omnipotens. Allā. ℣. Laudate pueri dominum laudate nomen domini. Oratio.

P Resta quesumus omnipotens deus sic nos ab epulis carnalibus abstinere: vt a viciis irruentibus pariter ieiunemus. Per dominum nostrum. I n diebus illis. Angelus domini descendit cum azaria et sociis eius. Legitur tota vt in aduentu. Allā Bn̄dictus es dn̄e deus patruꝫ nostroꝝ ꝛ laudabilis in secula. Dominus vobiscum. Oremus.

D Eus qui tribus pueris mitigasti flamas igniū concede

Offri. ℟. Dirigatur. fo. xxiiij.

propicius: vt adueniēte spiritu sācto nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per. Nulle dicuntur collecte. Lec. actuum apostolorum. xij.

IN diebus illis. Cōuenit vniuersa ciuitas audire verbū domini. Videntes autem turbas iudei: repleti sunt zelo/ et contradicebant his que a paulo dicebātur blasphemantes. Tunc cōstanter paulus et barnabas: dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbum dei: sed quoniam repulistis illud/ et indignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gentes. Sic enī precepit nobis dominus. Posuit te in lucem gentiū vt sis in salutē vsq̃ ad extremū terre. Audientes autē gētes: gauise sūt et glorificabāt verbū domini. Et crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam eternā. Disseminabātur autē verbū dñi per vniuersam regionē. Iudei autem cōcitauerūt religiosas mulieres et honestas. et primos ciuitatis: et excitauerūt persecutionē in paulū et barnabam: et eiecerunt illos de finib⁹ suis. At illi excusso puluere pedum in eos: venerunt yconium. Discipuli autem replebantur gaudio: et spiritu sancto. Alleluya. V. Dum complerentur dies penthecostes erāt omnes pariter dicentes. Alleluya. V. Laudate dominum omnes gentes et collaudate eum omēs populi. Sequentia. Veni sancte spiritus. Secundum lucam. iiij.

IN illo tempore. Surgēs iesus de synagoga: introiuit in domum symonis. Socrus autē symonis: tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri: et dimisit illam. Et cōtinuo surgens ministrabat illis. Cū sol autem occidisset: omnes qui habebant infirmos variis languorib⁹ ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens: curabat eos. Exibant aūt demonia a multis clamantia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans nō sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse christū. Facta autem die: egressus ibat in desertum locum: et turbe requirebant eum. Et venerūt vsq̃ ad ipsum: et detinebant illum ne discederet ab eis. Quib⁹ ille ait Quia et aliis ciuitatibus: oportet me euangelizare regnum dei. Credo. Offertorium. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte corā te intret oratio mea in conspectu tuo domine. Secreta.

Ut accepta tibi sint domine nostra ieiunia presta nobis quesum⁹ huius munere sacramēti purificatum tibi pectus offerre. Per. Cōio. Non vos relinquam orphanos veniam ad vos iterum alleluya et gaudebit cor vestrum alleluya alleluya. Postcōmunio

Prebeant nobis dñe q̄s diuinum tua scā feruorem quo eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per do. Dñica. j. post pēthecostē missa matu. de do. scz Dñe i tua mīa. Ad aquā aspgendā abhic vsq̃ ad pas. Asperges me. Ad pces. R. Sūme tri. Intrādo chorū ān. Benedicta sit. Ad missam. Officiū.

Benedicta sit scā trinitas atq̃ īdiuisa vnitas cōfitebimur ei q̄ fecit nobiscū miam suā. Ps. Bñdicamus patrē et filium cum scō spū. Oratio

Omnipotens sempiterne de⁹ q̄ dedisti nobis famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere: et in potētia maiestatis adorare vnitatē: q̄s vt eiusdem fi-

Off. De⁹ dñe me⁹ fo. lxxxi

Alleluya. V. Emitte spiritum fo. lxxxvij.
Alleluya. V. Veni sce spus. fo. lxxxix.

dei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis: In qua viuis & regnas deus per omnia secula seculorum. Amen. Ad corinthios .ij. vlti.

FRatres. Gratia domini nostri iesu christi: et caritas dei et communicatio sancti spiritus: sit semper cum omnibus vobis. Amen. R. Benedictus es domine qui intueris abyssos et sedes super cherubin. V. Benedicite deum celi quia fecit nobiscu3 misericordiam suam. Alleluya. V. Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis in secula.

Sequentia.

BEnedicta sit sãcta trinitas deitas eterna pariter coequalis gloria. Deus genitor. nat9 genitus. cum sacro pneumate permanens super omne quod extat. Quibus est vna semper voluntas et a se discrepans haud vnq̃ triplicata persona. Non constat deitas vna nõ in tres deos diuisa quod fides fatetur a christo ortodoxe dedita. Hec nãqꝫ pellit delicta / patriã reddit serenam quam dulcem iubilant agmina simphoniã celica. Alti throni vestigia imitantur stolis candidata. Operiũturqꝫ binas quas captant post secli discrimina Et nos quos illustrat gratia dei supera demus nostra debita. Quatenus caterua celica nobis maneat post funera socia. Ultimoqꝫ pacto discrimine possimus altis perfrui mox palatiis. Quo perspicua lux flagrat accensa constanti flamma que deus est visio nostra & sal9 eterna. Angelorum que illustrat fortiter pectora. Ut in christo solu3 sua defigant lumina. Hec namqꝫ est illa sitis flagrans quam tunc sitiẽt aĩe sctõr vel corpora. Cũ fuerit data ppetua eis pro bonis a iudice p̃mia. Secundum iohannem. xvi.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus quem ego mittã vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum vobis: vt non scandalizemini. Absqꝫ synagogis facient vos. Sed venit hora: vt omnis qui interficit vos: arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient vobis: quia nõ nouerunt patrẽ neqꝫ me. Sed hec locutus sum vobis: vt cũ venerit hora eorũ: reminiscamini / q̃a ego dixi vobis. Credo. Offerto. Benedictus sit pater vnigenitusqꝫ dei filius sanctus quoqꝫ spirit9 q2 fecit nobiscũ miam suã. Secreta.

SAnctifica quesumus domie deus noster per sancti nominis tui inuocationem huius oblationis hostiam: et per eam nosmet ipsos tibi perfice munus eternum Per. Prefatio. Qui cum vnigeni. Cõmunio. Benedicimus deum celi et coram oĩbus viuentibus confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Postcõio.

PRoficiat nobis ad salutem anime et corporis domĩe deus huius sacramenti perceptio: et sempiterne sancte trinitatis eiusdemqꝫ indiuidue vnitatis cõfessio. In qua viuis et regnas. Per ebdo. post trinita. ad missam officium. Domine in tua mi. quere post festum eucharistie.

Sancti sacramenti festum duplex. cum octa. solenni.

Officium.

CIbauit eos ex adipe frumenti alleluya et de petra melle saturauit eos alla alla alla. Ps. Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo iacob. Gloria.

Cibauit eos. Kyrieleyson. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus qui nobis sub sacramẽto mirabili passiõis tue memoriam reliq̄sti. tribue quesum⁹: ita nos corporis et sanguinis tui sacra misteria venerari: vt redẽptionis tue fructum: in nobis iugiter sentiamus. Qui vi. Ad corinthios. j. xj.

Fratres. Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis. Quoniã dominus iesus in qua nocte tradebatur accepit panem: et gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc est corp⁹ meum: quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postq̄ cenauit dicens. Hic calix nouum testamẽtum est in meo sanguine. Hoc facite quotienscunq̄ sumitis in meam commemorationẽ. Quotienscunq̄ enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortem dñi annũciabitis donec veniat. Itaq̄ quicunq̄ manducauerit panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autẽ seipsum homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi mãducat et bibit: non diiudicans corpus domini. ℞. Oculi omnium in te sperãt domine et tu das illis escam in tempore oportuno. ℣. Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione. Alleluya. ℣. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo. Sequentia.

Lauda syon saluatorem lauda ducem et pastorem in hymnis et canticis. Quãtum potes tantum gaude q̄a maior omni laude nec laudare sufficis. Laudis thema specialis panis viuus et vitalis hodie proponitur. Quem in sacre mensa cene turbe fratrum duodene datum non ambigitur. Sit laus plena sit sonora sit iocunda sit decora mentis iubilatio. Dies enim solemnis agitur in qua mense prima recolitur hui⁹ institutio. In hac mensa noui regis nouum pascha noue legis pasche vetus terminat. Vetustatem nouitas vmbram fugat veritas noctem lux illuminat. Quod in cena christus gessit faciem dum hoc expressit in sui memoriam. Docti sacris institutis panem vinum in salutis consecramus hostiam. Dogma datur christianis q̄ in carnem transit panis et vinum in sanguinem. Quod non capis quod nõ vides animosa firmat fides p̄ter rerum ordinem. Sub diuersis speciebus signis tantum et non rebus latent res eximie. Caro cib⁹ sanguis potus manet tamẽ christus totus sub vtraq̄ specie. A sumente nõ cõcisus non confractus non diuisus integer accipitur. Sumit vnus sumunt mille q̄tum isti tantum ille nec sumptus cõsumitur. Sumũt boni sumunt mali sorte tamẽ inequali vite vel interritus. Mors est malis vita bonis vide paris sumptiõis q̄ sit dispar exitus. Facto demum sacramento ne vacilles sed memento tamen esse sub fragmẽto q̄tũ toto tegitur. Nulla rei fit scissura signi tãtũ fit fractura qua nec stat⁹ nec statura signati minuitur. Ecce panis angelorum factus cibus viatorum vere panis filiorũ nõ mittendus canibus. In figuris presignatur cũ isaac imolatur agnus pas-

che deputatur datur mãna patribus. Bone pastor panis ve iesu nostri miserere tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac videre ĩ terra viuentium. Tu qui cuncta scis et vales qui nos pascis hic mortales tuos ibi commensales coheredes ⁊ sodales fac sanctorum ciuium. ¶ Secundum iohannem. vj.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum Caro mea vere est cibus. et sãguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet ⁊ ego in eo. Sicut misit me viuens pater: ⁊ ego viuo propter patrem. Et qui manducat me: et ipse viuet ꝓpter me. Hic est panis ꝗ de celo descendit. Non sicut mãducauerunt patres vestri manna: ⁊ mortui sunt. Qui manducat hunc panẽ: viuet ineternum. Credo. Offerto. Sacerdotes incensum dñi ⁊ panes offerũt deo. et ideo sancti erunt deo suo et non polluent nomen eius alleluya. Secreta.

Ecclesie tue q̃s dñe vnitatis et pacis propicius dona concede. que sub oblatis muneribꝰ mistice designantur. Per. Prefatio. Per incarna Cõio. Quotienscunqꝫ mãducabitis panẽ hunc ⁊ calicem bibetis mortem dñi annũciabitis donec veniat itaqꝫ quicũqꝫ mãducauerit panẽ vel biberit calicẽ dñi indigne reꝰ erit corpis et sanguinis dñi alla alla.

Hac nos quesumus Postcõio. domine diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri: quã preciosi corporis et sanguinis tui temporalis perceptio prefigurat. Qui viuis. ¶ Dominica infra octa. et per octa. omnia sicut in die preter sequentiam que nõ dicitur nisi in die tamen dicitur pro sequẽtia. Ecce panis angelorum. per octabas

¶ Dominica prima post trint. Officium.

Domine in tua misericordia sꝑaui exultauit cor meum ĩ salutari tuo cãtabo domino ꝗ bona tribuit michi. Ps. Usqꝫquo domine obliuisceris me in finem. vsqꝫquo auertis faciem tuã a me. Oratio.

Deus in te sperantium fortitudo adesto propicius inuocationibus nostris: et quia sine te nichil potest mortalis infirmitas: presta auxilium gratie tue: vt ĩ exequendis mandatis tuis et voluntate / tibi et actione placeamꝰ. Per dominum nostrum. ¶ Lectio epistole btĩ iohannis apostoli .j. iiij.

Karissimi. Deꝰ caritas est. In hoc apparuit caritas dei in nobis: quoniam filium suũ vnigenitũ misit deꝰ in mũdũ: vt viuamꝰ ꝑ eũ. In hoc est caritas: nõ quasi nos dilexerimus deũ: sed qm̃ ipe prior dilexit nos ⁊ misit filiũ suũ ꝓpiciationem pro peccatis nostris. Carissimi. sic deus dilexit nos: et nos debemus inuicem diligere. Deum nemo vidit vnq̃. Si diligamꝰ inuicẽ: deꝰ in nobis manet / ⁊ caritas eiꝰ in nobꝫ ꝑfecta est. In hoc ĩtelligimꝰ qm̃ in eo manemus ⁊ ipe in nobis: qm̃ de spũ suo dedit nobꝫ. Et nos vidimꝰ ⁊ testificamur: qm̃ pr̃ misit filiũ suum saluatorẽ mũdi. Quisq̃s cõfessus fuerit qm̃ iesus est filiꝰ dei: deus ĩ eo manet ⁊ ipe in deo. Et nos cognouimꝰ ⁊ credidimꝰ caritati quã habet deꝰ in nobis. Diuisio. Deꝰ caritas est: ⁊ ꝗ manet in caritate / in deo manet ⁊ deꝰ in eo. In hoc ꝑfectã est caritas nobiscũ vt fiduciã habeamꝰ in die iudicii. qꝛ sicut ille est / et nos sumꝰ in hoc mũdo. Timor nõ est in caritate: sed ꝑfecta caritas fo

ras mittit timorem. quoniam ti-
mor penam habet. Qui autem ti-
met non est perfectus in caritate.
Nos ergo diligamus deum: quo-
niam ipse prior dilexit nos. Si qs
dixerit quoniam diligo deum: et
fratrem suū odit mendax est. Qui
enim non diligit fratrem quem vi
det: deum quem nō videt quomo-
do potest diligere? Et hoc manda
tum habemus ab eo: vt qui diligit
deum: diligat et fratrem suum. ℟.
Ego dixi domine miserere mei sana animā
meam quoniam peccaui tibi. ℣. Beatus qui
intelligit super egenum et pauperem in die
mala liberabit eum dominus. Alleluya. ℣.
Verba mea auribus percipe domine intelli-
ge clamorem meum. Secūdū lucam. xvi.

In illo tempore. Dixit iesus
discipulis suis parabolam
hanc. Homo quidam erat diues: et
induebatur purpura et bysso. et epu
labatur quotidie splēdide Et erat
quidam mendicus nomine lazar⁹
qui iacebat ad ianuam eius vlceri-
bus plenus. cupiēs saturari de mi
cis que cadebant de mensa diuitis
et nemo illi dabat. Sed et canes ve
niebant et lingebant vlcera eius.
Factum est autem vt moreretur
mendicus: et portaretur ab ange-
lis in sinu abrahe. Mortuus est au-
tem et diues: et sepultus est in in-
ferno. Eleuās autem oculos suos
cum esset in tormentis: vidit abra
ham a longe. et lazarum in sinu ei⁹
Et ipse clamās ait. Pater abrahā
miserere mei et mitte lazarū vt in
tingat extremum digiti sui in aqua
vt refrigeret linguam meam: qa
crucior in hac flamma. Et dixit illi
abraham. Fili recordare quia rece
pisti bona in vita tua: et lazarus si-
militer mala. Nunc autem hic cō-

℟ Miserere. fo. xxxii

solatur: tu vero cruciaris. Et ī his om-
bus inter nos et vos chaos magnū
firmatū est. vt hi q volūt hic transi
re ad vos nō possint: neqȝ inde huc
transmeare. Et ait. Rogo ergo te
pater: vt mittas eum in domū pa
tris mei. Habeo enim quinqȝ frēs
vt testetur illis: ne et ipsi veniāt in
locum hunc tormentorum: Et ait
illi abraham. Habent moysem et
prophetas: audiant illos. At ille di
xit. Non pater abraham: sed si qs
ex mortuis ierit ad eos: penitenti
am agent. Ait autem illi. Si moy
sem et prophetas non audiunt: ne
qȝ si qs ex mortuis resurrexerit cre-
dent. Offertoriū. Intende voci orationis
mee rex meus et deus meus quoniam ad te
orabo domine. Secreta.

Hostias nr̄as qs dn̄e tibi dica
tas placat⁹ assume: et ad per
petuū nobis tribue prouenire sub
sidiū. Per. Cōio. Narrabo oīa mirabilia
tua letabor et exultabo in te psallam nomini
tuo altissime. Postcommunio.

Santis domine repleti mu-
neribus presta quesum⁹: vt
et salutaria dona capiamus: et a
tua nunqȝ laude cessemus. Per do
minum. ¶ Dñica. ij. post penthecostem.
missa matu. de spūscto. Ad processionē fiat sta
tio ad altaria cum versu et orone. intrando
chorum. añ. de sctis martyrib⁹ cū versu et oro
ne eiusdem. Ad missam. Officium.

Factus est dominus pro-
tector meus et eduxit me
in latitudinem saluum
me fecit quoniam volu-
it me. Ps. Diligā te domine fortitudo mea
dominus firmamentum meum et refugium
meum et liberator meus. Oratio.

Sancti tui nominis domine
timorem pariter et amorē:
fac nos habere perpetuum: qȝ nun

quos tua gubernatiōe destituis: quos in soliditate tue dilectionis instituis. Per dominum nostrum iesum. Lec. epl'e beati iohānis apostoli. Primo.iii.

KArissimi. Nolite mirari si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in se manentē. In hoc cognouimus caritatem dei quoniam ille pro nobis animam suam posuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi: et viderit fratrem suum necessitatem habere / & clauserit viscera sua ab eo: quomodo caritas dei mān̄et in eo? Filioli mei nō diligam⁹ verbo neq; lingua: sed opere et veritate. R̸. Ad dominum cum tribularer clamaui et exaudiuit me. V̸. Domine libera aīam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Alleluya. V̸. Deus iudex iustus fortis et patiēs nunquid irascitur per singulos dies. ¶ Secundum lucam. xiiii.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: parabolam hanc. Homo quidam fecit cenam magnam: et vocauit multos. Et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata sunt omnia. Et ceperunt simul oēs excusare. Prim⁹ dixit. Villam emi: & necesse habeo exire et videre illam. Rogo te: habe me excusatum. Et alter dixit. Iuga boum emi quinq;: & eo probare illa: rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Vxorem duxi: et ideo non possum venire. Et reuersus seru⁹ nunciauit hec domino suo. Tunc irat⁹ paterfamilias: dixit seruo suo. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis: et paupes ac debiles cecos et claudos itroduc huc. Et ait seruus. Dñe factū est vt iperasti: & adhuc loc⁹ est. Et ait dominus seruo. Exi in vias et sepes / & compelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autem vobis: quia nemo virorum illorū qui vocati sunt: gustabit cenā meā. Credo. Offerto. Domine conuertere et eripe animam meam saluū me fac propter misericordiam tuam. Secreta.

OBlatio nos quesumus domine tuo nomini dicanda purificet: et de die in diem ad celestis vite transferat actionem. Per dominum. Communio. Cantabo domino qui bona tribuit michi et psallam nomini domini altissimi. Postcommunio.

SUmptis muneribus domine quesumus vt cum freq̄ntatiōe misterii: crescat nostre salutis effectus. Per dominum nostrū.

¶ Dominica.iii. Ad missam. Officium.

REspice in me & miserere mei domine quoniā vnicus et pauper sum ego vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea deus meus. Ps. Ad te domine leuaui animam meam deus me⁹ in te confido non erubescam. Oratio.

DEprecationem nostrā q̄s domine benignus exaudi et quibus supplicandi prestas affectum: tribue defensionis auxiliū. Per. Lec. epl'e bti petri apostoli. i. v.

KArissimi. Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eum: quoniā ipsi cu-

R̸ Dñe dñs iix. fo. xcvi.

ra est de vobis. Sobrii estote et vigilate: quia adversarius vester dyabolus tanq̃ leo rugiens circuit q̃rens quem devoret. cui resistite fortes in fide. Sciẽtes eandẽ passionẽ ei que in mundo est: vestre fraternitati fieri. De⁹ autem omnis gratie qui vocavit nos in eternam suam gloriam. i christo iesu modicũ passos: ipse perficiet confirmabit solidabitq̃. Ipsi gloria et iperium in secula seculorum amẽ. R. Iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. V. Dum clamarem ad dominum exaudivit vocem meam ab his qui appropinquant michi. Alleluya. V. Diligam te domine virtus mea dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus. Secun

In illo tempo Dum lucam. xvre. Erant appropinquãtes ad iesum: publicani et peccatores vt audirent illum. Et murmurabant scribe et pharisei dicentes q̃a hic pctores recipit: et manducat cũ illis. Et ait ad illos: parabolã istã. Quis ex vobis homo qui habet cẽtum oves. et si perdiderit vnam ex illis: nõne dimittit nonaginta novem in deserto et vadit ad illam q̃ perierat donec iveniat illam? Et cũ invenerit eam: iponit in humeros suos gaudens. Et veniens domum: convocat amicos et vicinos dicens illis. Congratulamini michi: quia inveni ovem meam que perierat. Dico autem vobis: q̃ ita gaudium erit i celo super vno peccatore penitentiam agente: q̃ sup nonaginta novem iustis qui non indigent penitentia. Aut que mulier habens dragmas decem. et si p diderit dragmam vnam: nonne accendit lucernam / et evertit domum et querit diligenter donec inveniat? Et cum invenerit: convocat amicas et vicinas dicens. Congratulamini michi: q̃a inveni dragmam quam perdideram. Ita dico vobis: gaudiũ erit coram angelis dei: super vno peccatore penitẽtiam agente. Credo. Offertoriũ. Sperent in te omnes qui noverunt nomen tuum domine quoniam non derelinquis querentes te psallite domino qui habitat in syõ quoniam nõ est oblit⁹ orationẽ paupis. Secreta

Munera quesumus domine oblata sanctifica: vt tui nobis vnigeniti corpus et sanguis fiant. Qui tecum vivit et regnat. Cõmunio. Ego clamavi quoniam exaudisti me deus inclina aurem tuã et exaudi verba mea

Hec nos cõmunio Postcõio. domine purget a crimine: et celestis remedii faciat esse cõsortes. Per do. ¶ Dñica. iiii. Officium.

Domin⁹ illumiatio mea et salus mea quem timebo: dominus defensor vite mee a quo trepidabo qui tribulant me inimici mei infirmati sunt et ceciderunt. Ps. Si consistant adversum me castra nõ timebit cor meũ

Protector in te spe Oratio. rantium deus sine quo nichil est validum / nichil sanctum: multiplica super nos misericordiã tuam: vt te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia: vt non amittamus eterna. Per dominum nostrum iesum christum. ¶ Ad romanos. viii.

Fratres. Existimo enim q̃ non sunt condigne passiones huius temporis ad futurã gloriam que revelabitur in nobis. Nam expectatio creature: revelationem filiorum dei expectat. Vanitati eñ creatura subiecta est nõ

R. Adiutor. fo. xv.

volens: sed propter eum qui subiecit eam in spe. Quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis: in libertatem glorie filiorum dei Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit vsque adhuc. Non solum autē illa. sed et nos ipsi primitias spiritus habentes et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei expectātes redemptionem corporis nostri. In christo iesu domino nostro. R. Propicius esto domine peccatis nostris nequā dicāt gētes vbi est deus eorum. V. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorē nominis tui domine libera nos. Allā. V. Domine in virtute tua letabitur rex et super salutare tuū exultabit vehementer. ¶ Secundum lucā. vi.

In illo tempore. Dixit dominus iesus discipulis suis Estote misericordes: sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Nolite condemnare: et non condemnabimini. Dimittite et dimittemini. Date: et dabitur vobis. Mēsuram bonam et confertam. et coagitatā et superfluentem dabūt in sinum vestrum. Eadem quippe mēsura qua mensi fueritis: remetietur vobis. Dicebat autem illis et similitudinem. Nunquid potest cecus cecum ducere? Nonne ambo in foueā cadunt? Nō est discipulus super magistrum. perfectus autem omnis erit: si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui. trabem autem que in oculo tuo est non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater sine eiiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns. Hypocrita: eiice primum trabem de oculo tuo: et tunc perspicies: vt educas festucā de oculo fratris tui. Credo. Offerto. Illumina oculos meos nequando obdormiam in morte ne quando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Secreta.

Respice domine quesumus munera supplicātis ecclesie: et saluti credentium perpetua sanctificatione sumenda concede. Per. Communio. Dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus deus meus adiutor meus. Postcommunio.

Sancta tua nos domine sumpta viuificent: et misericordie sempiterne preparēt expiatos Per. ¶ Dominica quinta. Officium.

Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te adiutor meus esto ne derelinquas me neque despicias me deus salutaris meus. Ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo? Oratio.

Da nobis domine quesumus: vt et mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: et ecclesia tua tranquilla deuotione letetur. Per. Lec. eple bti petri apli. i. iii.

Karissimi. Omēs vnanimes in oratione estote. cōpatientes. fraternitatis amatores: misericordes. modesti/hūiles. Non reddentes malum pro malo: vel maledictum pro maledicto. sed econtrario benedicentes. Quia in hoc vocati estis: vt benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitā diligere et videre dies bonos coherceat linguam suam a malo/ et labia eius ne loquantur dolum Declinet autem a malo et faciat bonum. Inquirat pacem: et sequatur eam. Quia oculi domini super iustos: et aures eius in preces eorū

Vultus autem domini super facientes mala. Et qs est q vobis noceat si boni emulatores fueritis Sed et si quid patimini propter iusticiā beati. timorem autem eorū ne timueritis vt non cōturbemini. Dominū autem iesum xpm: sanctifica te in cordibus vestris. Rem. Protector noster aspice sup seruos tuos. V. Dñe de9 virtutū exaudi preces seruorū tuorū. Allā. V. In te domine speraui non confūdar ineternū in tua iusticia libera me et eripe me iclina ad me aurē tuā accelera vt eripias nos Se. lucā v.

In illo tempore. Cum turbe irruerēt ad iesum vt audirent verbum dei et ipse stabat secus stagnum genezareth. Et vidit duas naues stātes secus stagnum piscatores autem descenderant: et lauabāt retia. Ascēdens autem in vnam nauim que erat symonis rogauit eum pusillū a terra reducere Et sedēs docebat de nauicula turbas. Ut cessauit autem loqui dixit ad symonem. Duc in altum: et laxate retia vestra in capturam. Et respondens symon dixit illi. Preceptor per totā noctē laborātes: nichil cepim9 in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecisset: concluserūt pisciū multitudinē copiosam. Rūpebatur autē rete eorum et ānuerūt sociis que erant in alia naui: vt venirent et adiuuarēt eos Et ven[illegible]t et ipleuerunt ābas nauiculas: ita vt pene mergerentur Quod cū vidisset symō petrus: procidit ad genua iesu dicēs. Exi a me q2 homo peccator sū dñe. Stupor eni circundederat eū: et omnes qui cum illo erāt in captura pisciū quā ceperant. Similiter autē et iacobū et iohānem filios zebedei: qui erāt socii symonis. Et ait ad symonē iesus noli timere: iam ex hoc eris homines capiens. Et subductis ad terram nauibus relictis omnibus secuti sunt eum. Offer. Benedicam dñm qui michi tribuit itellectū puidebā deū i conspectu meo sēper quoniam a dextris est michi ne commouear. Secreta.

Oblationibus quesum9 domine placare susceptis: et ad te nostras etiā rebelles cpelle ppicius voluntates. Per. Cōio Unā petii a dño hāc requirā vt ihabitē i domo domini omnibus dieb9 vite mee. Postcommunio.

Misteria nos dñe sācta purificent: et suo munere tueantur. Per. Dñica. vi. Officium.

Domin9 fortitudo plebis sue et protector salutariū christi sui est saluum fac populū tuū domine et bñdic hereditati tue et rege eos vsq3 in seculū. Ps. Ad te dñe clamabo de9 meus ne sileas a me neq3 taceas a me, et assimilabor descēdentibus in lacum. Oratio.

Deus qui diligētibus te bona inuisibilia preparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectum et te i omnibus et super omnia diligentes: promissiones tuas que omne desiderium superant cōsequamur. Per do. Ad romanos. vi.

Fratres. Quicunq3 baptizati sumus i xpo iesu: in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sum9 cū illo per baptismum in mortē: vt quomodo surrexit xps a mortuis pglorīam patris ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si enim cōplātati facti sum9 similitudini mortis eius: simul et resurrectionis eius erim9. Hoc scientes q2 vetus homo noster simul crucifixus est: vt destruatur corpus peccati vt vltra non seruiam9 pec=

R. Ab occultis fo. xxxi

cato. Qui enim mortuus est: iustifi
catus est a peccato. Si aūt mortui
sumus cum xpo: credimꝰ qꝛ simul
etiam viuemus cum xpo: Sciētes
qꝛ xps resurgēs ex mortuis iam nō
moritur mors illi vltra non domi-
nabit. Quod autē mortuus ē pec-
cato: mortuꝰ est semel: quod autē
viuit viuit deo. Ita et vos existima
te vos mortuos quidē esse peccato
viuentes autem deo. In christo ie-
su domino nostro. ℟. Conuertere dn̄e
aliquātulū et deprecare sup seruos tuos. Vꝰ.
Dn̄e refugiū factus es nobis a generatione
et progenie. Allā. V. Omnes gētes plaudite
manibꝰ iubilate deo i voce exultationis. Se.

In illo tempore. math. v.
Dixit iesus discipulis suis.
Amen dico vobis: nisi abūdauerit
iusticia vestra plusq̄ scribarū et pha
riseorum: non intrabitis in regnū
celorū. Audistis qꝛ dictum est anti-
quis. Non occides: qui autem occi-
derit reus erit iudicio. Qui autem
dixerit fratri suo racha: reꝰ erit con
silio. Qui autem dixerit fatue reus
erit gehenne ignis. Si ergo offers
munus tuum ad altare: et ibi recor
datus fueris quia frater tuꝰ habet
aliquid aduersum te: relinque ibi
munus tuū ante altare: et vade pri
us reconciliari fratri tuo: et tunc ve
niens offeres munus tuū. Offer. Per
fice gressus meos in semitis tuis vt nō moue-
antur vestigia mea iclina aurē tuā et exaudi
verba mea mirifica misericordias tuas qui
saluos facis sperātes i te. Secreta.

Propiciare quesumus domi
ne supplicationibꝰ nostris
et has oblationes famulorū famu
larumqꝫ tuarum benignꝰ assume
vt quod singuli obtulerūt ad hono
rem nominis tui: cunctis proficiat
ad salutē. Per dominum. Cōio. Cir-
cuibo et imolabo i tabernaculo eius hostiam
iubilatiōis cātabo et psalmū dicā dn̄o. Postcō.

Quos celesti dn̄e dono satia
sti presta quesumꝰ: vt a no-
stris mundemur occultis: et ab ho
stium liberemur insidiis. Per dn̄m

Dominica septima. Officium.

Omnes gētes plaudite ma
nibus iubilate deo in vo-
ce exultationis. Ps. Subie-
cit populos nobis: et gentes sub
pedibus nostris. Oratio.

Deus virtutum cuius est to
tum quod est optimum in sere pec
toribus nostris amorem tui nomi-
nis: et presta in nobis religiōis aug
mentum: vt que sunt bona nutri-
as: ac pietatis studio que sūt nutri-
ta custodias. Per. Ad romanos. vi.

Fratres. Humanū dico pro
pter infirmitatē carnis ve-
stre. Sicut enim exhibuistis mēbra
vestra seruire immūditie et iniqui-
tati ad iniquitatem ita nūc exhibe
te mēbra vestra seruire iusticie in
sanctificationem. Cum enim serui
essetis peccati: liberi fuistis iusticie.
Quem ergo fructum habuistis tūc
in illis in quibꝰ nūc erubescitis Nā
finis illorum mors est. Nunc vero
liberati peccato serui autem facti
deo: habetis fructū vestrum in san
ctificationem finem vero vitā eter
nam. Stipendia eni peccati mors
Gratia autem dei. vita eterna. In
christo iesu. domino nostro. ℟. Veni
te filii audite me timorē dn̄i docebo vos. Vꝰ.
Accedite ad eū et illuminamini et facies ve-
stre non cōfūdētur. Allā. V. Eripe me de inimi
cis meis deus meus et ab insurgētibus i me
libera me. Secundum marcū. viii.

In illo tempore. Cū multa
turba esset cū iesu nec habe
rent quod manducarent: conuoca

℟ Quam petii a dn̄o fo. xix

tis discipulis ait illis. Misereor sup
turbã: qꝛ ecce iam triduo sustinent
me nec habẽt quod manducẽt. Et
si dimisero eos ieiunos ĩ domũ suã
deficient in via. Quidam enĩ ex eis
de longe venerunt. Et responde=
runt ei discipuli sui. Unde istos po=
terit quis hic saturare panibus in
solitudĩe. Et ĩtrogauit eos. Quot
panes habetis? Qui dixerũt. Se
ptẽ. Et precepit turbe discumbere
sup terrã. Et accipiẽs septẽ panes
gratias agens fregit: et dabat disci
pulis suis vt apponerent. Et appo
suerunt turbe. Et habebant pisci=
culos paucos: et ipsos benedixit et
iussit apponi. Et manducauerunt
et saturati sunt. Et sustulerunt qđ
superauerat de fragmentis septẽ
sportas. Erant autem qui mandu
cauerant quasi quattuor milia ⁊ di
misit eos. Offer. Sicut ĩ olocaustũ arietũ
⁊ taurorũ: ⁊ sicut ĩ milibus agnorũ pinguiũ sic
fiat sacrificiũ nostrũ in conspectu tuo hodie vt
placeat tibi quia non est confusio confidenti=
bus in te domine. Secreta.

Propiciare domine suppli=
cationibus nostris: et has
oblationes populi tui benignꝰ as=
sume: et vt nullius sit irritum vo=
tũ nulliꝰ vacua postulatio. presta
quesumꝰ: vt quod fideliter petimꝰ
efficaciter consequamur. Per. Cõio.
Inclina aurem tuam accelera vt eruas nos

Repleti domine Postcõio.
muneribꝰ tuis tribue que=
sumus vt eorum et mũdemur effe
ctu et muniamꝰ auxilio. Per. Dñica

Uscepimus deꝰ viii. offi.
misericordiam tuam in
medio templi tui secun=
dum nomẽ tuũ deꝰ ita et
laus tua in fines terre iusticia ple=
na est dextera tua. Ps. Magnus domi=
nus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri
in monte sancto eius. Oratio.

Deus cuiꝰ prouidentia ĩ sui
dispositione nõ fallitur: te
supplices exoramus: vt noxia cun=
cta submoueas ⁊ omnia nobis pro
futura concedas. Per. Ad ro. viii.

Fratres. Debitores sumꝰ
nõ carni: vt secundũ car=
nẽ viuamus. Si enim secundum
carnẽ vixeritis: moremini. Si aũt
spiritu facta carnis mortificaueri
tis: viuetis. Quicunqꝫ enim spiritu
dei aguntur: hi filii sunt dei. Nõ eñ
accepistis spiritum seruitutis iterꝫ
in timore: sed accipistis spiritũ ado
ptionis filiorũ ĩ quo clamamus ab
ba pater. Ipse enim spiritus testi=
moniũ reddit spiritui nostro quod
sumus filii dei. Si autem filii: ⁊ he=
redes. Heredes quidem dei: cohere
des aũt xpi. R. Esto michi ĩ deũ protectorẽ
et ĩ locũ refugii vt saluũ me facias. V. Deꝰ ĩ te
speraui dñe nõ cõfũdar ĩ eternũ. Alla. V. Te=
decet hymnꝰ deus ĩ syõ ⁊ tibi reddetur votum
ĩ hierusalẽ. Secũdũ matheum vii.

In illo tempore. Dixit iesus
discipulis suis. Attendite a
falsis prophetis. qui veniũt ad vos
in vestimentis ouiũ: ĩtrinsecus au
tem sunt lupi rapaces. A fructibꝰ
eorum cognoscetis eos. Nunqđ col
ligunt de spinis vuas aut de tribu=
lis ficus. Sic oĩs arbor bona fructꝰ
bonos facit. Mala autẽ arbor: fru=
ctus malos facit. Nõ potest arbor
bona fructus malos facere. neqꝫ ar
bor mala: fructꝰ bonos facere. Om
nis arbor que non facit fructum bo
num: excidetur et ĩ ignẽ mittetur
Igitur a fructibꝰ eorum cognosce=
tis eos. Non oĩs qui dicit michi do=
mine domine ĩtrabit ĩ regnũ celorꝫ
Sed qui facit volũtatẽ patris mei

R. Liberasti. fo. c vi.

qui i celis est: ipse intrabit in regnũ celorũ. Offer. Populũ humilẽ saluũ facies domine et oculos superborum humiliabis qm quis deus preter te domine. Secreta.

Deus qui legalium differentiam hostiarum vni⁹ sacrificii perfectione sanxisti: accipe sacrificium a deuotis tibi famulis: et pari benedictione sicut munera abel sanctifica vt quod singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorẽ: cũctis pficiat ad salutẽ. Per. Cõio. Gustate et videte quoniam suauis est dominus beat⁹ vir qui sperat in eo. Post cõio.

Tua nos domine medicinalis operatio: ⁊ a nostris peruersitatib⁹ clemẽter expediat ⁊ ad ea que sunt recta perducat. Per dominum⁹. Dñica nona. Officiũ.

Ecce deus adiuuat me et dominus susceptor est anime mee auerte mala inimicis meis in veritate tua disperde illos protector meus domine. Ps. Deus i nomine tuo saluũ me fac: et in virtute tua iudica me. Oratio.

Largire nobis quesumus domine semper spiritum cogitandi que recta sũt propici⁹ et agendi: vt qui sine te esse non possumus secundum te viuere valeam⁹. Per. I. Ad corintheos. x

Fratres. Non simus concupiscentes malorum: sicut ⁊ illi cõcupierunt. Neq ydolatre efficiamini: sicut quidam ex ipsis quẽadmodum scriptum est. Sedit populus manducare et bibere: et surrexerunt ludere. Neq fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt et ceciderũt vna die vigiti tria milia. Neq tentemus xpm: sicut quidam eorũ tentauerunt: et a serpẽtibus perierũt. Neq murmurauerritis sicut quidam eorum murmurauerũt: et perierũt ab exterminatore. Hec aũt omnia: in figura contingebant illis. Scripta sunt autẽ ad correptionẽ nostram: in quos fines seculorũ deuenerũt. Itaq qui se existimat stare: videat ne cadat Tentatio vos non apprehendat: nisi humana. Fidelis autem deus est qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. Sed faciet cũ tẽtatione etiam prouentũ: vt possitis sustinere. Rx. Dñe deus nr̃ q̃ admirabile ẽ nomẽ tuũ i vniuersa terra. V. Qm̃ eleuata ẽ magnificẽtia tua sup celos. Alla. V. Attẽdite popule me⁹ i legẽ meã. Se. luca. xvi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat diues et habebat villicum: et hic diffamat⁹ est apud illum quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illum: et ait illi. Quid hoc audio de te. Redde rationem vilicationis tue. Iam enĩ non poteris vilicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciam quia domin⁹ meus aufert a me villicationem. Fodere non valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciam vt cũ amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos suas. Cõuocatis itaq singulis debitoribus domini sui dicebat primo. Quãtum debes domino meo. At ille dixit. Cẽtum cados olei. Dixitq illi. Accipe cautionem tuã et sede cito: et scribe quinquagita. Deinde alio dixit. Tu vero q̃tum debes. Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: ⁊ scribe octagita. Et laudauit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset. Quia filii huius seculi: prudẽtiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego

Rx Speciosus forma. fo. x.

vobis dico. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula. Offr. Justicie dñi recte letificātes corda et dulciora super mel et fauū nā et seruus tuus custodiet ea. Secreta.

S Uscipe munera quesumus domine que tibi de tua largitate deferimus: vt hec sacrosancta misteria gratie tue operāte virtute: presentis vite nos cōuersatione sāctificēt & ad gaudia sempiterna perducant per. Cōio. Primū querite regnū dei & oīa adiicient vobis dicit dñs Postcō

S It nobis dñe reparatio mētis et corporis celeste misterium: vt cuius exequimur actionē sentiamus effectum. Per. ¶ Dominica decima. Officium.

D Um clamarem ad dominum exaudiuit vocē meam ab his qui appropinquant michi et humiliauit eos qui est āte secula et manet ī eternum iacta cogitatum tuū ī domino & ipse te enutriet. Ps. Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationē meā. itende michi & exaudi me Or.

P Ateant aures misericordie tue domine precib? supplicantium et vt petentibus desiderata concedas fac eos que tibi placita sunt postulare. Per dominum. i. Ad corītheos. xii

F Ratres: Scitis quoniā cū gētes essetis: ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio quod nemo in spiritu dei loquēs dicit anathema iesu Et nemo potest dicere dominus iesus nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarū sunt idē autē spiritus. Et diuisiones ministrationū sūt: idē aūt dñs Et diuisiones operationū sunt idē vero deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuiqz aūt datur manifestatio spūs ad vtilitatem. Alii: quidem per spiritū datur sermo sapientie alii autem sermo sciētie secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodē spiritu. Alii gratia sanitatū: ī vno spiritu. Alii operatio virtutū: alii prophetia. Alii discretio spirituu. Alii genera linguarū alii interpretatio sermonū Hec autem omnia operatur vnus atqz idē spirit? diuidēs singulis prout vult. R. Custodi me dñe vt pupillā oculi sub vmbra alarū tuarū protege me. V. De vultu tuo iudiciū meū prodeat oculi tui videāt equitates Allā. V. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob sumite psalmum iocundum cū cythara ¶ Secundum lucam. xix.

I N illo tempore. Cū appropinquaret iesus hierusalem vidēs ciuitatē fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses et tu. Et quidem in hac die tua que ad pacē tibi: nūc autem abscondita sūt ab oculis tuis. Quia veniēt dies in te: et circundabunt te inimici tui vallo et circundabunt te: & coangustabūt te vndiqz: et ad terram prosternent te: et filios tuos qui in te sunt Et non relinquent in te lapidem super lapidem eo q non cognoueris tempus visitationis tue. Et ingressus ī templum cepit eiicere vēdentes in illo et ementes dicens illis. Scriptum est: quia dom? mea domus orationis est. Uos autem fecistis illam: speluācam latronum Et erat docēs quotidie in templo Offr. Ad te dñe leuaui aīam meā deus me? in te cōfido nō erubescā neqz irrideāt me inimici mei etenī vniuersi q te expectant nō cōfū dātur Se

C Oncede nobis quesumus domine frequē.

R. Benedictus. fo. xiii.

tare mysteria: quia quotiens huiꝰ hostie commemoꝛatio celebꝛatur opus nostre redemptionis exercetur. Per. Cōio. Acceptabis sacrificiū iusticie oblationes ⁊ olocausta sup altare tuū dn̄e

Postcōio.

Tui nobis domine communio sacramenti: et purificationē conferat: et tribuat vnitatē. Per.

Dn̄ica vndecima. Officiū.

Deus i loco sancto suo deus qui habitare facit vnanimes i domo ipse dabit virtutem et foꝛtitudinē plebi sue. ps. Exurgat deus et dissipētur inimici eiꝰ: et fugiant q̄ oderūt eū a facie eiꝰ. Oꝛ.

Deus qui omnipotentiā tuam parcendo maxime ⁊ miserendo manifestas: multiplica super nos gratiam tuā vt ad tua pꝛomissa currentes: celestiū bonoꝛum facias esse cōsoꝛtes. Per. i. Ad coꝛinthios. xv.

Fratres. Notū vobis facio euāgeliū quod pꝛedicaui vobis quod et accepistis ī quo et statis p quod et saluamini. Qua ratione pꝛedicauerim vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in pꝛimis quod et accepi. Quoniam chꝛistus moꝛtuus est pꝛo peccatis nostris: secūdū scripturas. Et quia sepultus est et quia resurrexit tercia die secūdum scripturas. Et quia visus est cephe: et post hec vndecim. Deinde visus est plus q̄ quīgētis fratribus simul ex quibus multi manent vsqꝫ adhuc quidam autem doꝛmierūt. Deinde visus est iacobo deinde apostolis omnibꝰ. Nouissime autem omnium tanq̄ aboꝛtiuo: visus est et michi. Ego enim sum minimꝰ apostoloꝝ qui non sū dignus vocari apostolꝰ quoniā persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei: sum id quod sum. Et gratia eiꝰ: in me vacua nō fuit. R. In deo sꝑauit coꝛ meū et adiutꝰ sū et refloruit caro mea et ex volūtate mea cōfiteboꝛ illi. V. Ad te dn̄e clamabo deus meus ne sileas ne discedas a me. Allā. V. Dn̄e deus salutis mee i die clamaui et nocte coꝛā te. Se. Lu. xviii.

In illo tempoꝛe. Dixit iesus ad quosdam qui i se confidebant tanq̄ iusti: et aspernabantur ceteros parabolā istam. Duo homines ascenderunt in templum vt oꝛarēt vnus phariseus et alter publicanus. Phariseus stās hec apud se oꝛabat. Deus gratias ago tibi: qꝛ non sum sicut ceteri hominū. Raptoꝛes iniusti adulteri velut etiā hic publicanꝰ. Ieiunio bis in sabbato. Decimas do: oīm que possideo. Et publicanꝰ a lōge stās nolebat nec oculos ad celū leuare sed percutiebat pectus suū dicens Deus pꝛopicius esto michi peccatori. Amē dico vobis: descendit hic iustificatus ī domū suā ab illo. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur Et q̄ se humiliat exaltabitur. Offꝫ. Exaltabo te dn̄e quoniā suscepisti me nec delectasti inimicos meos sup me dn̄e clamaui ad te et sanasti me. Se.

Tibi domine sacrificia dicata reddantur que sic ad honoꝛem nominis tui deferenda tribuisti vt eadē remedia fieri nostra pꝛestares. Per. Cōio. Honoꝛa dn̄m de tua substātia et de pmitiis frugū tuarū vt ipleātur hoꝛrea tua saturitate ⁊ vino toꝛcularia redundabunt. Postcōio.

Quesumus domine deus noster: vt quos diuinis reparare nō desinis sacramētis: tuis nō destituas benignꝰ auxiliis. Per dominū.

Dominica. xii. Officiū.

Deus i adiutoꝛium meū intende domine ad adiuuandū me festina confū=

R. Sciant gētes fo. xvi. Alla. V. Dn̄e refugiū factus es nobis a generatione et progenie.

dantur et reuereantur inimici mei qui querūt animā meā. ps. Auertantur retrorsū et erubescāt q̄ volūt michi mala.

O Mnipotens sempi- Or. terne deus qui abundātia pietatis tue et merita supplicū excedis et vota: effū de super nos misericordiam tuam vt dimittas que cōscientia metuit: et adiicias quod oratio nō p̄sumit. Per. ii. Ad cori. iii.

F Ratres. Fiduciā talem habemus per christū. ad deū: nō q̄ sufficiētes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficiētia nostra ex deo est. Qui et ydoneos nos fecit ministros noui testamenti: non littera sed spiritu. Littera enī occidit: spiritus autem viuificat. Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit ī gloria: ita vt non possent in tēdere filii israel in faciē moysi: ppter gloriam vultus eius que euacuat: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria. Nam si ministratio dānationis ī gloria est: multo magis abundat ministeriū iusticie in gloria. R. Bñdicā dñm ī oī tp̄e sēp laus eius ī ore meo. V. In dño laudbitur aīa mea audiant māsueti et letētur. Allā. V. Dñe refugiū factus es nobis a gñatione et ꝓgenie

I N illo tēpore. Se. mar. vii. Exiens iesus de finibus tyri: venit per sydonem ad mare galilee iter medios fines decapoleos Et adducūt ei surdū et mutū: et deprecabantur eum vt imponat illi manū. Et apprehēdens eū de turba seorsū: misit digitos suos ī auriculas eius et expuens tetigit liguā eius. Et suspiciēs in celum īgemuit: et ait illi. Effeta: quod ē adaperire. Et statī a perte sūt aures eius et solutū est vinculū ligue eius: et loquebatur recte. Et p̄cepit illis: necui diceret. Quāto aūt eis precipiebat: tanto magis plus predicabāt et eo amplius ad mirabātur dicentes. Bene omnia fecit: et surdos fecit audire et mutos loqui. Offr. Precatus ē moyses ī conspectu dñi dei sui et dixit p̄catus ē moyses ī cōspectu dñi dei sui et dixit quare dñe irasceris ī populo tuo pce ire aīmi tui memēto abrahā ysaac et iacob q̄bus iurasti dare terrā fluētē lac et mel et placat⁹ fact⁹ ē dñs de malignitate quā dixit facere populo suo. Se.

R Espice dñe quesumus nostram propici⁹ seruitutem vt quod offerimus tibi sit munus acceptum: sit nostre fragilitati subsidium. Per. Cōio. De fructu opū tuorū dñe satiabit terra vt educas panē de terra et vinū letificet cor hois vt exhilaret faciē ī oleo et panis cor hois cōfirmet. Postcōio

S Entiam⁹ domine tui perceptione sacramēti subsidium mētis et corporis: vt in vtroq; saluati: celestis remedii plenitudine gloriemur. Per dñm. Dñica. xiii.

R Espice domine in Officiū testamentum tuū et animas pauperum tuorum ne derelinquas in finem exurge domine et iudica causā tuā ne obliuiscaris voces querentium te. ps Vt quid deus repulisti ī finē irat⁹ est furor tuus super oues pascue tue. Oratio.

O Mnipotēs et misericors deus de cuius munere venit: vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur: tribue nobis quesumus: vt ad promissiones tuas sine offēsione curramus. Per dominū. Ad galathas. iii.

F Ratres. Abrahe dicte sunt promissiones: et semini ei⁹ Non dicit et seminibus quasi ī multis: sed quasi in vno et semini tuo q̄

R. Protector nr̄. fo. xcv
Alleluya. V. Venite exultem⁹ . . .

Offr. Dextera dñi. fo. xiiii.

est xp̄s. Hoc autem dico testamentum confirmatum a deo que post quadringentos et triginta ānos facta est lex: non irritum facit ad euacuandam promissionē. Nam si ex lege hereditas: iā non ex promissione. Abrahe autem per repromissionem: donauit de⁹. Quid igitur lex. Propter transgressiones posita est donec veniret semen cui repromiserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autē vnius non est: de⁹ autem vnus ē. Lex ergo aduersus promissa dei. Absit. Si enim data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato vt pmissio ex fide iesu christi: daretur credentibus. ℟. Respice dn̄e i testamētū tuū et aīas pauperū tuorum ne obliuiscaris i finē. ℣. Exurge dn̄e ⁊ iudica causā tuā memor esto opprobrii seruorū tuorum allā. ℣. Venite exultemus dn̄o iubilem⁹ deo salutari nostro. ¶ Secundum lucam .x.

In illo tempore. Dixit ies⁹ discipulis suis. Beati oculi: qui vidēt que vos videtis. Dico eī vobis. qꝫ multi prophete et reges voluerunt videre que vos videtis et non viderunt: et audire que auditis et non audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit: tentans illum et dicens. Magister quid faciendo vitam eternā possidebo. At ille dixit ad eū. In lege quid scriptū est quomodo legis. Ille respondēs dixit. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo: et ex tota anima tua ⁊ ex omni mente tua: et ex omnibus virib⁹ tuis et proximū tuū sicut teipsum. Dixitqꝫ illi. Recte respondisti hoc fac et viues. Ille autem volēs iustificare seipsum dixit ad iesū. Et quis est meus proximus. Suspiciens autē iesus dixit. Homo quidā descendebat ab hierusalem ī hiericho: et incidit ī latrones. Qui etiam despoliauerūt eū: ⁊ plagis īpositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via: et viso illo preteriuit. Similiter et leuita cū esset secus locum: ⁊ videret illū pertrāsiit. Samaritanus autē quidā iter faciens: venit secus eū: et vidēs eū misericordia motus est. Et appropians alligauit vulnera eius infundens oleum et vinum. Et īponēs illum ī iumentū suū dixit in stabulū suum et curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios: et dedit stabulario et ait. Curam illius habe et quodcunqꝫ supererogaueris: ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse. illi qui incidit in latrones. At ille dixit. Qui fecit misericordiam ī illo. Et ait illi iesus. Vade et tu fac similiter. Offer. In te speraui dn̄e dixi tu es de⁹ me⁹ in manibus tuis tempora mea. Se.

Hostias q̄s dn̄e propicius intende: quas sacris altarib⁹ exhibemus: vt nobis indulgentiam largiendo: tuo nomini dent honorem. Per dominū. Cōio. Panē de celo dedisti nobis dn̄e habētē oē delectamētū ⁊ oēm saporē suauitatis. Post cōio

Vrificet nos q̄s dn̄e huius pticipatio sācta misterii. et pariter expiationē nobis tribuat et munimen. Per dominum.

¶ Dominica .xiiii. Officium.

Protector noster aspice in faciem xp̄i tui qꝛ melior est dies vna in atriis tuis super milia. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiscit et deficit anima mea in

R̄m Conuertere dn̄e. fo. xcv.
Alla. ℣ Qm̄ deus magnus dn̄s fo. xcix.

atria domini. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus da nobis fidei spei et caritatis augmentum: et vt mereamur assequi quod promitis: fac nos amare quod precipis. Per dñm.

¶ Ad galathas. v.ca.

Fratres. Spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autē aduersus carnem. Hec enim sibi inuicem aduersantur: vt non quecū qȝ vultis illa faciatis. Quod si spiritu ducimini: nō estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis. Que sunt fornicatio / immūdicia / luxuria / impudicitia / ydolorū seruitus / veneficia / inimicitie / contētiones / emulationes / ire / rixe / dissētiones / secte / inuidie / homicidia / ebrietates / comessationes / et his similia que predico vobis sicut predixi / quoniam qui talia agūt: regnū dei non consequentur. Fructꝰ em̄ spiritus est caritas / gaudium / pax / patientia / lōganimitas / bonitas / benignitas. Māsuetudo / fides / modestia / continētia / castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt christi: carnem suam crucifixerunt cum viciis: et concupiscētiis. ℟. Bonum est confiteri domino ⁊ psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annunciādū mane mīam tuam et veritatem tuam per noctem. Alleluya. ℣. Quoniam magnus dominus et rex magnus super omnem terram.

¶ Secundum lucam. xvij.

In illo tempore. Dum iret iesus in hierusalem: transibat per mediam samariam et galileam. Et cum ingrederetur quoddam castellum: occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt a lōge: et leuauerunt vocem dicentes. Jesu preceptor miserere nr̄i. Quos vt vidit: dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dū irēt mundati sunt. Unus autem ex illis vt vidit quia mundatus est: regressus est cū magna voce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens: et hic erat samaritanus. Respondēs autem iesus dixit. Nonne decem mundati sunt: et nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret ⁊ daret gloriam deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade: quia fides tua te saluum fecit. Credo. Offerto. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum et eripiet eos gustate et videte quoniam suauis est dominus. Secreta.

Propiciare quesumus domine populo tuo / propiciare muneribus vt hac oblatione placatꝰ: et indulgentiam nobis tribuas et postulata concedas. Per dominū.

Cōmunio. Panis quē ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcommunio.

Sumptis domine celestibus sacramentis: ad redemptionis eterne quesumus proficiamus augmentum. Per dominum.

¶ Dominica. xvi. Officium.

Inclina dñe aurē tuā ad me ⁊ exaudi me saluum fac seruū tuum deꝰ meꝰ sperantem in te: miserere michi dñe: qm̄ ad te clamaui tota die. ℣. Letifica animam serui tui: quoniam ad te domine animā meā leuaui. Oratio.

Custodi domine quesumus ecclesiam tuam propiciatione perpetua: ⁊ quia sine te labitur humana mortalitas: tuis semper auxiliis ⁊ abstrahatur a noxiis / et ad salutaria dirigatur. Per dñm.

℟ Non auias fo. lii. Alla. ℣ Cantate dño canticum nouum qȝ mirabilia fecit dñs.

Ad galathas. v.capitulo.

Fratres. Si spiritu viuim⁹: spiritu et ambulemus. Nõ efficiamur inanis glorie cupidi inuicem prouocantes: inuicem inuidentes. Fratres. et si preoccupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis. huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Considerans teipsum: ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legem christi. Nam si quis existimat se aliquid eẽ cum nichil sit: ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisq̃. et sic in semetipso tantum gloriam habebit et non in altero. Unusquisq̃ enim onus suum portabit. Communicet autem is qui cathecizat verbo: et qui se cathecizat in omnibus bonis. Nolite errare: deus nõ irridetur. Que enim seminauerit homo: hec et metet. Quoniam qui seminat in carne sua: de carne et metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet vitam eternam. Bonum autem facientes: nõ deficiamus. Tempore enim suo metemus: non deficiẽtes. Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Maxime autem ad domesticos fidei.

R. Bonum est confidere in domino q̃ confidere in homine. V. Bonum est sperare in domino q̃ sperare in principibus. Alleluya. V. Dominus regnauit exultet terra letetur insule multe. Secundum matheum. vi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis Nemo potest duobus dominis seruire. Aut eniz vnum odio habebit et alterum diliget: aut vnum sustinebit et alterum cõtemnet. Non potestis deo seruire: et mãmone. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis anime vestre. quid manducetis neq̃ corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est q̃ esca: et corpus plus q̃ vestimentum. Respicite volatilia celi: quoniam non serunt neq̃ metunt: neq̃ congregant in horrea: et pater vester celestis pascit illa. Nõne vos magis pluris estis illis. Quis autem vestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum. Et de vestimento quid solliciti estis. Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant neq̃ nent. Dico aũt vobis: quoniã nec salomon in omni gloria sua coopert⁹ est sicut vnũ existis. Si autem fenũ agri quod hodie est: et cras in clibanum mittitur deus sic vestit: quanto magis vos minime fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes. quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur. Hec enim omnia: gentes inquirunt. Scit enim pater vester: quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnũ dei: et iusticiam eius. Et hec omnia: adiicientur vobis. Credo. Offer. Expectãs expectaui dñm et respexit me et exaudiuit deprecationem meam et immisit in os meũ canticum nouum hymnũ deo nr̃o. Secreta.

Concede nobis quesum⁹ domine vt hec oblatio salutaris: et nostrorum fiat purgatio delictorum: et tue propiciatio potestatis. Per dominum nostrum. Communio. Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eo dicit dominus. Postcõmunio.

Purificent nos semper et muniant tua sacramenta deus et ad perpetue perducant salutationis effectum. Per dominum.

R. Timebunt ges. fo. c.
Alleluya. V. Confitemi. fo. c.

¶ Dominica.xvi. Officium.

Miserere michi domine quoniam ad te clamaui tota die quia tu domine suauis ac mitis es et copiosus in misericordia omnibus inuocantibus te. Ps. Inclina domine aurem tuam michi exaudi me: quoniã inops et pauper sum ego. Oratio.

Ecclesiam tuam domine miseratio continuata mũdet et muniat: et quia sine te non potest salua consistere: tuo semp munere gubernet. Per. Ad ephesios.iij.

Fratres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: que est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri iesu christi: ex quo omnis paternitas in celis & in terra nominatur: vt det vobis secũdum diuitias glorie sue virtutem corroborari per spiritũ eius in interiore homine habitare christum per fidem in cordibus vestris In caritate radicati et fundati: vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo longitudo et sublimitas et profundũ Scire etiam supereminentem scientie caritatem christi: vt impleamini in omnem plenitudinem dei Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter q̃ petimus aut intelligimus secundum virtutem que operatur in nobis: ipi gloria in ecclia et in christo iesu: in omnes generationes seculi seculorũ amen. R. Timebunt gentes nomen tuũ domine et omnes reges terre gloriam tuam V. Quoniam edificauit dominus syon & videbitur in maiestate sua. Alleluya. V. Iubilate deo omnis terra seruite domino in leticia.

¶ Secundum lucam. vij.

R. Misit dñs. fo. xiiii.
Alleluya. V. Parati. fo. c.iii.

In illo tempore. Ibat iesus in ciuitatẽ que vocat naym et ibant cum illo discipuli eius. et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus: misericordia motus super illã dixit illi. Noli flere. Et accessit: et tetigit loculum. Hi autem qui portabant: steterunt. Et ait. Adolescens tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus/et cepit loqui: et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor: et magnificabant deum dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis. Et quia deus visitauit: plebem suam. Credo. Offertorium. Domine in auxilium meum respice confundantur & reuereantur qui querũt animam meam vt auferant eam. Secreta.

Tua nos domine sacramenta custodiant: et contra dyabolicos tueantur semper incursus. Per. Cõio. Dñe memorabor iusticie tue solius deus docuisti me a iuuentute mea et vsq3 in senectam et senium deus ne derelinquas me. Postcommunio.

Mentes nr̃as & corpora possideat q̃s dñe doni celestis operatio: vt nõ nr̃ sensus in nobis sed iugiter eius preualeat effectus. Per do.

¶ Dominica.xvii. Officium.

Iustus es dñe & rectũ iudicium tuũ fac cum seruo tuo scdm miam tuã. Ps. Beati immaculati in via: q̃ ambulant in lege dñi. Oro

Tua nos q̃s dñe grã sp & preueniat & sequat: ac bonis operibus iugit pstet eẽ itẽtos. Per Ad ephe. iiij

Fratres. Obsecro itaq3 vos ego vinctus in domino: vt di

n.ii.

gne ambuletis vocatione qua vocati estis. Cum omni humilitate ⁊ mansuetudine: cum patientia supportātes inuicem in caritate. Solliciti seruare vnitatem spiritus: in vinculo pacis. Unum corp⁹ ⁊ vn⁹ spiritus: sicut vocati estis ī vna spe vocationis vestre. Unus domin⁹ vna fides/ vnum baptisma. Un⁹ deus ⁊ pater omniū qui super omnes est et per omnia ⁊ in omnibus nobis. Qui est benedictus: in secula seculorum amen. R. Beata gēs cuius est dominus deus eorum populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. V. Verbo dei celi firmati sunt ⁊ spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluya. V. Confitemini domino et inuocate nomen eius annūciate īter gētes opa ei⁹. ¶ Secundū lucam. xiiij.

In illo tempore. Cum intraret iesus in domum cuiusdā pricipis phariseorum sabbato mā ducare panem: et ipsi obseruabāt eum. Et ecce homo quidam ydropicus: erat ante illum. Et respondens iesus: dixit ad legisperitos et phariseos dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eum: ac dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrū asinus aut bos in puteum cadet: et non continuo extrahet illum in die sabbati? Et nō poterant ad hoc respōdere illi. Dicebat autem ad inuitatos parabolam: intendens quomodo primos accubitus eligerent: dicēs ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitat⁹ ab illo. Et veniens is qui te ⁊ illum vocauit dicat tibi. Da huic locum Et tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris: vade recumbe in nouissimo loco. Ut cum venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice: ascēde superius. Tunc erit tibi gloria: coram simul discumbentibus. Qr omnis qui se exaltat humiliabitur ⁊ qui se humiliat exaltabitur. Credo. Offertorium. Oraui deū meum ego daniel dicens exaudi domine preces serui tui illumina faciem tuam super sanctuarium tuū et propicius intende populum istum sup quē inuocatum est nomen tuum deus. Secreta.

Munda nos domine sacrificii presentis effectu ⁊ perfice in nobis miseratus: vt huius mereamur esse participes. Per dominū nostrum iesum christum. Cōio.

Vouete et reddite domino deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera terribili et ei qui aufert spiritum principum terribili apud omnes reges terre. Postcōmunio.

Purifica quesumus domine mentes nostras benignus: et renoua celestibus sacramentis: vt consequenter et corporum presens pariter et futurum capiam⁹ auxilium. Per dominum nostrum iesum. ¶ Feria quarta in ieiunio quattuor tēporū septembris. Ad missam. Officiū.

Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob: sumite psalmum iocundum cum cythara canite initium mensis tuba quia preceptum in israel est et iudicium deo iacob. Ps. Sumite psalmum et date tympanum: psalterium iocundum cum cythara. dicitur tantum Oremus. Oratio.

Misericordie tue remediis q̄sumus domine deus: fragilitas nostra subsistat vt que sua cōditione atteritur: tua clemētia reparetur. Per dominum nostrum. ¶ Lectio libri amos. vltimo.

R. Bonū ē cōfidere. fo. xl. Alla. V. In exi exitu israel ex egipto dom⁹ iacob de pplo barbaro. xv.

HEc dicit dominus. Ecce dies veniunt.et comprehēdet aratoꝛ messoꝛē: ⁊ calcatoꝛ vue mittentem semen. Et stillabunt mōtes dulcedinē:et omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei isrl'.et edificabūt ciuitates desertas/⁊ habitabūt in eis. Et plantabūt vineas:et bibēt vinum earum. Et facient oꝛtos: ⁊ comedent fructus eoꝛum. Et plātabo eos super humum suā: ⁊ non euellā eos vltra de terra sua quā dedi eis. Dicit dominus omnipotens. ℞. Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat humilia respicit in celo et in terra. ℣. Suscitans a terra inopem et de stercoꝛe erigens pauperē. Dñs vo. Oremus

PResta quesumus domine familie supplicanti: vt dū a cibis coꝛpoꝛalibus se abstinent: a viciis quoq; mente ieiunent. Per do.

Lectio libri neemie. viij.

IN diebus illis. Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateam que est ante poꝛtam aquarum: et dixerunt. esdꝛe scribe vt afferret libꝛum leg; moysi quem pꝛecepit domin⁹ israeli. Attulit ergo hesdꝛas sacerdos legem coꝛam multitudine viroꝛū ac mulierum: cūctisq; qui poterāt intelligere in die pꝛima mensis septimi/⁊ legit in ea in platea q̄ erat ante poꝛtam aquarum a mane vsq; ad mediam diem in conspectu viroꝛum ac mulierum et sapientium. Et aures oīūs populi: erecte erāt ad libꝛum. Stetit autem hesdꝛas scriba super gradum ligneu; quem fecerat ad loquendum et steterunt iuxta eum. Et aperuit hesdꝛas libꝛum coꝛam omni populo: et benedixit hesdꝛas domino deo voce magna. Et respondit omīs populus: amen. Et eleuans omnis populus manus suas incuruati sunt: et adoꝛauerunt deum pꝛoni in terram. Poꝛro leuite silentiū faciebant in populo: ad audiendū legem. Populus autem; stabat in gradu suo. Et legerunt in libꝛo legis dei distincte et aperte: ad intelligendum. Dixit autem neemias et esdꝛas sacerdos et scriba: et leuite interpꝛetantes vniuerso populo. Dies sanctificat⁹ est domīo deo nostro: nolite lugere ⁊ nolite flere Et dixit eis. Ite ⁊ comedite pīguia et bibite mulsum. Et mitte partes eis qui non pꝛeparauerunt sibi quia sanctus dies domini est: et nolite contristari. Gaudium etenim domini est: foꝛtitudo nostra. ℞. Beata gens cuius est dominus deus eoꝛum populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. ℣. Uerbo domini celi firmati sunt et spiritu oꝛis eius omnis virtus eoꝛum.

℞. Venite filii. fo. xxxviii.

℞. Quis sic. fo.ci.

Secundum marcum. ix.

IN illo tempoꝛe. Respondēs vnus de turba: dixit ad iesum. Magister attuli filium meu; ad te habentem spiritum mutum qui vbicunq; eum appꝛehenderit: allidit eū ⁊ spumat ⁊ stridet dētib⁹ ⁊ arescit. Et dixi discipulis tuis vt eicerent eum: ⁊ nō potuerūt. Qui respōdēs eis: dixit. O gñatio incredula: q̄diu apud vos ero/q̄diu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt. Et cum vidisset eum: statim spūs cōturbauit eum. Et elisus in terra: volutabatur spumās Et iterrogauit patrem eius Quātum tempoꝛis est: ex quo hoc ei accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequenter eum in quā ⁊ ignē misit: vt eum pderet. Sed si quid po-

tes: adiuua nos misert? nostri. Je-
sus autem ait illi. Si potes crede-
re: omnia possibilia sunt credenti.
Et continuo exclamans pater pu
eri: cum lachrymis aiebat. Credo
domine: adiuua incredulitatē me
am. Et cum vidisset iesus concurrē
tem turbam: comminatus est spi-
ritui immundo dicens illi. Surde
et mute spiritus ego tibi pcipio exi
ab eo: z amplius ne introeas in eū
Et clamans et multum discerpēs
eum: exiit ab eo. Et factus est sicut
mortuus ita vt multi dicerent qa
mortuus est. Jesus autem tenens
manum eius: eleuauit eum et sur-
rexit. Et cum introisset in domū:
discipuli eius secreto iterrogabāt
eum. Quare nos non potuim? eij-
cere eum: Et dixit illis. Hoc gen?
in nullo potest exire: nisi in oratio-
ne et ieiunio. Offertoriū. Meditabor in
mandatis tuis que dilexi valde et leuabo ma
nus meas ad mandata tua q dilexi. Secreta

Hec hostia quesumus domi-
ne emundet nostra delicta:
et ad sacrificium celebrandum sub
ditorum tibi corpora mentesqz san
ctificet. Per. Cōio. Comedite pinguia z bi
bite mulsum et mittite partes eis qui nō pre-
parauerunt sibi sanctus enim dies domini est
nolite contristari gaudium etem domini est
fortitudo nostra. Postcōmunio.

Sumentes domine dona ce-
lestia suppliciter depcamur
vt que sedula seruitute donante
te gerimus dignis sensib? tuo mu
nere capiamus. Per dominum.

Feria sexta. Officium.

Letetur cor querentiū
dominum querite do-
minum et confirma-
mini querite faciem e-
ius semper. ℣. Confitemini domino et in
vocate nomen eius: annunciate inter gentes
opera eius. Oratio.

Presta quesumus omnipo-
tens deus: vt obseruatiões
sacras annua deuotione recolen-
tes: et corpore tibi placeam? z mē-
te. Per do. Lectio ozee prophete. xiiij.

Hec dicit dominus deus. Cō
uertere israel ad dominum
deum tuum: quoniam corruisti in
iniqtate tua. Tollite vobiscū ver-
ba et conuertimini ad dominum.
et dicite ei. Omnem aufer iiquita-
tem et accipe bonum et reddem?
vitulos labiorum nostrorum. As-
sur nō saluabit nos. super equum
non ascendemus: nec dicemus vl-
tra dii nostri opera manuum no-
strarum quia eius qui in te est mise
reberis populi. Sanabo contritio
nes eorum: diligam eos spōtanee:
quia auersus est furor meus ab eis
Ero quasi ros: israel germinabit
quasi lilium. Et erumpet radix ei?
vt libani ibūt rami eius. Erit qua
si oliua gloria eius: et odor eius vt
libani. Conuertentur sedentes in
vmbra eius viuent tritico: et ger-
minabunt quasi vinea. Memoria-
le eius sicut vinum libani. Ego ex-
audiam et dirigam eū: ego vt abie
tem virentem. Ex me fructus tu?
inuentus est. Quis sapiens z intel
liget ista. et intelligens et sciet hec
Quia recte vie domini: et iusti am-
bulabunt in eis. ℟. Conuertere domie
aliquantulum z deprecare super seruos tuos
℣. Domine refugium factus es nobis a ge-
neratione et progenie. Secūdū lucā. vij.

In illo tempore. Rogabat ie
sum quidam phariseus: vt
manducaret cum illo. Et ingress?
domum pharisei: discubuit. Et
ecce mulier que erat in ciuitate:

peccatrix: vt cognouit q iesus accubuit in domo pharisei: attulit alabastrum vnguenti. Et stans retro secus pedes eius lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Uidens autem phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicens. Hic si esset ppheta. sciret vtiq que et qualis esset mulier que tangit eum quia peccatrix est. Et respondens iesus dixit ad illum. Symon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos. et alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent: donauit vtrisq. Quis ergo eum plus diligit? Respondens symon dixit. Estimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et cōuersus ad mulierem: dixit symoni. Uides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti. Hec autem lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum michi non dedisti: hec autem ex quo itraui: non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur: minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul discumbebant: dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. Vade in pace. Offertorium. Benedic anima mea domino et noli obliuisci omnes retributiones eius et renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secreta.

Accepta tibi sint quesumus domine nostri dona ieiunii que et expiando nos tua gratia dignos efficiant. et ad sempiterna pmissa perducant. Per dominum.

Communio. Aufer a me opprobrium et contemptum quia mandata tua exquisiui domine nam et testimonia tua meditatio est. Post communio.

Quesumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibētes: beneficia potiora sumamus. Per dominum.

Sabbato in ieiunio quattuor temporum. Officium.

Venite adoremus deum et procidamus ante dominum ploremus ante eum qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster. Ps. Uenite exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro. Non dicitur. Dominus vobiscum. vsq ad vltimam orationem. Oremus

Omnipotens sempiterne deus qui per continentiam salutarem. et corporibus mederis et mentibus: maiestatem tuam supplices exoramus: vt pia ieiunantium deprecatione placatus: et presentia nobis subsidia prebeas et futura. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecum.

Leuitici. xxiii.

In diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicēs. Decimo die mensis huius septimi dies expiationis erit celeberrimus et vocabitur sanctus. Affligetisq animas vestras in eo: et offeretis olocaustum domino. Omne opus seruile non facietis in tēpore diei huius: quia dies propiciationis est

ut propicietur vobis dominus de⁹ vester. Omnis anima que afflicta non fuerit die hoc: peribit de populis suis. Et que operis quippiā fecerit: dolebo eam de populo suo. Nichil ergo operis: ī eo facietis. Legitimum sempiternum erit vobis: ī cunctis generationibus et habitationib⁹ vestris. Sabbatum requietionis est: & affligetis animas vr̄as Die nono mensis septimi a vespero usq3 ad vesperum: celebrabitis sabbata vestra. Dicit domin⁹ omnipotens. ℟. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Oremus.

Primū ℟ Protector. [marginal note, handwritten; uncertain reading]

Oratio

Da nobis quesumus omnipotens deus: ut ieiunando tua gratia satiemur: et abstinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per do. Lec. libri leuitici. xxiij.

In diebus illis. Locutus dominus ad moysem dicens. Quintadecima die mēsis septimi quando congregaueritis omnes fructus terre vestre: celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo & die octauo: erit sabbatum id est requies. Sumetisq3 vobis die primo fructus arboris pulcherrime spatulasq3 palmarum: et ramos ligni densarum frondium et salices de torrente et letabimini coram domino deo vestro. Celebrabitisq3 solemnitatem: ei⁹ septē diebus per annū. Legitimum sempiternum erit: in cunctis generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis: & habitabitis ī umbraculis septem diebus. Omnis qui de genere israel est manebit in tabernaculis: ut discant posteri vestri q᷑ in tabernaculis habitare fecerim filios israel cum educerem eos de terra egypti: ego dominus deus vester. ℟. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum.

Oremus

Vere quesumus domine familiam tuā ut salutis eterne remedia que te aspirādo requirimus: te largiente consequamur Per. ¶ Michee prophete. vij

Domine de⁹ noster pasce populum tuum in virga tua gregem hereditatis tue: habitantes solos in saltu iuxta dies antiquos. Videbunt gentes: et confundentur super omni fortitudine sua. Quoniā quis deus similis tui: qui aufers iniquitatem et transis peccatum reliquiarum hereditatis tue. Non immittet ultra furorem suum: quoniam volens misericordiam est. Reuertetur et miserebitur nostri. Deponet īiquitates nostras: et proiiciet in profūdum maris oīa peccata nostra. Dabit veritatem iacob misericordiam abraham qui iurasti patribus nostris: a dieb⁹ antiquis: domine deus: noster. ℟. Propicius esto domine peccatis nostris nequando dicant gentes ubi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorem nominis tui domine libera nos.

Oratio.

Presta quesum⁹ domine sic nos ab epulis abstinere carnalibus: ut a viciis irruentibus pariter ieiunem⁹. Per. Lec. zacharie prophete. viij.

In dieb⁹ illis. Factū ē verbū dn̄i ad me dicēs Hec dicit dominus deus exercituū Sicut cogitaui ut affligerem vos cum ad iracundiam me prouocassent patres vr̄i & nō sum misertus:

Sed; ℟. Pia⁹. Tercium ℟ Cōite dn̄e. fo. xxiiij. [marginal note, handwritten; uncertain reading]

sic conuersus cogitaui diebus istis vt benefaciam hierusalē et domui iuda. Nolite timere. Hec sunt ergo verba que facietis. Loquimini veritatē vnusquisq; cū proximo suo Veritatem et iudicium pacis iudicate i portis vrīs. Et vnusquisq; malum contra amicū suū ne cogitetis in cordibus vestris et iuramētum mendax ne diligatis. Omnia enim hec sūt que odi: dicit domin⁹ Et factum est verbum domini exercituū ad me dicēs. Hec dicit dn̄s exercituū Jeiunium primi ieiuniū quarti ieiuniū quinti ieiuniū septimi et ieiuniū decimi erit domui iude in gaudium et leticiam. Et in solennitates preclaras. Veritatē tm̄ et pacem diligite. Dicit domin⁹ exercituū. ℟. Ad dn̄z cū tribularer clamaui z exaudiuit me. ℣. Dn̄e libera animā meā a labiis iniquis et a lingua dolosa. Orem⁹.

Ut nobis domine tribuis solēne tibi deferre ieiunium sic nobis quesum⁹ indulgētie p̄sta subsidium. Per. Danielis iii. Angel⁹ domini descendit cum azaria. &c. legit tota vt notat i aduētū Dn̄s vobiscū Ore⁹

Deus qui tribus pueris mitigasti flāmas igniū. concede propicius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma viciorꝝ. Ad hebreos. ix.

Fratres. Tabernaculū factū est primū: in quo erāt cādelebra et mēsa et propositio panum quod dicitur sancta. Post velamentum aūt secūdum tabernaculū quod dicitur sancta sanctorū aureū habens thuribulum: et archam testamenti circūtectā ex oī parte auro in que vrna erat aurea habens māna et virga aaron que fronduerat et tabule testamēti super que erant cherubin glorie obūbrantia propiciatorium de q̄b⁹ nō est modo dicendū per singula. His vero ita compositis: in priori quidē tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorū officia cōsummantes. In secundo vero semel in anno sol⁹ pōtifex non sine sanguine quē offert p sua et populi ignorantia. Hac significante spiritu sc̄to: nondū propalantam esse sanctorum viam. Adhuc priori tabernaculo habente statū: que parabola est tēporis instantis. Juxta quā munera et hostie offeruntur: q̄ nō possūt iuxta conscientiam pfectū facere seruientem solūmodo in cibis et in potib⁹ et variis baptismatibus et iusticiis carnis. vsq; ad tēpus correctionis impositis. Christ⁹ autem assistens pontifex futurorū bonorū per āpli⁹ et pfectius tabernaculum nō manu factū: id est nō hui⁹ creationis neq; per sanguinē hyrcorum aut vitulorꝝ: sed per propriū sanguinē introiuit semel i sancta eterna redēptione inuēta. Tractus.

Laudate dn̄m oēs gētes et collaudate eū oēs populi. ℣. Qm̄ confirmata ē super nos misericordia ei⁹ et veritas dn̄i manet i eternū. Se. lucam. xiii.

In illo tēpore. Dicebat ies⁹ turbis similitudinē hāc. Arborem fici habebat quidam plantatam i vinea sua: et venit querēs fructum i illa ꝛ non inuenit. Dixit autem ad cultorem vinee. Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum in ficulnea: hac: et non inuenio. Succide ergo illā. Ut q̄d etiam terram occupat. At ille respondens: dixit illi. Domine dimitte illam et hoc anno: vsq; dum fodiam circa illam et mittam stercora. Et siquidem fecerit fructum si autem

Quarti ℟ Dignatus fo. c ii.

in futuro succides eā. Erat autē docens: in synagoga eorum sabbatis Et ecce mulier q̄ habebat spiritū infirmitatis annis decē et octo: et erat iclinata nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum vide ret ies⁹: vocauit ad se et ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: ⁊ confesti erecta ē et glorificabat deū. Respōdēs autē archisynagog⁹ indignās quia sabbato curasset ies⁹: dicebat turbe. Sex dies sunt in quib⁹ oportet operari. In his ergo venite ⁊ curamini: et nō in die sabbati. Respōdit autem ad illum dominus: et dixit. Hypocrite vnusq̄sq3 vestrum sabbato nō soluit bouē suum aut asinum a presepio et ducit ad aquare. Hanc autem filiam abrahe quā alligauit sathanas ecce decē ⁊ octo annis: nun oportuit solui a vinculo isto die sabbati. Et cū hec diceret erubescant oēs aduersarii ei⁹. Et omnis populus gaudebat in vniuersis: que gloriose fiebant ab eo. Offer. Dn̄e deus salutis mee i die clamaui et nocte coram te intret oratio mea in conspectu tuo domine. Secreta.

Concede quesum⁹ omnipotens de⁹: vt oculis tue maiestatis munus oblatum: et gratiam nobis deuotionis obtineat: et effectum beate perēnitatis acquirat: Per. Cōio. Mēse septimo festa celebrabitis cū i tabernaculis habitare feceri filios israel cū educerē eos de terra egypti ego dominus deus vester. Postcommunio.

Perficiant in nobis dn̄e que sumus tua sacramenta qđ continent: vt que nunc specie gerim⁹ rerū ꝟitat e capiam⁹ Per. Dn̄ica .xviii. Officium.

Da pacem domine sustinētibus te vt prophete tui fideles inueniantur exaudi preces serui tui et plebis tue israel. Ps. Dilexi qm̄ exaudiet dn̄s vocē oratiōis mee. Orō.

Da quesumus domine populo tuo dyabolica vitare cōtagia: et te solum deū pura mente sectari. Per. .i. Ad corinthios. .i.

Fratres. Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei que data ē vobis: in christo iesu. Quia in omnibus diuites facti estis in illo: in omni verbo ⁊ in omni scientia. Sicut testimonium christi confirmatū est in vobis: ita vt nichil vobis desit in vlla gratia expectantib⁹ reuelationem domini nostri iesu christi: qui et cōfirmabit vos vsq3 in finē sine crimine. In die aduent⁹: domini nostri iesu xp̄i R. Letat⁹ sū i his q̄ dicta sunt michi i domū dn̄i ibimus. V. Fiat pax i virtute tua et abundantia i turribus tuis. Allā. V. Paratum cor meū deus paratū cor meū cantabo ⁊ psallam in gloria mea. Secundum matheū .xxii.

In illo tempore. Accesserūt ad iesū pharisei: et interrogauit eum vnus ex eis legisdoctor tentās eum. Magister quod est mādatum magnū in lege. Ait illi ies⁹ Diliges dominū deū tuum ex toto corde tuo. et i tota anima tua: et i tota mente tua. Hoc est maximū: et primū mandatū. Secūdum autem simile est huic. Diliges primū tuum: sicut teipsum. In his duob⁹ mandatis vniuersa lex pēdet ⁊ prophete. Congregatis aūt phariseis interrogauit eos ies⁹ dicens. Quid vobis videtur de christo cuius fili⁹ est. Dicunt ei Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in spiritu vocat eum dominum dicens. Dixit dominus dn̄o meo: sede a dextris me-

Alla. V. Qui timent dum. fo. c.iiii.

is donec ponam inimicos tuos sca bellum pedū tuorum. Si ergo dauid vocat eum dñm. quomodo filius eius est. Et nemo poterat ei respondere verbum: neq; ausus fuit quisq; ex illa die: eum amplius iterrogare. Offr. Sactificauit moyses altare dño offerēs sup illud olocausta et īmolās victimas fecit sacrificiū vesptinū ī odorē suauitatis dño deo ī cōspectu filiorū isrl. Secreta.

Maiestatē tuā domine suppliciter exoram⁹: vt hec sācta que gerim⁹: et a preteritis nos delictis exuant et futuris. Per. Cōio Tollite hostias et itroite ī atria eius adorate dñm ī aula sancta eius. Postcommunio.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus vt vicia nostra curētur: et remedia nobis eterna proueniāt. Per. Dñica.xix. Officiū.

Salus populi ego sum dixit dñs de quacūq; tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos et ero dominus illorū in perpetuum. Ps. Attēdite ppl'e me⁹ legē meā: īclinate aurē vestram in verba oris mei. Oratio.

Dirigat corda nostra quesumus domine tue miseratiōnis operatio: quia tibi sine te placere nos possum⁹. Per. Ad ephesios .iiii.

Fratres. Renouamini spiritu mētis vestre: et induite nouū hominem qui secundū deum creatus est in iusticia et sāctitate veritatis. Propter quod deponentes mendaciū loqmini veritatem vnusquisq; cum proximo suo. quoniam sumus in vicem mēbra. Irascimini: et nolite peccare. Sol non occidat: super iracundiam vestram. Nolite locū dare dyabolo Qui furabat. iam nō furetur. Magis autē laboret operando manibus suis quod bonum est: vt habeat vnde tribuat necessitatem patiēti. Rx. Dirigatur oratio mea sicut icēsū ī cōspectu tuo dñe. V. Eleuatio manuū mearū sacrificiū vesptinū. Allā. V. Qui timēt dñm sperēt in eum adiutor et protector eorum est. Secundum matheum. ix.

In illo tempore. Ascendens ies⁹ in nauiculā: trāsfretauit et venit ī ciuitatē suam. Et ecce offerebant illi paraliticum: iacētem in lecto. Uidens autem ies⁹ fidem illorum: dixit paralitico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset iesus cogitationes eorum: dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. Quid est facili⁹ dicere dimittūtur tibi peccata tua an dicere surge et ambula. Ut sciatis aūt quoniam fili⁹ hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tūc ait paralitico. Surge tolle lectū tuū et vade in domū tuam. Et surrexit et abiit in domū suam. Uidētes autem turbe timuerunt: et glorificauerunt deum: qui dedit potestatem talē hominibus Credo. Offr. Si ambulauero ī medio tribulatiōis viuificabis me dñe et sup irā īimicorum meorum extendens manum tuam et saluum me fecit dextera tua. Secreta.

Deus qui nos per huius sacrificii venerāda commercia vnius summeq; diuinitatis participes. efficis presta quesum⁹: vt sicut tuam cognoscimus veritatem sic eam dignis moribus et mentibus assequamur. Per. Cōio. Tu mandasti mādata tua custodiri nimis vtinā dirigantur vie mee ad custodiendas iustificatiōnes tuas. Postcommunio.

Gratias tibi domine referi-

Alla. V. Laud' dūs oēs ḡn. fo. c iiii.

mus sacro munere vegetati tuam
misericordiam deprecantes vt di-
gnos nos eius participatione per-
ficias. Per. Dñica .xx. Officium.

Omnia que fecisti nobis do
mine in vero iudicio feci
sti quia peccauim⁹ tibi et
mandatis tuis nõ obedi-
m⁹ sed da gloriã nomini tuo et fac
nobiscum secundum multitudinẽ
misericordie tue. Ps. Magn⁹ dñs ꝛ lau
dabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte
sancto eius. Oratio.

Omnipotẽs et misericors de
us vniuersa nobis aduersã
tia propiciatus exclude: vt mẽte ꝛ
corpore pariter expediti: que tua
sunt liberis mentibus exequamur
Per dñm nostrũ: Ad ephesios. v.

Fratres. Uidete quomodo
caute ambuletis. Nõ quasi
insipientes sed vt sapientes. Redi-
mentes tẽpus quoniam dies mali
sunt. Propterea nolite fieri ĩprudẽ
tes: sed intelligentes que sit volũ-
tas dei. Et nolite inebriari vino in
quo est luxuria: sed implemini spi-
ritu sancto loquẽtes vobismetipis
in psalmis et hymnis et cãticis spi-
ritalibus cantãtes ꝛ psallentes in
cordibus vestris domino. Gratias
agentes sẽper pro omnibus in no-
mine domini nostri iesu xpi deo et
patri. Subiecti inuicem: in timore
xpi. R. Oculi oĩm ĩ te sperant dñe et tu das
illis escã ĩ tẽpore oportuno. V. Aperis tu ma-
nũ tuã et ĩples oẽ aĩal benedictione. Allã. V.
Laudate dominum omnes gentes et collau
date eũ oẽs populi. Secũdũ matheũ. xxii.

In illo tempore. Loqueba-
tur iesus cũ discipulis suis ĩ
parabolis dicens. Simile factũ est
regnum celorum homini regi: qui
fecit nuptias filio suo. Et misit ser
uos suos vocare ĩuitatos ad nupti
as: et nolebant venire. Iterum mi
sit alios seruos dicens. Dicite inui-
tatis. Ecce prandium meũ paraui
tauri mei et altilia occisa et omnia
parata venite ad nuptias. Illi aũt
neglexerunt. Et abierunt alius in
villam suam: alius vero in nego-
ciationem suam. Reliqui vero te-
nuerunt seruos eius. et cõtumelia
affectos occiderũt. Rex aũt cũ audis-
set: irat⁹ ẽ. Et missis exercitib⁹ suis
pdidit homicidas illos ꝛ ciuitatẽ il
lorum succendit. Tunc ait seruis su-
is. Nuptie quidem parate sũt: sed
qui inuitati erant nõ fuerunt
digni. Ite ergo ad exitus viarum:
et quoscunqꝫ inueneritis vocate ad
nuptias. Et egressi serui eius in vi-
as: cõgregauerunt omnes quos in
uenerunt bonos et malos: et ĩple-
te sũt nuptie discũbentium. Intra
uit autem rex: vt videret discũben
tes. Et vidit ibi hominem: nõ vesti
tum veste nuptiali. Et ait illi Ami
ce quomodo huc intrasti nõ habẽs
vestem nuptialem. At ille obmu-
tuit. Tũc dixit rex ministris. Liga-
tis manibus eius et pedibus mitte
eum ĩ tenebras exteriores. Ibi erit
fletus et stridor dẽtium. Multi enĩ
sunt vocati: pauci vero electi. Offr.
Super flumina babilonis illic sedimus et fle
uim⁹ dũ recordaremur tui syõ. Secreta.

Hec munera quesumus do-
mine que oculis tue maie-
statis offerimus: salutaria nobis es
se concede. Per. Cõio. Memẽto verbi tui
seruo tuo in quo michi spem dedisti hec me cõ-
solata est in humilitate mea. Postcommunio

Tua nos domine medicina
lis operatio. et a nostris p-
uersitatibus clementer expediat ꝛ
tuis faciat semper inherere mãda-

R. Eripe me dñe. fo. xli. Alla. V. Qm̃ cõfir
mata ẽ sup nos mĩa ei⁹ et veritas dñi manet ĩ etn̄m

tis. Per. Dñica. xxi. Officium.

In voluntate tua domine vniuersa sūt posita et non ē qui possit resistere voluntati tue tu eñi fecisti celum et terram et vniuersa que celi ambitu continentur dominus vniuersorum tu es. ps. Beati immaculati qui i via q̄ ābulāt in lege dñi. Oratio

Largire quesum⁹ domine fidelibus tuis idulgentiam placat⁹ et pacem vt pariter ab omnibus mundentur offensis: et secura tibi mente deseruiant. Per dominum. Ad ephesios. vi.

Fratres. Confortamini in domino. et impotētia virtutis eius. Induite vos armatura dei vt possitis stare aduersus insidias dyaboli. Quoniā nō ē nobis colluctatio aduersus carnē et sanguinem: sed aduersus principes et potestates aduersus mūdi rectores tenebrarum harum contra spiritalia nequicie in celestib⁹. Propterea accipite armaturam dei. Ut possitis resistere i die malo: et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate et idu ti loricam iusticie et calciati pedes in preparatione euangelii pacis. In omnib⁹ sumētes scutū fidei: in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extīguere. Et galeam salutis assumite: et gladiū spirit⁹: quod est verbum dei. R. Dñe refugiū factus es nobis a gñatione et progenie. V. Priusq̄ montes fierēt aut formaretur terra et orbis a seculo. et i seculum tu es deus Alleluya. vers⁹ Letatus sum in his que dicta sunt michi i domū dñi ibim⁹. Secūdum iohannem iiii.

In illo tēpore. Erat quidā regulus cuius filius in firmabatur capharnaū. Hic cum audisset: q2 iesus adueniret a iudea in galileam: abiit ad eū et rogabat eū vt descenderet et sanaret filiū eius Incipiebat enim mori. Dixit ergo ies⁹ ad eum. Nisi signa et prodigia videritis: non creditis. Dixit ad eū regulus. Domine descende priusq̄ moriatur filius me⁹. Dixit ei ies⁹ Uade: fili⁹ tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei iesus: et ibat. Iā autem eo descēdente: serui occurrerunt ei: et nunciauerunt dicētes: quia fili⁹ eius viueret. Interrogabat ergo horā ab eis: i qua melius habuerit. Et dixerūt ei: q2 heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater: q2 illa hora erat i qua dixit illi iesus. filius tu⁹ viuit. Et credidit ipse: et dom⁹ eius tota. Offr. Uir erat i terra noīe iob simplex et rectus ac timēs deū quē sathā petiit vt tētaret et data ē ei potestas a dño i facultate et i carne ei⁹ perdiditq3 omnē substātiā ipsius et filios carnem quoq3 eius graui vlcere vulnerauit. Secreta.

Celestem nobis prebeat hec misteria quesumus domine medicinā: et vicia nostri cordis expurgēt. Per. Cōio. In salutari tuo aīa mea et i verbū tuum speraui qñ facies de psequētibus me iudicium iniqui persecuti sunt me adiuua me domine deus meus. Postcōio.

Ut sacris domine digni reddamur munerib⁹: fac nos quesumus tuis obedire mandatis Per dñm. Dñica. xxii. Officium.

Si iniquitates obseruaueris domine dñe quis sustinebit q2 apud te propiciatio est deus israel. ps. De profundis clamaui ad te domine domine exaudi vocem meam. Oratio.

Familiam tuā quesum⁹ domine continua pietate cu-

Alleluya. V. Qui confidunt i dño sic mons syon non commouebitur i eternum qui habitat i ierusalem.

stodi: vt a cunctis aduersitatibus
te protegente sit libera et in bonis
actibꝰ tuo nomini sit deuota. Per.

¶ Ad philippenses. primo.

FRatres. Confidimus in do
mino iesu: quia qui cepit in
vobis opus bonũ: perficiet vsqꝫ ĩ di
em xp̄i iesu. Sicut est michi iustum
hoc sentire pro omnibꝰ vobis: eo q
habeam vos ĩ corde et in vinculis
meis et in defẽsione et confirmati-
one euãgelii socios gaudii mei om
nes vos esse. Testis enĩ michi est de
us: quomodo cupiã vos esse ĩ visce
ribꝰ iesu xp̄i. Et hoc oro: vt caritas
vestra magis ac magis abũdet in
omni scientia: et in omni sensu. Ut
probetis potiora: vt sitis sinceris ⁊
sine offensa in diẽ xp̄i. Repleti fru-
ctu iusticie. Per iesum xp̄m ĩ gloriã
et laudem dei. ℟. Ecce q̄ bonũ et q̄ iocũ
dum habitare fratres ĩ vnũ. ℣. Sicut vnguẽ
tum ĩ capite qđ descendit ĩ barbã barbã aarõ
Allã. ℣. De profũdis clamaui ad te dñe: dñe
exaudi vocẽ meã. Secũdũ matheũ. xviii.

IN illo tempore. Dixit iesꝰ
discipulis suis parabolam
hanc. Simile est regnũ celorũ ho-
mini regi: qui voluit rationẽ pone
re cũ seruis suis. Et cũ cepisset rati
onem ponere: oblatus est ei vnus
qui debebat decẽ milia talẽta. Cũ
autem nõ haberet vnde redderet
iussit eũ dominus eius venundari
et vxorem eius et filios et omnia q̄
habebat et reddi. Procidẽs aũt ser
uus ille rogabat eum dicens. Pati
entiam habe in me et oĩa reddam
tibi. Misertus aũt dominus serui
illius: dimisit eum: et debitũ dimi-
sit ei. Egressus aũt seruus ille: inue
nit vnum de conseruis suis: qui de-
bebat ei centum denarios et tenẽs
suffocabat eũ dicẽs. Redde quod de
bes. Et procidens conseruꝰ eiꝰ: ro-
gabat eũ dicẽs. Patientiã habe in
me et omnia reddam tibi. Ille aũt
noluit sed abiit et misit eũ ĩ carce-
rem donec redderet debitum. Ui-
dentes aũt cõserui eius q̄ fiebãt cõ-
tristati sũt valde. Et venerunt et
narrauerunt domino suo omnia q̄
facta fuerãt. Tunc vocauit illũ do
minus suus: et ait illi. Serue neq̄
omne debitum dimisi tibi quoniã
rogasti me. Nõne ergo oportuit et
te misereri conserui tui: sicut et ego
tui misertus sũ. Et iratus dominꝰ
eiꝰ tradidit eũ tortoribꝰ: quo adus
qꝫ redderet vniuersum debitũ. Sic
et pater meus celestis faciet vobis
si non remiseritis vnusquisqꝫ fratri
suo de cordibus vestris. Offr. Recor-
dare mei dñe oĩpotẽtatui; dñans da sermonẽ
rectũ et bñsonantẽ ĩ os meũ vt placeãt verba
mea in conspectu principum. Secreta.

SUscipe quesumus dñe ꝓpi
cius hostias quibꝰ et te pla
cari voluisti: et nobis salutem po-
tenti virtute restitui. Per. Cõio. Dico
vobis gaudium est angelis dei super vno pec
catore penitentiam agente. Postcommunio

IMmortalitatis alimoniã
consecuti quesumus domi
ne: vt quod ore percepimus: mẽte
sectemur. Per. Dñica.xxiiii. Officium.

DIcit dominus ego cogito
cogitationes pacis et nõ
afflictionis inuocabitis
me et ego exaudiam vos
t reducã captiuitatem vestrã de
cunctis locis. ps. Bñdixisti dñe terrã tuã
auertisti captiuitatem iacob. Oratio.

DEus refugiũ nostrũ et vir-
tus adesto piis ecclesie tue
precibus auctor ipse pietatis et pre
sta: vt quod fideliter petimus effi-
caciter consequamur. Per dominũ

¶ Ad philippenses. tercio.

FRatres. Imitatores mei estote et obseruare eos qui ita ambulant sicut habetis formā nostrā. Multi enim ābulant. quos sepe dicebam vobis. Nūc aūt et flēs dico inimicos crucis xpi quorū finis interitus quorū deus venter est: et gloria in cōfusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra aūt cōuersatio in celis est. Unde etiam saluatorē expectamus dominum nostrū iesū christum qui reformabit corpus humilitatis nostre: cōfiguratū corpori claritatis sue secundum operationē qua possit etiā subiicere sibi oīa Itaqꝫ fratres mei carissimi et desideratissimi gaudium meū et corona mea sic state in domino carissimi. Euchodiā rogo et sinthicem deprecor: idipsū sapere in domino. Etiā rogo et te germane compar: adiuua illas que mecū laborauerunt in euangelio cū clemēte et ceteris adiutoribus meis. Quorum nomina sunt in libro vite. R. Liberasti nos dñe ex affligētibus nos et eos qui nos oderūt confudisti. V. In deo laudabimur tota die et nomini tuo cōfitebimur in secula. Allā. V. Qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum. ¶ Secundum matheum. xxii.

IN illo tempore. Abeuntes pharisei consilium inierūt vt caperēt iesū i sermone. Et mittunt ei discipulos suos cū herodianis dicentes. Magister scimus quia verax es: et vi[am] dei i veritate doces: et non est tibi cura de aliquo: Non enim respicis: personā hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur. Licet censū dari cesari an non. Cognita autē iesus neqcia eorum ait quid me tētatis hypocrite. Ostēdite michi nūmisma census. At illi obtulerunt ei denariū. Et ait illis iesus. Cuius est ymago hec: et superscriptio. Dicūt ei. Cesaris. Tūc ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: et q̄ sūt dei deo. Offr. De pfūdis clamaui ad te dñe dñe exaudi vocē meā. Se.

DA nobis misericors deus: vt hec nos salutaris oblatio et a propriis reatibus desinenter expediat: et ab oībus tueatur aduersis Per. Cōio. Amē dico vobis quicquid orātes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Post cōio.

SUmpsimus domine sacri dona mysterii humiliter deprecantes: vt que in tui commemoratione nos facere pcepisti in nostre proficiāt īfirmitatis auxilium. Qui. Dñica. xxiiii. totū officiū vt in dñica precedēti. cū oratiōe sequēti Oratio.

EXcita quesumus dñe tuorū ~~fidē~~ fideliu voluntates: vt diuini operis fructum propēsius exequentes pietatis tue remedia maiora pcipiant. Per. Ad collossenses. i.

FRatres. Non cessamus pro vobis orantes et postulantes vt impleamini agnitione volūtatis eius. In omni sapientia et intellectu spirituali: vt ambuletis digne deo p omnia placētes. In omni opere bono fructificantes: et crescentes in scientia dei. In omni virtute cōfortati: secundum potētiā claritatis eius. In omni patientia et longanimitate: cū gaudio. Gratias agētes deo et patri: qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorū in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum: et transtulit in regnū filii dilectiōis sue. In quo habemus redemptionem et remissionem peccatorū. Per iesum xpm dñm. Secūdū matheū. ix.

IN illo tempore, Loquente

R. Timebunt gētes fo. c.

iesu ad turbas: ecce princip s vnus
accessit et adorabat eū dicēs. Domi
ne filia mea modo defuncta est: sed
veni impone manū tuā sup eā et vi
uet. Et surgens iesus sequebatur
eum et discipuli eius. Et ecce mu
lier que sanguinis fluxū patiebat
duodecim annis accessit retro et te
tigit fimbriā vestimenti eius. Dice
bat enim intra se. Si tetigero tan-
tum vestimentum eius: salua ero
At iesus cōuersus et vidēs eā dixit
Confide filia fides tua te saluā fecit
Et salua facta est mulier: ex illa ho
ra. Et cum venisset iesus in domū
pricipis. et vidisset tibicines et tur
bam tumultantē dicebat. Recedi-
te. Non est enim mortua puella: sed
dormit. Et deridebāt eū. Et cū eie
cta esset turba itrauit et tenuit ma
nū ei9 et dixit Puella surge. Et sur
rexit puella. Et exiit fama hec. in
vniuersam terram. Secreta.

Propicius esto dñe supplica
tionibus nostris: et populi
tui oblationib9 precibusq susceptis
omnium nostrum ad te corda con
uerte: vt a terrenis cupiditatibus
liberi: ad celestia desideria transea
mus. Per dominum. Postcommunio.

Concede nobis dñe quesu-
mus: vt per hec sacramēta
que sūpsimus quicqd in nostra mē
te viciosum est: tue meditationis
dono curetur. Per dominum. Do-
minica ante aduentum fit de gloriosa trinita
te hoc modo. Officium

Benedicta sit sancta tri
nitas atq indiuisa vni
tas confitebimur ei qr
fecit nobiscum miseri-
cordiam suam. Ps. Benedicamus patrē
et filium cum sācto spiritu. Oratio.
Excita quesum9 domine po
tentiam tuā et veni: et quod eccle-
sie tue promisisti: vsq in finem secu
li clementer operare. Qui viuis.

Lectio hieremie prophete. xxiij.

Ecce dies veniunt dicit do-
minus: et suscitabo dauid
germen iustum et regnabit rex et
sapiens erit: et faciet iudicium et iu
sticiā i terra. In diebus illis salua-
bitur iuda et israel habitabit confi
denter. Et hoc est nomē quod vo-
cabunt eū dominus iustus noster.
Propter hoc ecce dies veniūt dicit
dominus: et non dicent vltra viuit
domin9 q eduxit filios israel de ter
ra egypti: sed viuit dñs qui eduxit
et adduxit semē dom9 israel de ter
ra aquilonis et de cūctis terris ad
quas eiecerant eos illuc: et habita
bunt in terra sua. Dicit domin9 om
potens. R. Bñdictus es dñe q ītueris abis
sos et sedes super cherubin. V. Bñdicite deū ce
li quia fecit nobiscū misericordiā suā. Allā. V.
Uerbo dñi celi firmati sūt et spiritu oris eius
ois virt9 eor. Secūdum iohānem. vi.

In illo tempore. Cū suble-
uasset oculos ies9 et vidisset
quia multitudo maxima venit ad
eum dixit ad philippum. Unde
ememus panes vt manducēt hi.
Hoc autem dicebat tētās eum. Ip
se enim sciebat quid esset facturus
Respondit ei philippus. Ducento
rum denariorum panes non suffi-
ciunt eis: vt vnusquisq modicū qd
accipiat. Dixit ei vnus ex discipulis
eius: andreas frater symonis petri
Est puer vnus hic qui habet quinq
panes ordeaceos et duos pisces Sed
hec quid sūt inter tantos. Dixit er-
go iesus. Facite homines discūbe-
re. Erat autē fenū multum i loco
Discubuere ergo viri: nūero quasi
quinq milia. Accepit ergo iesus pa

Alla. V. Bndict9 es dñe de9 patrū nostrorū et
laudabilis in secula. Euangelium
Cum venerit paraclitus fo. xci.

nes: et cũ gratias egisset distribu-
it discumbentibus. Similiter et ex
piscibus: quãtum volebãt. Ut au
tem impleti sunt: dixit discipulis
suis. Colligite que superauerunt
fragmenta ne pereant. Collegerũt
ergo et impleuerunt duodecim co
phinos fragmentorũ ex quinq; pa
nibus ordeaceis que superfuerunt
his qui manducauerant. Illi ergo
homines cum vidissent ꝙ fecerat
signum: dicebãt. Quia hic est vere
ꝓpheta: qui venturus est in mun-
dum. Offer. Benedictus sit deus pater vni
genitusq; dei filius sanctus quoq; spiritus quia fe
cit nobiscum misericordiam suam. Secreta.

Placare domine quesumus
humilitatis nostre precibus
et hostiis: et vbi nulla suppetũt suf
fragia meritorum: tue nobis ĩdul-
gentie succurre presidiis. Per dñm
Communio. Benedicimus deum celi et corã
omnibus viuentibus confitebimur ei quia fe
cit nobiscum misericordiã suã. Postcõmunio

Repleti cibo potuq; spiritua
lis alimonie supplices te do
mine deprecamur. vt huius parti-
cipatione misterii doceas nos ter-
rena despicere / et amare celestia.
Per dominum nostrum iesum.
¶ In dedicatione ecclesie. Ad missã. Officiũ.

Terribilis est locus iste hic
domus dei est et porta ce
li et vocabitur aula dei.
Ps. Dominus regnauit decorẽ
indutus est: indutus est dominus fortitudi-
nem et precinxit se. ¶ Oratio.

Deus qui nobis per singulos
annos huius sancti templi
tui consecrationis reparas diem:
et sacris semper misteriis represen
tas icolumes. exaudi preces popu
li tui et presta: vt quisquis hoc tem
plum beneficia petiturus ingredi
tur: cuncta se impetrasse letetur.
Per dominum nostrũ iesum chri-
stum. ¶ Lectio libri apocalipsis beati io-
hannis apostoli. ¶ xxi.

In diebus illis. Uidi ciuita-
tem sanctam hierusalẽ no-
uam descendentem de celo a deo
paratam: sicut sponsam ornatam
viro suo. Et audiui vocem magnã
de throno dicentem. Ecce taber-
naculum dei cum hominibus. et ha
bitabit cum illis. Et ipsi populus
eius erunt: et ipse deus cum eis erit
eorum deus. Et absterget deus om-
nem lachrymam ab oculis eorum
et mors vltra non erit. neq; luctus
neq; clamor. neq; dolor erit vltra
que prima abierũt. Et dixit qui se-
debat in throno. Ecce noua: facio
omnia. ℟. Locus iste a deo factus est iesti-
mabile sacramentum irreprehẽsibilis est. ℣.
Deus cui astat angelorum chorus exaudi pre
ces seruorũ tuorum. Alleluya. ℣. Fundata
est domus domini super verticem montium et
exaltata est super omnes colles. Tẽpore pa-
schali. ii. Alleluya. ℣. Uox exultationis et sa-
lutis in tabernaculis iustorum. Per octa. Al
leluya. ℣. Adorabo ad templum sanctum tu
um et confitebor nomini tuo. Sequentia.

Rex salomõ fecit templum
quorum instar et exemplũ:
christus et ecclesia. Huius hic est im
perator fundamentum et funda-
tor mediante gratia. Quadri tem
pli fundamenta marmora sunt in
strumenta parietum paria. Can-
dens flos est castitatis lapis qua-
drus in prelatis virtus et constan-
tia. Lõgitudo latitudo tẽpliq; sub
limitas. Intellecta fide recta sunt
spes / fides / et caritas. Sed tres
partes sunt in templo trinitatis
sub exemplo ima summa media.
Ima signat viuos cunctos et se-

cũda iam defunctos rediuiuos tercia. Sexagenos quoq3 per se et tertantum vniuerse habent alti cubitos. Horum trium tres conuent⁹ trinitati dant concẽtus vnitati deditos. Templi cultus extat mult⁹ cynamomus odor dom⁹ myrrha stactem cassia. Que bonorum decus morum atq3 bonos precum sonos sunt significãtia. In hac cassa cuncta vasa sunt ex auro de thesauro preelecto penitus. Nam magistros ⁊ ministros decet doctos ⁊ excoctos igne sancti spiritus. Hec ex bonis salomonis que rex dauid ꝑparauit fiunt edificia. Nã in lignis rex insignis iuuit tyri cuius viri tractant artificia. Nam ex gente iudeisq3 sicut templum ab vtrisq3 conditur ecclesia. Christe qui hanc ⁊ hos vnis lapis huic ⁊ his communis tibi laus et gloria. Amen.

¶ Secundum lucam. xix.

In illo tempore. Ingressus iesus perambulabat hiericho. Et ecce vir cui nomen zacheus. Et hic erat princeps publicanorũ: et ipse diues. Et querebat videre iesum quis esset: ⁊ non poterat pre turba: quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborẽ sicomorum vt videret illum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum: suspiciens iesus vidit illum: et dixit ad eum. Zachee festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: et excepit illum gaudens. Et cum viderent omẽs murmurabant dicentes q ad hominẽ peccatorẽ diuertisset. Stãs autem zacheus: dixit ad dominum. Ecce dimidium bonorum meorũ domine do pauperibus: et si quid aliquẽ defraudaui: reddo quadruplum. Ait iesus ad eum: quia hodie salus huic domui facta est: eo q ⁊ ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis querere et saluum facere: quod perierat. Credo. Offertorium. Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa et populum tuum qui repertus est vidi cum ingenti gaudio de⁹ israel custodi [illegible] voluntatem. Secreta.

Annue quesumus domine ꝑcibus nostris vt quicunq3 intra templi huius cuius anniuersarium dedicatiõis diem celebram⁹ ambitum continemur: plena tibi atq3 perfecta corporis et anime deuotiõe placeamus/ vt dum hec vota presentia reddimus ad eterna premia te adiuuante venire mereamur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum. Communio. Domus mea dom⁹ orationis vocabitur dicit dominus in ea omnis qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsãti aperietur. Postcommunio.

Deus qui ecclesiam tuã spõsam vocare dignatus es: vt que haberet gratiam per fidei deuotionem: haberet etiam ex nomine pietatẽ: da vt omnis hec plebs nomini tuo seruiẽs huius vocabuli consortio digna esse mereatur. ⁊ ecclesia tua in templo cuius anniuersarius dedicatiõis dies celebratur tibi collecta: te timeat te diligat te sequatur: vt dum per vestigia tua iugiter graditur / ad celestia promissa te ducente peruenire mereatur. Qui viuis et regnas deus: Per omnia secula seculorum.

¶ Missa de sancta genouefa. Officium.

Veneremur omnes in domino voce corde nisu toto san-

ctitatem genouefe virginis de cu=
ius suffragiis gaudent populi et col
laudant filium dei. Ps. Domine refu=
gium factus es nobis: a generatione in gene
rationem. Oratio.

Beate genouefe virgis tue dñe
de⁹ gloriosis meritis adiuuemur
et ei⁹ sacro iteruētu corporis et aīe sa
nitate gaudētes: grā tua cooperā
te saluemur. Per. ij. Ad corinthi. x. et xi.

Fratres. Qui gloriat in dño:
glorietur. Nō eīn q̄ seipm cō=
mēdat ille pbat⁹ est: sed quē de⁹ cō=
mēdat. Utinā sustieretis modicū
q̄d isipiētie mee: sed et supportate
me. Emulor eīn vos: dei emulati
one. Despondi enim vos vni viro
virginem castā: exhibere xpo. R.
O pia spōsa dei, tribulatis spes requei. virgo
frācigena, virgo dulcedie plena i te sperātes
audi miserādo precātes. V. Dele peccamē ve
xatis peste iuuamē mestis solamē, porrige sē
per amē. Alla. V. Genouefa virgo clemens te
pcātes respice tolle pōd⁹ culpe pmens hostes
clades abiice egrū corpus et cor gemēs salu=
briter refice. aliud Alla. V. Ora p nobis mi=
seris sctā virgo genouefa q̄ nūc gaudes in su=
petis miraculis isignis, fulgēs vtute diuina

Virgo venerabilis Sequētia.
Virgo prudēs hūilis virgo dei
filia. Spōsa regis glorie, memēto
familie regis recōsilia. Ueni virgo p
pera seruos tuos libera ab oī mo=
lestia. Ueni ne tardaueris. confer
opem miseris dum querunt subsi=
dia. Assis pñs ope q̄ pñs es corpore
iacēs in ecclia. Totū corp⁹ vidim⁹
iā null⁹ est vidimus apud nos sunt
oīa. Corp⁹ totū oculis. sed et caput
osculis sūma reuerētia. Cōtrecta=
ti fuim⁹ sic vtrūq clausim⁹ sed i the
ca alia. Uirgo dilecta deo hoc ipe=
tres ab eo vt concessa venia. Sctis
tuis pcib⁹ cū beatis oīb⁹ viuam⁹ in
gloria. Amen. In. lxx. Tractus.

Gaude sctā genouefa pia prudēs illiba=
ta spōsa xpi. V. Ab āgelis collaudata
a germano pphetata q̄ fuisti. Signa patrās
ifinita tā digna tā mirabilia sic vixisti. Quod
post mortē coronata celos virgo deo grata pos
sedisti. Ubi cūctis plena bonis orare velis p
nobis. Secūdum matheum. xxv.

In illo tpe. Dixit iesus disci=
pulis suis pabolā hāc. Sile
est regnū celor decē virgib⁹: q̄ acci=
piētes lāpades suas: exierūt obuiā
spōso et spōse. Quiq aūt ex eis erāt
fatue: et q̄nq prudentes. Sed q̄nq
fatue acceptis lāpadib⁹ nō sumpse
rūt oleū secū. Prudētes vero: acce=
perūt oleū cū lāpadib⁹ i vasis suis.
Morā aūt faciēte spōso. dormitaue
rūt oēs et dormierūt. Media aūt no=
cte clamor fact⁹ est: ecce sponsus ve
nit. exite obuiā ei. Tūc surrexerūt
oēs virgines ille: et ornauerūt lāpa
des suas. Fatue aūt: sapiētib⁹ dixe
rūt. Date nobis de oleo vr̄o q2 lāpa
des nr̄e extigunt. Rn̄derūt prudē=
tes: dicentes. Ne forte nō sufficiat
nobis et vobis: ite poti⁹ ad vēdentes et
emitte vobis. Dū aūt irent emere
venit sponsus: et que parate erāt
intrauerunt cum eo ad nuptias: et
clausa est ianua. Nouissime autē
veniunt et relique virgines: dicen
tes. Domine dñe aperi nobis. At
ille respondens ait. Amen dico vo
bis: nescio vos. Uigilate itaq quia
nescitis diem neq horā. Offer. Prote
ge nos q̄s dñe p merita sctē genouefe ab oīb⁹
molestiis et a cunctis angustiis vt sic maiesta
ti tue seruiamus assidue q tandem nobis in
celis temetipsum dare velis. Secreta.

Intercedente pro nobis bea
ta virgine genouefa clemē=
tiam tuā deposcim⁹ pie pater vt sa
lutē animar nr̄ar pariter et corpo

rũ hec hostia sacrosãcta efficaciter operetur. Per. Cõio. Per pctm̃ rei facti sumus. p te ṽgo liberati sum⁹ dol⁹ demonis seduxit nos fili⁹ dei liberet nos all'a. Postcõio.

Celesti pane refecti hũiliter te deprecamur dñe iesu xp̃e vt per p̃ces ⁊ merita btẽ genouefe virginis delictoꝝ veniã sospitatẽ ⁊ grãm ⁊ eternã gloriã cõsequamur.

Missa sacerdotis ppria. officium.

Exaudi de⁹ oratione mea ⁊ ne despexeris dep̃catione mea inte de in me ⁊ exaudi me. Ps. Cõtristat⁹ sũ in exercitatiõe mea ⁊ cõturbatus sum a voce inimici: ⁊ a tribulatione peccatoris. Oratio.

Omñs sempiterne de⁹ tue grẽ pietatẽ supplici deuotiõe deposco: vt omniũ maloꝝ meoꝝ vincula soluas cũctisq; meis crimib⁹ ⁊ pctis clemẽter ignoscas: ⁊ q; me indignũ ⁊ pctõrẽ ad misteriũ tuũ vocare dignat⁹ es: sic me idoneũ tibi ministrũ efficias: vt sacrificium de manibus meis placide ac benigne suscipias. electorũq; sacerdotũ me participẽ facias / ⁊ de preceptis tuis ĩ nullo me oberrare pmittas. Per dñm. j. Ad thimotheum. j.

Karissime. Fidelis sermo et oĩ acceptione dign⁹: q; ies⁹ xp̃s venit in hũc mũdũ pctõres saluos facere: quoꝝ prim⁹ ego sũ Sed ideo miam cõsecut⁹ sum: vt in me ostẽderet iesus xp̃s oẽm patientiã ad ĩformationẽ eoꝝ q̃ credituri sũt illi in vitã eternã. Regi aũt seculorum immortali inuisibili: soli deo oĩs honor ⁊ gloria in secula seculorum amen. R. Eripe me de inimicis meis de⁹ meus doce me facere voluntatem tuã. V. Liberator meus dñe de gentibus iracũdis ⁊ ab insurgẽtibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me. All'a. V. Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat.

Secundum marcum. j.

In illo tempore. Uenit ad iesu leprosus deprecãs eũ et genu flexo ait Domine: si vis potes me mundare. Jesus autẽ misertus eius: extẽdens manum suã et tãgẽs eũ ait illi. Volo. Mũdare. Et cũ dixisset stati discessit ab eo lepra ⁊ mũdat⁹ ẽ ⁊ cõmiat⁹ est ei. Statimq; eiecit illũ: ⁊ dixit ei. Uide nemini dixeris: sed vade ⁊ ostende te principi sacerdotũ: ⁊ offer p emũdatione tua que percepit moyses: ĩ testimonium illorũ. Offer. Eripe me de inimicis meis domine ad te cõfugi doce me facere volũtatẽ tuã q; deus meus es tu. Secre.

Hostias tibi dñe quas tue pietati indign⁹ offero pi⁹ ac propicius suscipe: et oĩm peccatorũ meoꝝ vincula quibus ppria accusante conscientia mirabiliter cõstringor: propicius absolue: et p his veram purãq; corã te confessionem et dignã fructuosãq; agere penitentiam et plenissimã michi gratuito dono tribue. indulgentiam. Per dominum. Cõio. Erubescãt ⁊ reuereãtur simul qui gratulãtur malis meis idũatur pudore et reuerẽtia q̃ maligna loquuntur aduersum me. Postcõio.

Huius domine michi sacramenti pceptio sit peccatorum remissio et tue pietatis optata propiciatio: vt per hec te opitulãte efficiar sacris misteriis dign⁹ que de tua pietate confisus: frequẽtare presumo indign⁹. Per dñm.

In die sancti Andree apli
Officium. Michi autem nimis.
Oratio

Finis temporalis.

Maiestatem tuam dne suppliciter exoramus vt sicut ecclesie tue beatus andreas apls extitit pdicator et rector: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per d.

deb niuersa cathegorizet ecclesia. Mitissima sctōꝝ sctissima extollendo merita. Apostoli andree admirandu prefulgentis gratia. Hic accepto a iohāne baptista. Quod venisset qui tolleret peccata. Vox eius intrans habitacula audiebat eloquia. Inuentoqꝫ fratre suo bariona. Inuenimus ouās iquit messiam. Et duxit eū ad mellifluam saluatoris presentiam. Hunc perscrutantem maria xpi vocauit clementia. Artem piscandi commutans dignitate apostolica. Cuius animam postclara festi pascalis tēpora. Sanctispiritus preclara perlustrauit potentia. Ad predicandū gentibus penitentiam. Et dei patris per filium clemētiam. Gratulare ergo tanto patre achaia. Illustrata eius salutari doctrīa. Honorata multimoda signorum frequentia. Et tu gemens plora trux carnifex egea. Te lues inferna et morstenet eterna. Et andreā felicia per crucem manēt gaudia. Iā regem tuum spectas iam adoras iam in eius conspectu andrea stas Odorem suauitatis iam aspiras quem diuini amoris aroma dat. Sit ergo nobis inclita dulcedo spirans intima celestis vite balsama. Amen. ¶ Secundum matheum. iiij.

In illo tempore. Ambulans iesus iuxta mare galilee: vidit duos fratres. Symonem q vocatur petrus / et andream fratrē eius mittentes rete ī mare. Erāt enim piscatores. Et ait illis. Venite post me: faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus: secuti sunt eum. Et procedēs inde: vidit alios duos fratres iacobum zebedei et iohannem fratrem eius in naui cum zebedeo patre eorum reficientes retia sua. Et vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus et patre: secuti sūt eum. Credo. Offer. Michi aūt. Secreta.

Sacrificiū nostrum tibi quesum9 dñe beati andree depcatio sancta conciliet: vt cuius honore solenniter exhibetur: meritis efficiatur acceptum. Per. Prefatio. Te domine sup. Cōio. Venite post me faciam vos piscatores hominū at illi relictis retibus et naui secuti sunt dñm. Postcōio.

Sumpsimus domine diuina misteria beati andree apostoli festiuitate letantes: que sicut tuis sanctis ad gloriam: ita nobis quesumus ad veniam pdesse perficias. Per. Sancti eligij episcopi et confessoris oīa de cōi vni9 epi. ¶ Sācte barbare virginis et mar. officium. Gaudeam9. Orō.

Deus amator pudicitie q ad declaranda merita beate barbare virginis et martyris tue misericordiam populis ipsam inuocantibus promisisti: da nobis q̄sumus ita ipsius interesse festiuitati: vt ab hostium incursu semper simus securi: et pia eius intercessione ad gaudia perueniam9 eterna. Per dominum. Epistola. Qui gloriatur. R. Specie tua. V. Propter veritatem Alleluya. V. Barbara virgo pia splendās orbisqꝫ lucerna per tua presidia pete nobis regna superna. Sequentia.

Virgo mitis generosa gemma celi preciosa sponsa christi speciosa dioscori filia. Tecū virgo lapis volat vt sic tuus pater colat trinitatē qui violat heresis ludibria. Christ9 eā visitauit ī vinculis cōfortauit plagas ei9 mox sanauit sana refert grās. Veste celi sibi data migrat ergo hec vtā sicqꝫ patris

Psa. Celi fosem fo clxxxvii.

decolata manus sentit impias. Aue proles creatoris. Aue sponsa redemptoris salue serua saluatoris angelorum socia. Supplicat nūc chorus iste per barbaram pie xp̄e irasci nobꝫ desiste qui es vera venia Amen. Euangelium. Simile clxi est regnum celorum decem virginibus Offertorium. Filie regum. clxii. Secreta.

Hostiam nostre deuotionis tibi domine offerimus quā precibus btē barbare virgis et martyris tue acceptabilem maiestati tue esse deposcim⁹. Per dominum Communio. Feci iudicium. clxii. Postcōmunio.

Libera nos quesumus ab oī malo dn̄e iesu xp̄e ꝑ merita et intercessionē beatissime virginis et martyris tue barbare: vt fiat nobis corpus tuum ad salutem et sanguis tuus ad remissionē omnium peccatorum. Qui vi. Sancti nicholai epi. officium. Statuit clxviii ei do. ¶ Oratio.

Deus qui beatum nicholauꝫ pontificem tuum innumeris decorasti miraculis: tribue nobis quesumus. vt eius meritis et ꝓ̄cibus a gehēne incēdiis liberemur Per dominum. Epistola et R̸. Ecce clix sacerdos. Alleluya. V̸. Justus clix germinabit. vnius martyris. Sequentia.

Congaudentes exultemus vocali concordia. Ad beati nicholai festiua solemnia. Qui ī cunis adhuc iacens seruando ieiunia A papilla cepit summa promereri gaudia. Adolescēs amplexatur litterarum studia. Alienus et immunis ab omni lasciuia. Felix confessor cuius fuit dignitatis vox de celo nuncia. Per quem prouectus ꝑ̄sulatus sublimatur ad sūma fastigia. Erat in eius animo pietas eximia et oppressis impēdebat multa beneficia. Auro per eum virginum tollitur infamia atqꝫ patris earundem leuatur inopia. Quidā naute nauigantes et contra fluctuum seuiciam luctantes naui pene dissoluta. Jam de vita desperātes in tanto positi periculo: clamātes voce dicunt omnes vna. O beate nicholae nos ad maris portū trahe de mortis angustia. Trahe nos ad portum maris tu qui tot auxiliaris pietatis gratia. Dum clamarent nec incassum ecce quidam dicens assum ad vestra presidia. Statim aura datur grata et tēpestas fit sedata quieuerunt maria. Ex ipsius tumba manat vnctionis copia. Que infirmos omnes sanat ꝑ eius suffragia. Nos qui sumus in hoc mundo viciorum in profundo iam passi naufragia. Gloriose nicholae ad salutꝫ portum trahe vbi pax et gloria. Ipsam nobis vnctionem impetres a domino prece pia Qui sanauit lesionem multorum peccaminum in maria. Huius festum celebrantes gaudeant per secula. Et coronet eos christus post vite curricula. Amen. Euangel. Vigilate clx et orate. Offertorium. Veritas.

Sanctifica quesum⁹ ¶ Secreta domine oblata mūera que in veneratione sancti antistitis tui nicolai offeruntur: vt per ea vita nostra inter aduersa vbiqꝫ dirigatur et prospera. Per dominum. Cōio. Beatus clx seruus. Postcommunio.

Sacrificia que sumpsimus domine pro solemnitate sancti pontificis tui nicolai: sempiterna nos protectione confirment. Per dominū. ¶ In octa. sancti andree apostoli omnia sicut in die preter orationem et sequētiā Clare sanctorum. Oratio.

¶ Epla Benedictio dni. fo. c xlviii.

¶ Euang. Sint lumbi. fo. c lx.

Protegat nos domine sepius beati andree apostoli repetita solemnitas: vt cuius patrocinia sine intermissione recolimus: ppetuā defensionē sentiamus. Per.

Secreta.

Indulgētiā nobis prebeant hec munera quesumus domine largiorem que venerabilis andree apli tui suffragiis offeruntur. Per.

Postcommunio.

Adiuuet familiam tuam tibi domine supplicādo venerandus andreas apostolus: vt pius interuentor efficiatur: qui tui nominis extitit predicator. Per dñm

Conceptio beate marie quocunqz die euenerit non transfertur. Officium.

Gloriose vginis marie cōceptionem deuotissime celebremus cuius vita inclita cūctas illustrat ecclesias. Ps. Hodie concepta est beata virgo maria: ex progenie dauid. Oratio.

Deus qui ineffabilis es misericordie qui prime piacula mulieris per gloriosā virginē mariam expiādo sanxisti da nobis quesumus cōceptionis eius digne solēnia venerari que vnigenitū tuum virgo cōcepit et virgo peperit iesū xpm dominū. Qui tecū. Epla. cxxxvii. Ego quasi vitis. R. Bñdicta et venerabilis. V. Virgo dei genitrix. Allā. V. Cōceptio gliose virginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Sequentia.

Mater dei presentis luce diei est cōcepta. Simul tota saluatio lux et nostra est incepta. Jesse radix iclita dauid aula regia precessere. Virgam sine frutice nobilē propagine ptulere. Hec virga de regibus hec de sacerdotibus ē producta. Terra q̄ hanc genuit a deo sepe fuit benedicta. Virgo sancta virga ē flos de virga christus est splēdens late. Plenus carismatibus septiformis spiritus fulget clare. O beata dña misericordissima nr̄a tot pericula intuere. O tu clementissima maris stella lucida supplicantes adiuua et tuere. Tua cōceptio grandi tripudio fuit cetui angelico Cum quo collegio nostra deuotio deum collaudet i iubilo. Amē. Euāgelium. Liber generationis. quere in natiuitate eiusdem. Credo. Offertorium. Felix namqz. cxxxviii.

Secreta.

Salutarem omnipotens pater hostiam imolantes imploramus clementiam tuā: vt genitricis filiū tui supplicatione placatus per conceptionis eius solēnitatem nos et a peccatis oībus absoluas et ad visionem glorie tue pducas. Per eundē dñm. Prefationes. Et te in conceptione. Cōio. Beata viscera marie virginis. cxxxviii. Postcommunio.

Celestis alimonie vegetati libamine q̄sumus domine deus noster vt gloriose sēper virginis dei genitricis marie continua foueat protectio: cuius nostre causa salutis extitit hodierna cōceptio per eundem dñm nostrum iesum.

In trāslatiōe sāctorū geruasii et prthasii quod nunqz trāsfertur. missa matutina erit de sancta lucia nisi dñica euene. Dilexisti iusticiam Gloria in ex. Or. Exaudi nos deus. Epla. Qui gloriatur. R. Dilexisti. Allā. V. Specie tua. Euan. Simile est regnum celorū decem. Offer. Offerentur. Cōio. Diffusa est gratia. Ad magnā missā. Officiū.

Loquetur dominus pacem in plebem suam et super sanctos suos et in eos qui conuertūtur ad ipsum. Ps. Bñdixisti dñe terrā tuam: auertisti captiuitatē iacob. Oratio.

Oratio ... ut supra de sca lucia per totū.

Deus qui nos cōcedis sācto- rum martyrum tuorū geruasii et ꝓthasii solemnia colere: da nobis in eterna beatitudine de eoꝝ societate gaudere. Per do. Ad romanos. viij.

Fratres. Scimus quoniā diligentibus deum omnia cooperantur ī bonum: iisq̄ secundum propositū vocati sūt sācti. Nā quos presciuit: et predestinauit conformes fieri ymaginis filii sui: vt sit ipse primogenitꝰ ī multis fratribus. Quos autē predestinauit: hos et vocauit. Et quos vocauit: illos ⁊ iustificauit. Quos aūt iustificauit: illos et magnificauit Quid ergo dicemus ad hec? Si deꝰ pro nobis quis cōtra nos. Qui etiā proprio filio nō pepercit: sed pro nobis omībus tradidit illū Quis nos separabit a caritate xpi. Tribulatio an angustia an ꝑsecutio / an fames an nuditas / an periculum / an gladius. Sicut scriptū est. Quia propter te mortificamur tota die: estimati sumꝰ vt oues occisionis. Sed in his omnibus superamꝰ: propter eum qui dilexit nos. Certꝰ sum enī quia neqꝫ mors neqꝫ angeli neqꝫ principatus neqꝫ potestates neqꝫ virtutes neqꝫ īstātia neqꝫ futura neqꝫ fortitudo neqꝫ altitudo neqꝫ ꝓfundū neqꝫ alia creatura poterit nos separare a caritate dei: que est ī xp̄o iesu domino nostro. ℟. Gloriosus deꝰ ī sanctis mirabilis ī maiestate faciēs ꝓdigia. ℣. Dextera tua dn̄e manificata est ī virtute dextera manꝰ tua cōfregit īimicū. Allā. ℣. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei et delectētur in leticia.

Sequētia

Fratrum presens concio summo cū tripudio celebret ecclesia. Hodie geruasius simul et ꝓthasius coronat glīa. Istos simul genuit vide cantum profuit vita valeria. Nati die martyribus ppriis sanguinibꝰ meruere p̄mia. Hosqꝫ per supplicia citauit ad p̄mia neronis malicia. Istis causa gaudii doctrina nazarii cuius magisterii sunt experti gratiam. Sanctis eiꝰ monitis preclaris et inclitis rebus cunctis venditis mūdi calcāt gloriam. Non frāguntur vel vicuntur nec tormentis vlla mentis celant impotentia. Non sacrorum aut deorum colūt phana sed et vana detestantur omnia. Nero vidēs se contenni simulacra naucipēdi quid agat nescit anxius seuit et fremit īpius. Iubet illos decollari fratres ita mēte pari vitam caducam deserunt qui simul hāc ītrauerūt. Furtim iusti iura busti qui venerunt impenderunt martyrū corporibꝰ Hic sanantur hic curātur aut obsessi vel oppressi variis languoribus. Ergo fratres vos precamur apud ipsum cōsequamur vestra p̄ce nos de fece mūdi mundos fieri. Ut post huius vite cursum nos ad aulā poli sursum christꝰ vocet et collocet suo dextro lateri. Amen dicant singuli. ℭ Secundum matheum. v.

In illo tempore. Uidens iesus turbas: ascendit in mōtem. Et cum sedisset accesserūt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suū: docebat eos dicēs. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorū. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniā ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt ⁊ sitiūt iusticiā: quoniam ipsi saturabūtur Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiā cōsequētur. Bti mūdo corde: qm̄ ipsi deum videbūt Be

ati pacifici: quonia filii dei vocabũtur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cũ maledixerit vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete et exultate ecce eni merces vestra copiosa est i celis. Credo. Offr. Letamini in domino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus q̃ et pro tuorũ tibi sit honore grata sanctorum et nobis salutaria te miserante redantur: Per. Cõio. Posuerunt mortalia seruorũ tuorũ dñe escas volatilibus celi carnes sãctorũ tuorũ bestiis terre secũduz magnitudinẽ brachii tui posside filios morti punitorum. Postcommunio.

Presta nobis quesumus domine intercedentibus sanctis martyribus tuis geruasio et ꝓthasio: vt que ore contigimus: puramente capiamus. Per dominũ nostrum. Sancti gaciani episcopi et cõfessoris. offm. Statuit ei dominus. Orõ.

Deus qui beatum gacianũ primum pontificem turonicis concessisti eiusq; gloriosis meritis amissa tribuis inuenire. concede propicius vt gratiam tuã quam pro peccatis nostris amisimus: recuperare suis precibus valeamus: et eterna premia cõsequamur. Per dominum. Epla. Ecce sacerdos magnus. R. Ecce sacerdos magnus. Allã. V. Preco christi gaciane legislactor xpiane felix presul itercede pro nostra pace et salute. Euãgelium. Sint lũbi. Offr. Posuisti. Secreta.

Hostias domine quas tibi i honore beati gaciani cõfessoris tui humiles offerim⁹ benign⁹ assume nobisq; tuis famulis tribue perpetuum inuenire subsidiũ. Per dominũ nostrũ. Cõio. Btũs seru⁹. Post cõio.

Sumpta dñe beati gaciani memoriam recolentes celestia sacramẽta crimina nostra detergãt nosq; cũ ipso pariter celestium virtutum coheredes efficiant. Per dñm. Sancti thome apli. Ad missã. Offm. Michi autem. Oratio.

Da nobis quesumus dñe beati apostoli tui thome ita solẽnitatibus gloriari: vt eius sẽp et patrociniis subleuemur: et fidẽ congrua deuotione sectemur. Per dominum. Ad ephesios primo.

Benedict⁹ deus et pater domini nostri iesu christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali i celestibus in xp̃o. Sicut elegit nos i ipso ante mũdi constitutionẽ: vt essemus sancti ⁊ immaculati in conspectu eius in caritate. Qui predestinauit nos i adoptionẽ filiorũ p iesũ xp̃m i ip̃m secundũ propositum voluntatis ei⁹ in laudem gratie sue in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secũdum diuitias gratie sue: que super abundauit in nobis per iesũ xp̃m dominum nostrum. R. Nimis hono. Allã. V. Per manus autẽ. Sequẽtia. Clare sctõr. Se. iohãnẽ. xx.

In illo tempore. Thomas vnus ex duodecim qui dicitur didimus non erat cum eis quãdo venit iesus. Dixerũt ergo ei: alii discipuli. Uidem⁹ dominũ. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum et mittam digitũ meum in locum clauorum et mittam manum meã in la

Allelvia. Iurauit. fo. c lix. Euangeliu. Desiderium dñe. fo. c l. Off. Posuisti. fo. c li. Epla. Iam nõ estis. fo. c xlix. Allã. Hoc est preceptũ. fo. c xlix. ē ut°.

tus eiꝰ: nõ credã. Et post dies octo: iterum erant discipuli eius ĩtus et thomas cum eis. Uenit iesꝰ ianuis clausis: et stetit ĩ medio et dixit eis: Pax vobis. Deĩde dixit thome. Infer digitum tuum huc et vide manꝰ meas et affer manum tuam et mitte in latus meum: et noli esse ĩcredulus sed fidelis. Respondit thomas: et dixit ei. Dominus meus: et deus meus. Dixit ei iesus. Quia vidisti me: credidisti. Beati qui nõ viderunt: et crediderũt. Multa quidẽ et alia signa fecit iesus ĩ conspectu discipulorum suorũ: que nõ sũt scripta in libro hoc Hec aũt scripta sũt vt credatis: quia iesus est christus filius dei. Et vt credentes vitã habeatis: in nomine eiꝰ. Credo. Offer. In omnem terram. cxlix. Secreta.

Debitũ domine nostre reddimus seruitutis suppliciter exorãtes vt suffragiis beati thome apostoli tui in nobis tua munera tuearis. cuius honorando cõfessionem: laudis tibi hostias immolamus. Per. Prefatio. Te dñe suppliciter. Cõio. Uos qui secuti. Postcommunio

Conserua quesumus domine populũ tuum et quem beati thome apostoli tui presidiis non desinis adiuuare perpetuis tribue gaudere remediis. Per. Sancti siluestri pape et confessoris. Officium. Sacerdotes tui. clviii. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt beati siluestri confessoris tui atq; pontificis veneranda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutẽ. Per. Eplã. Plures facti sũt sacerdotes. R. Ecce sacerd. Allã. V. Inueni dauid. Sequentia. Letabundus. Euãgeliũ. Homo quidem peregre. Credo. Offer. Inueni dauid. Se.

Sancti tui quesumus domine nos vbiq; letificent: vt dum eorum merita recolimus: patrocinia sentiamus. Per. Prefa. Qui per incarnati. Cõmunicantes. Cõio Beatus seruus. clx. Postcommunio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribꝰ gratias exhibentes intercedente beato siluestro confessore tuo atq; pontifice: beneficia potiora sumamus. Per. In oct. scti stephani sicut in die. sequentia. Letabundus. sine. Credo. et sine. Quia per incarna. In oct. beati iohãnis sicut ĩ die cum sequẽtia. Clare sanctorum. Prefa. Te domine: In oct. sanctorũ inocentium sicut in die. sine sequẽtia. Letabũdꝰ. et sine Credo. Sãcti hylarii epi et cõfessoris. offm̃. Sacerdotes tui. or. Da quesumus omnipotẽs deus. Epla. Ecce sacerdos. R. Ecce sacerdos. Allã. V. Inueni dauid. Euan. Homo quidam peregre. Offer. Ueritas. Cõio. Domine quinq;. &c. de cõi. Sancti felicis cõfessoris. Officiũ. Os iusti med. Or.

Concede quesumus omnipotens deꝰ: vt ad meliorem vitam sancti felicis confessoris tui exempla nos puocẽt quatenus cuius solennia agimus etiã actus emitemur. Per. Epla. Doctrinis variis. R. Iurauit dñs. Allã. V. Disposui. Euãge. Qui vos audit. Offer. Gloria et. ho. vnius. mar. Secreta.

Hostias tibi domine felicis confessoris tui dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per. Communio. Posuisti. Unus martyris. Postcommunio.

Quesumus domine salutaribus repleti mysteriis vt cuius solennia celebramus: eiꝰ orationibꝰ adiuuemur. Per. Sãcti mau

ri abbatis. Officiū. Os iusti meditabitur. Or.

D Eus qui eterne glorie participem beatum maurū leuitā atq abbatē fieri voluisti: concede propicius: ipso intercedente aditum regni celestis cui⁹ ad beneuiuēdum informamur exēplis. Per. Epla. Justum dedu. R. Os iusti. Allā. V. Just⁹ vt pal. Euā. Nēo accē. Offer. Justus vt pal. Secreta.

O Blatis domine ob honorē beati mauri confessoris tui atq abbatis placare munerib⁹: et ipsius interuentu famulis tuis cūctorum tribue indulgentiam peccatorum. Per. Cōio. Beat⁹ seru⁹ Postcō

A Ssit petimus clementissime de⁹ huic familie tue miserationis propiciatio & beati mauri confessoris tui atq abbatis intercessione: hec sancta q̄ indigne sumpsimus ad salutem esse cōcede. Per

Sancti marcelli epi et martyris. Officium. Statuit. vnius cōfessoris. Oratio.

P Reces populi tui q̄s domine clementer exaudi: vt beati marcelli martyris tui atq pontificis meritis adiuuemur: cui⁹ passione letamur. Per Epla. Ecce sacerdos. R. Inueni dauid. vnius confessoris. Allā. V. Justus non conturba. Euāge. Homo quidā. Offer. Ueritas. vni⁹ cōfes. Se.

S Uscipe quesumus domine munera dignanter oblata et beati marcelli suffragantib⁹ meritis ad nostre salutis auxiliū puenire cōcede. Per dominum nostrū Cōio. Dñe quinq. Postcommunio.

S Atiasti domine familiā tuam muneribus sacris eius quesumus interuētione nos refoue cuius solennia celebramus. Per

Sancti sulpicii. fe triū lec. omnia de cōi vni⁹ cōfessoris pontifi. Sancte prisce virginis et

Scā marcelli. Eplā. Just⁹ cor suū. fo. c lviii.

D nnar. Officiū. Loquebar. Orō.

D A nobis q̄s oīps deus: vt qui beate prisce vginis & martyris tue natalitia colimus et annua solennitate letemur: et tante fidei proficiamus exēplo. Per. Epla. Dñe de⁹ meus. R. Specie tua. Allā. V. Ueni sponsa. Euāg. Simile est regnum celorū. the. Offer. Filie regum. Secreta.

Eplā. Sapiā vicit. fo. c lxi.

H Ostia quesumus dñe quā sancte prisce virginis & martyris tue natalicia resencētes offerimus: et vincula nostre prauitatis absoluat: et tue nobis misericordie dona conciliet. Per. Communio. Fecit iudicium. Postcommunio.

Q Uesumus domine salutarib⁹ repleti misteriis: vt cuius solennia celebramus eius orationibus adiuuemur. Per. Sancti launomari abbatis. Officium.

L Etemur omnes in domino hodiernū diē solennitate celebrantes quo beatus launomarus gloriam promeruit celi vbi feliciter cum domino regnat. Ps. Collaudabunt multi sapientiam eius: et vsq in eternum non delebitur. Oratio.

D Eus qui in abrahe famuli tui gremio eximium cōfessorē tuū launomarū dignatus es collocare illius salutifera supplicatione vranee patrie ciuibus nos interesse concede. Per. Epla. Justus cor R. Allā. V. Sācte launomare q̄ i celis letaris cū āgelis itercede pro nobis vt mereamur dño reddere hostiā laudis. Euāge. Nēo accedit. Offer. Posuisti dñe. Secreta.

S Uscipe domine hec munera que tue preclare offerimus maiestati in honore almi confessoris tui launomari vt pro nostra totiusq fidelis populi salute fi

at hec oblatio victima salutaris: et olocaustum apud te pinguissimũ i odorem suauitatis: quaten⁹ p hec simul et a cunctis mundemur contagiis et almificis polorum insera murarchanis. Per dominum nostrũ. Cõio. Btũs seru⁹ Postcommunio.

Eterne glorie altissime de⁹ qui digne corporis et sãguinis tui misteria sumentibus pollicitus es te in eos manere: et illos in te consistere largire q̃s: vt interuẽtione istius egregii confessoris launomari per huius participationẽ sacramẽti sempiternis mereamur dapibus perfrui. Qui viuis. Sãctorũ martyrũ fabiani et sebastiani. Officiũ. Intret in con. Ambe orationes finiãtur sub vno. Per dñm.

Infirmitatem nostrã respice omnipotens deus: et quia põdus ppriie actionis grauat: beati fabiani martyris tui atq̃ pontificis itercessio gloriosa nos protegat.

Deus qui beatũ sebastianũ martyrem tuũ virtute cõstantie in passione roborasti: ex ei⁹ nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere: et nulla eius aduersa formidare. Per. Epła. Sancti per fidem. ℟. Gloriosus deus. Allã. ℣. Iusti epulẽtur. Euãgeliũ. Videns ies⁹ turbas. Offꝫ. Letamini. Se.

Hostias tibi dñe beati fabiani martyris tui atq̃ pontificis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium.

Accepta sit in cõspectu tuo domine nostra deuotio et beati sebastiani martyris tui nobis fiat supplicatiõe salutaris pro cui⁹ solẽnitate defertur. Per. Cõio. Multitudo langã. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri quesum⁹ domine deus noster vt cuius exequimur cultũ sentiam⁹ effectum. Postcõio.

Sacro munere satiati supplices te domine deprecamur vt quod debite seruitutis celebramus officio: intercedente beato sebastiano martyre tuo saluationis tue sentiamus augmentum. Per.

Sancte agnetis virginis et martyris. Officium. Me expectauerunt. Or. Omnipotẽs sempiterne. Epła. Dñi glориaꝝ. ℟. Diffusa. Allã. ℣. Emulor. Euangelium. Simile est regnum celorũ decem virginibus. Offꝫ. Offerẽtur. Cõio. Quinq̃ prudentes. Sancti vincentii mar. officium. Letabitur in. Oratio.

Adesto domine supplicationib⁹ nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus: beati vincentii martyris tui intercessione liberemur. Per. Epła. Beatus vir qui in sapientia. ℟. Posuisti domine. Allã. ℣. Hic est vere marty vincentius q̃ pro xp̃i nomine sãguinẽ suum fudit et ideo regnat cum illo. Sequentia.

Ecce dies preoptata dies felix dies grata dies digna gaudio. Nos hanc diem veneremur et vincentẽ admiremur xp̃m in vincentio. Ortu fide sanctitate sensu verbo dignitate clarus et officio. Arcem dyaconii sub patris valerii regebat arbitrio. Lingue presul ĩpedite deo seruit et leuite verbi dat officia. Cuius linguam sermo rect⁹ duplex quoq̃ simplex pectus exornat scientia. Dumq̃ fidẽ donet sanam plebem cesaraugustanam comitante gratia. Seuit in ecclesiam zelans ydolatriam p̃fidis inuidia. Post auditã fidei constantiũ iubet ambos pertrahi va-

Allelvia. Sancti tui. fo. c lv. Euang. Descendens ihẽ de monte fo. c lvi.

Epła. Beat⁹ ho q̃ inuenit sapiaꝫ. fo. c xlviii. Alla. ℣. Beatus vir. fo. cl. cetera vt.

lentiam sub cathenis. Nec iuueni parcitur egregio nec etas attenditur ab impio sancti senis. Fessos ex itinere pressos ferri pondere tetro clausit carcere negans victualia. Sic pro posse nocuit nec pro voto potuit quia suos aluit xpi prouidẽtia. Seniorem relegãs exilio iuniorem reseruat supplicio p̃ses acerbiori Equuleum perpessus et vngulam vicentius conscendit craticulam spiritu fortiori. Dum torretur non terretur xp̄m magis confitetur nec tyrãnũ reueretur in ei⁹ presentia. Ardet vultus inhumanus heret lingua tremit manus nec se capit dacianus pre cordis isania. Inde specu martyr recluditur et testulis fixus illiditur multa tamen hic luce fruitur ab angelis visitatus. In lectulo tandẽ repositus ad superos transit emerit⁹ sic q̃ suo triumphans spiritu est principi presẽtatus. Non cõmuni sinit iure virum tradi sepulture legi simul et nature vi facit malicia. In defunctũ iudex seuit hinc defuncto laus accreuit nam quo vesci consueuit reformidat bestia. En cadauer inhumatum coru⁹ seruat illibatũ sicq̃ sua sceleratum frustratur itẽtio. At pphanus dacianus quod cõsumi nequit humi vult abscõdi sub profundi gurgitis silentio. Nec tenet amolari nec celari potest mari quem nũc laude singulari venerari voto pari satagit eccl'a Vistulatum corpus igne terra mari sit insigne nobis iesu da benigne vt cum sanctis te condigne laudem⁹ i patria. Amen. Euangelium. Nisi granũ. Offr. Gloria et honore. Secreta.

Muneribus nostris quesum⁹ domine p̃cibusq̃ susceptis Et celestibus nos mũda mysteriis et intercedẽte beato vicentio martyre tuo clementer exaudi. Per dominum. Cõio. Qui vult. Postcommunio

Quesumus omnipotẽs de⁹ vt qui celestia alimẽta percepimus: intercedente beato vincentio martyre tuo per hec contra omnia aduersa muniamur. Per.

Sancte emerentiane virginis omnia de cõmuni virginis. Euangelium. Simile est regnum celorũ fermento. In conuersione sancti pauli. Officium.

Letemur omnes in domino hodiernum diem solẽniter celebrantes in quo beatus paulus conuersione sua presentem mũdum decorauit. ps. De illustratione sancte predicatiõis et de conuersione beati pauli. Oratio.

Deus qui multitudinem gẽtium beati pauli apostoli predicatione docuisti: da nobis q̃s vt qui eius hodierna die conuersionem colimus: per eius exempla ad te gradiamur. Per. Lctõ actuũ apostolorũ. ix

In dieb⁹ illis. Saul⁹ adhuc spirans minarum ⁊ cedis in discipulos domini: accessit ad principem sacerdotum et petiit ab eo epistolas i damascũ ad synagogas vt si quos iueniret hui⁹ vie viros ac mulieres: vinctos perduceret hierusalem. Et cum iter faceret: contigit vt appropinquaret damasco. Et subito circunfulsit eum lux de celo: et cadens in terram audiuit vocẽ dicẽtem sibi. Saule saule quid me persequeris? Qui dixit. Quis es domine. Et ille. Ego sum iesus: quem tu persequeris. Durũ est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupẽs dixit. Domine q̃d me vis facere. Et domin⁹

Officiũ misse. Scio cui credidi. fo. cxxv.

ad illū. Surge et ingredere ciuitatem: et dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti audientes quidem vocē neminem autem vidētes. Surrexit autem saulus de terra apertisq̧ oculis nichil videbat. Ad manus autē illum trahentes introduxerunt damascum: et erat ibi tribus diebus non vidēs et non mādurauit neq̧ bibit. Erat aūt quidā discipul⁹ damasci noīe ananias. Et dixit ad illum in visu dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego domine. Et dominus ad illum. Surgens vade in vicum qui vocatur rectus: et quere in domo iude saulū nomine tarsensem. Ecce enim orat. Et vidit virū ananiam nomine introeuntem et imponentē sibi man⁹: vt visum recipiat. Respondit autem ananias Domine audiui a multis de viro hoc: quanta mala sanctis tuis fecerit in hierusalē. Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum: alligādi omnes qui inuocāt nomē tuum. Dixit autē dominus ad illū Vade: quoniam vas electionis est michi iste: vt portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis israel. Ego enim ostendā illi: quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit ananias et introiuit in domum: et imponens ei manus dixit. Saule frater dominus misit me ies⁹ qui apparuit tibi ī via qua veniebas vt videas et implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanq̄ squame: et visum recepit. Et surgēs baptizatus est. Et cum accepisset cibum cōfortat⁹ est. Fuit autē cū discipulis qui erāt damasci: per dies aliquot Et continuo ingressus paulus in synagogas: predicabat iesum q̄m hic est filius dei. Stupebāt autem omnes qui audiebant et dicebant Nōne hic est qui expugnabat ī hierusalem eos qui inuocabāt nomē istud. Et huc ad hoc venit: vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum. Saulus aūt multo magis conualescebat et confundebat iudeos qui habitabāt damasci affirmās quia hic est xp̄s. ℞. Posuisti domine. Allā. ℣. Tu es vas electionis sācte paule ora pro nobis. Sequentia. Clare sāctorum. Si infra. lxx. euene. non dr̄. sequētia sed tractus. Hoc est preceptum. quere in festo sancti mathie. Secundum matheum. xix.

cxvii.

In illo tempore. Dixit symon petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis. Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis. q̧ vos qui secuti estis me. in regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domū vel fratres aut sorores. aut patrē aut matrem. aut vxorem aut filios aut agros propter nomē meum: centuplum accipiet et vitam eternā possidebit. Credo. Offertorium. Desideriū. vnius martyris. Secreta.

Apostoli tui pauli precibus domine plebis tue dona sāctifica. vt que tibi tuo grata sunt īstituto: gratiora fiāt patrocinio supplicantis. Per. Cōio. Posuisti. vni⁹ martyris. Postcommunio.

Sanctifica nos quesum⁹ domine salutari mysterio: vt pro nobis eius non desit oratio: cuius nos donasti patrocinio guber=

℞. Qui operatus ē. fo. cxxv. Allā. Hoc ē prep tū. fo. cxlix. Off. Michi aut. fo. cxlix Co. Amen dico vobis. fo. cxlix.

nari. Per. ¶ Sancti policarpi martyris omnia sicut de vno martyre. si infra .lxx. cōtige. nō dicit tract⁹ sed tm̄ R. ⁊ sic̄ de fest. iij. lect.

¶ Sctī iuliani. officiū. Statuit. Oratio.

Deus qui ecclesie tue beatū iulianum mirabilem tribuisti doctorem. cōcede propicius: vt hūc apud te pium semper habere mereamur intercessorem. Per do. Epl'a. Ecce sacerdos. R. Dn̄e preuenisti. All'a. Beat⁹ vir qui suffert. Si infra .lxx. eue. Tractus. Beatus vir. quere in fes. sancti gregorij. Euang. Sint lumbi. Offer. Veritas. Secreta.

Adesto supplicationibus nostris nec eos vllis mentis et corporis patiaris subiacere periculis: quos beati iuliani pontificis tui munit gloriosa confessio. Per. Cōio. Btūs seru⁹. Postcōio.

Quesumus omnipotens deus: vt hodierne munus solennitatis acceptum. intercedente beato iuliano confessore tuo atqꝫ pontifice: et corporibus nostris salutem prestet et mentibus. Per dominum nostrum iesum christū.

Sācte agnetis. ii. offi. Vultū tuū. Oratio

Deus qui nos annua beate agnetis martyris tue solēnitate letificas: da vt quam veneramur officio: etiam pie conuersationis sequamur exemplo. Per. Epl'a. Qui gloriatur. R. Diffusa est. Alleluya. V. Surge ppera. Euange. Simile est regnū celo. thesauro. Offer. Offerentur. Secreta.

Super has q̄s domine hostias benedictio copiosa descendat que ⁊ sanctificationem nobis clemēter operetur: et de beate martyris tue agnetis nos solemnitate letificet. Per dn̄m. Communio. Simile est. Postcommunio.

Sumpsimus domine celebritatis ānue votiua sacramēta presta quesumus: vt et temporalis nobis vite remedia prebeant ⁊ eterne. Per do. ¶ Sancti ignacij episcopi ⁊ mar. Officium. Iust⁹ vt palma. Oratio. Presta quesumus omnipotens deus. Epl'a. Nemo militās. R. Iustus non contur. Alleluya. V. Iustus germinabit. Euāg. Homo quidam nobilis. vnius cōfes. Offer. In virtute. Communio. Magna est. ¶ In purificatione beate marie. benedictio sup cādelas. ⁊c. Adiutoriū nostrū in noīe dn̄i. Qui fecit celū ⁊ terram. Ora.

Domine iesu christe creator celi ⁊ terre rex regum ⁊ dominus dominantiū / exaudi nos indignos famulos tuos clamātes ad te et orantes / precamur te domine omnipotēs eterne deus qui omnia ex nichilo creasti ⁊ iussu tuo opere apum hāc ceram euenire fecisti: et qui hodierna die petitionē iusti symeonis implesti: te domine humiliter deprecamur. vt has candelas cereosqꝫ ad vsum hominum et animarum siue in terra siue in aquis per inuocationem sanctissimi nominis tui et per intercessionem sancte marie genitricis tue cuius hodie festa percolimus precesqꝫ omnium sanctorum bene✠dicere et sancti✠ficare digneris: vt huius plebis tue illas honorifice in manibus portantis cantādo teqꝫ laudando voces exaudias de celo sancto tuo / et de sede maiestatis tue propicius esto omnibus clamantibus ad te quos redemisti p̄cio sanguinis tui. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate spiritussancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Deus venerabilis et inestimabilis potētie cuius vnigenit⁹ cū nostra humilitate hodi-

De sc̄o Iuliano. Euang. … Segmenta … folio … clx



Ignatii mris. Officium. Statuit. fo. clviii. R Inueni dd. All'a. Inueni dauid. fo. clix. Eua. Sint lumbi. post. clx. Off. Veritas. clx. Co. Dne qnq3 fo. clx.

erna die in templo est a matre pre
sentatus benedi ✠ cere ⁊ conse ✠
crare digneris has cādelas siue ce=
reos in honore nomīs tui oblatas
et concede per gloriosissimam iter
cessionem sancte genitricis dei vir
ginis marie et omnium sanctorū
vt quicunq̃ hec luminaria pro ho=
nore filii tui dñi nostri iesu christi:
manibus gestant temporali poti=
antur sospitate immundorum spi
rituum repellant falsitatem. ⁊ sic
mereantur temporali perfrui leti
cia: quatenus obuiam sponso per=
gentes lampadarum lumine splē
dentes ad nuptias venturas ī die
iudicii valeant peruenire cum spō
so gaudentes. Per eundem dñm.

¶ Facta benedictiōe aspergātur cerei aqua
benedicta. deinde ponatur thus in thuribulo
ex quo fiat ignis. et deinde accendantur cerei
cande. et dum distribuuntur cantetur. ā. Lu
men ad reuelationem. ps. Nūc dimittis. ⁊c.
ad quēlibet vsum repetat. ā. Lumen. Fiat p
cessio sicut consuetū est. Ad missam. Officium

Suscepimus deus miseri=
cordiam tuam in medio
templi tui secundum no
men tuū deus ita ⁊ laus
tua in fines terre iusticia plena est
dextera tua. ps. Magnus domin⁹ et lau
dabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte
sancto eius. Suscepimus. Oratio.

Omps sempiterne deus ma=
iestatem tuam supplices ex
oramus. vt sicut vnigenitus filius
tuus hodierna die cum nostre car=
nis substantia in templo est presē=
tatus: ita nos facias purificatis ti=
bi mentibus presentari. Per eūdē.

¶ Lectio malachie prophete. iij.

Hec dicit dominus deus. Ec=
ce ego mitto angelum meū
et preparabit viam ante faciē tuā
Et statim veniet ad templum san
ctum suum dominator quem vos
queritis. et angel⁹ testamenti quē
vos vultis. Ecce venit: dicit domi=
nus exercituū. Et quis poterit co
gitare diem aduentus eius? Et q̄s
stabit ad videndum eum? Ipse em̄
quasi ignis conflans: et quasi her=
ba fulonum. Et sedebit conflans ⁊
emundans argentum: ⁊ purgabit
filios leui. Et conflabit eos quasi
aurum: ⁊ quasi argētum. Et erūt
dño offerētes sacrificia in iusticia.
Et placebit dño sacrificium iuda
et hierusalem sicut dies seculi. et si
cut anni antiqui: dicit domin⁹ om
nipotens. ℟. Suscepimus deus miseri=
cordiam tuam in medio templi tui secundū
nomen tuum domine ita et laus tua in fines
terre. ℣. Sicut audiuimus ita et vidimus in
ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Alle
luya. ℣. Adorabo ad templum sanctum tuū
et confitebor nomini tuo. Sequentia

Hac clara die turma festiua
dat preconia. Mariam con=
crepādo simphonia nectarea. Mū=
di domina que est sola castissima
virginum regina. Salutis causa
vite porta atq̃ celi referta gratia.
Nam ad illam sic nuncia olim fa=
cta āgelica. Aue maria gratia dei
plena p secula. Mulierū pia agmi=
na intra semper benedicta. Virgo
et grauida mater ītacta prole glo
riosa. Cui contra maria hec reddit
famina. In me quomodo tua iam
fient nuncia. Viri noui nullam cer
te copulam. Ex quo atq̃ nata sum
īcorrupta. Diua missus ita reddit
affata. Flatu sacro plena fies ma=
ria. Noua efferens gaudia celo ter
re nati per exordia. Intra tui vteri
claustra portas qui gubernat eter
na. Omnia qui det tēpora pacifica

¶ Si infra. lxx. euenerit. Tractus.

Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternum. V. Accinge te gladio tuo super femur tuum potentissime. V. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam.

¶ Secundum lucam. ij.

In illo tempore. Postquam impleti sunt dies purgationis marie secundum legem moysi: tulerunt iesum in hierusalem vt sisterent eum domino sicut scriptum est in lege domini. Quia omne masculinum adaperiens vuluam: sanctum domino vocabitur. Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini: par turturum: aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in hierusalem: cui nomen symeon. Et homo iste iustus et timoratus expectans consolationem israel. Et spiritussanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritusancto non visurum se mortem: nisi prius videret christum domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum iesum parentes eius. vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: et ipse accepit eum in vlnas suas. Et benedixit deum et dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine: secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tue israel. Credo. Offer. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternum et in seculum seculi. Secreta

Exaudi domine preces nostras et vt digna sint munera que oculis tue maiestatis offerimus: subsidium nobis tue pietatis impende. Per. Prefatio. Quia per incarnati. Coio. Responsum accepit symeon a spiritusancto non visurum se mortem nisi videret christum domini. Postcoio.

Quesumus domine deus noster vt sacrosancta misteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: intercedente beata semper virgine dei genitrice maria. et presens nobis remedium esse facias et futurum. Per eundem dominum nostrum iesum.

¶ Sancti blasii episcopi et mart. Officium Gloria et hono. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui hodiernam diem nobis honorabilem in beati blasii martyris tui atque pontificis passione fecisti da ecclesie tue in hac celebritate leticiam: vt cuius solennitatem veneramur in terris: eius intercessione subleuemur in celis. Per. Episto. Beatus vir qui in sapientia. R. Iustus vt palma. Alleluya. V. Posuisti. Si infra septuagesimam. Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. V. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. V. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso. Euangelium. Si quis venit ad me Offerto. Desiderium. Secreta.

Sancti blasii martyris tui atque pontificis nobis domine non desit pia oratio que et munera nostra tibi conciliet: et tuam nobis indulgentiam semper acquirat. Per. Coio. Qui michi ministrat. Postcoio.

Repleti domine benedictione celesti quesumus clementiam tuam vt intercedente beato blasio martyre tuo atque pontifice: que humiliter gerimus / salubriter sentia

Offi'm Statuit. c xviii. R Inueni. V. c xix. All'a. Beatus vir fo c l. Eva. Si quis vult post c li. Off Veritas mea. fo c lx. Co Dne quinque fo. c. lx.

mus. Per. ¶ Sancte agathe virginis Missa matu. de dnica. Ad magnam missam. Officium Gaudeamus. Oratio. Deus qui inter cetera. Epistola. Confitebor. R. Adiuvabit. Alleluya. V. Specie tua. ¶ Si infra. lxx. evenerit. ¶ Tractus.

Qui seminant in lachrimis in gaudio metent. V. Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. V. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Evangelium. Simile est regnum celorum thesauro. Offert. Offerentur. Communio. Qui me dignatus est ab omni plaga curare et mamillam meam meo pectori restituere ipsum invoco deum vivum. ¶ Sancte scolastice virginis ad missam. Officium. Loquebar. Oratio.

Familiam tuam quesumus domine beate virginis tue scolastice meritis propicius respice ut sicut ipsius precibus ad obtinendum quod cupiuit ymbrem celitus descendere fecisti: ita eius supplicationibus ariditatem cordis nostri superne digneris gratie rore perfundere. Per dnm. Epla. Sapientia vicit. R. Specie tua. Alleluya. V. Diffusa est. Si infra. lxx. Tractus. Qui seminant. Evangelium. Simile est regnum celorum fermento. Offer. Filie regum. Secreta.

Suscipe domine quesumus ob honorem sacre virginis tue scolastice munus oblatum. et quod meritis nostris assequi non valemus: largire propicius. Per. Communio. Feci iudicium. Postcommunio

Quos celesti domine refectione saginasti: beate quesumus virginis scolastice meritis / a cunctis exue propiciatus adversis. Per dominum. ¶ Sancti valentini martyris Officium. In virtute tua. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus. ut qui beati valentini martyris tui natalicia colimus a cunctis malis imminentibus / eius intercessionibus liberemur. Per Epistola. Beatus vir qui inven. R. Beatus vir qui timet dnm. Alla. de com. si sit extra. lxx. si infra tractus Desiderium. Evang. Si quis vult post me venire. Offer. Inveni. Secreta.

Oblatis quesumus dne placare muneribus: et intercedente beato valentino martyre tuo / a cunctis nos defende periculis. Per. Comio. Posuisti. Postcoio

Sit nobis dne reparatio mentis et corporis celeste misterium: ut cuius exequimur actionem sentiamus effectum. Per. ¶ In cathedra sancti petri missa matuti. de tempore si sit lxx. si vero in. xl. nulla missa matu. Ad magnam missam. Offm. Statuit. Oratio.

Deus qui beato petro apostolo tuo colatis clavibus regni celestis ligandi atque solvendi pontificium tradidisti. concede propicius. ut intercessionis eius auxilio: a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Per dominum nostrum

Lec. epistole beati petri apostoli. i. i.

Petrus apostolus iesu christi electis advenis dispersionis ponti galathie capadocie asye et bithinie secundum prescientiam dei patris in sanctificationem spiritus in obedientiam et aspersionem sanguinis iesu christi gratia vobis et pax multiplicetur. Benedictus deus et pater domini nostri iesu christi qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem iesu christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et immarcescibilem conservatam in celis: in vobis qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem paratam revelari in tempore novissimo. In quo exultabitis

Offici. Nunc scio. fo. cxxv.

modicum nunc si oportet contrista-
ri in variis tribulationibus. vt pro
batio vestre fidei multo preciosior
sit auro quod per ignem probatur
Inueniatur in laudem et gloriam
et honorem in reuelationem iesu
christi domini nostri. R. Exaltent eum
in ecclesia plebis et collaudent eum in cathe-
dra seniorum. V. Confiteantur domino mi-
sericordie eius et mirabilia eius filiis hominum
Tu es petrus et super hanc ¶ Tractus
petram edificabo ecclesiam meam. V.
Et porte inferi non preualebunt aduersus eam.
et tibi dabo claues regni celorum. V. Quod-
cunque ligaueris super terram erit ligatum et
in celis. V. Et quodcunque solueris super ter-
ram erit solutum et in celis. ¶ Secundum
In illo tem- matheum. xvi.
pore. Venit iesus in partes
cesaree philippi: et interrogabat di
scipulos suos dicens. Quem dicunt
homines esse filium hominis? At il
li dixerunt ei. Alii iohannem bapti-
stam/ alii autem heliam/ alii vero hiere
miam: aut vnum ex prophetis. Dixit
illis iesus. Vos autem quem me es
se dicitis? Respondens symon pe-
trus: dixit. Tu es christus filius dei
viui. Respondens autem iesus dixit
ei. Beatus es symon bariona quia
caro et sanguis non reuelauit tibi
sed pater meus qui est in celis. Et
ego dico tibi. quia tu es petrus: et su
per hanc petram edificabo ecclesi-
am meam. Et porte inferi non pre-
ualebunt aduersus eam. Et tibi
dabo claues regni celorum. Et quod
cunque ligaueris super terram: erit
ligatum et in celis. Et quodcunque
solueris super terram: erit solutum
et in celis. Credo. Offer. Tu es petrus
et super hanc petram edificabo ecclesiam me
am et porte inferi non preualebunt aduersus
eam et tibi dabo claues regni celorum. Secreta

R. In omnem terram. fo. cxlix. Off. Constitues. c.xlix.

Ecclesie tue quesumus domi
ne preces et hostias beati pe
tri apostoli tui commendet
oratio: vt quod pro illius gloria ce
lebramus: nobis proficiat ad salu-
tem. Per dominum nostrum iesum.
Prefatio. Te domine sup. Communio.
Tu es petrus et super hanc petram edificabo
ecclesiam meam. Postcommunio.
Letificet nos quesumus do-
mine munus oblatum: vt
sicut in apostolo tuo petro te mira
bilem predicamus: sic per illum su
mamus tue indulgentie largita-
tem. Per dominum. ¶ Sancti mathie
apostoli missa matut. etc. sicut de sancto pe-
tro. Ad magnam miss. officium. Michi autem. Or
Deus qui beatum mathiam apostolorum
tuorum collegio sociasti. tri-
bue quesumus: vt eius interuentione tue circa
nos pietatis semper viscera sentiamus.
Per dominum. Actuum apostolorum. i.
In diebus illis. Exurgens pe-
trus in medio fratrum dixit.
Erat autem turba hominum simul: fe
re centum viginti. Viri fratres
oportet impleri scripturam quam
predixit spiritussanctus per os da-
uid de iuda qui fuit dux eorum qui com
prehenderunt iesum: qui connumera
tus erat in nobis et sortitus est sor
tem ministerii huius: Et hic quidem
possedit agrum de mercede iniqui
tatis: et suspensus crepuit medius
et diffusa sunt omnia viscera eius.
Et notum factum est omnibus ha-
bitantibus hierusalem: ita vt ap-
pellaretur ager ille lingua eorum
acheldemach. hoc est ager sangui-
nis. Scriptum est enim in libro
psalmorum. Fiat commoratio eorum
deserta: et non sit qui inhabitet in ea
et episcopatum eius accipiat alter
Oportet ergo ex his viris qui no-

biscum sunt cōgregati in omni tē-
pore quo intrauit ⁊ exiuit iter nos
dominus iesus: incipiens a baptis-
mate iohannis vsqz in diem qua as
sumptus est a nobis / testem resur-
rectionis eius nobiscum fieri vnuz
ex istis. Et statuerūt duos: ioseph
q̄ vocabatur barsabas qui cogno-
minatus est iustus et mathiā. Et
orantes dixerunt. Tu domine qui
corda nosti omnium ostende quez
elegeris ex his duobus vnum acci-
pere locū ministerii huius et apo-
stolatus de quo preuaricatus est
iudas vt abiret ī locum suum. Et
dederunt sortes eis. Et cecidit sors
super mathiam. Et annumerat⁹
est cum vndecim apostolis. ℟. Ni-
mis honorati. cxlix Tractus.

Hoc est preceptum meum vt diligatis
inuicem sicut ego dilexi vos. ℣. Maio-
rem caritatem nemo habet vt animam suaz
ponat quis pro amicis suis. ℣. Uos amici
mei estis si feceritis q̄ ego p̄cipio vobis. ℣. Be
ati mūdo corde quoniam ipsi deum videbūt.
℣. Beati qui persecutionem patiuntur pro-
pter iusticiam quoniam ipsorum est regnum
celorum. Euangeliū. Hoc est preceptū.
Credo. Offer. In omnem terrā. Secreta.

Deus qui proditoris aposta-
te ruinam ne apostolorum
tuorum numerus sacratus perfe-
ctione careret. beati mathie electi
one supplesti: p̄sentia munera san
ctifica: et per ea nos gratie tue vir-
tute confirma. Per. Prefatio. Te do
mine supli. Communio. Uos qui secuti.

Presta q̄s o͞ps ¶ Postcommunio
⁊ misericors de⁹: vt p hec sā-
cta q̄ sumpsim⁹: interueniente be-
ato mathia apostolo tuo veniam
consequamur ⁊ pacem. Per. ¶ Sā
cte honorine virginis et martyris. Officium
Loquebar. Oratio. Exaudi nos de⁹

Epystola Qui gloriatur. ℟. Adiuuabit
Tractus. Qui seminant. Euangelium. Si
mile est regnum celorum decē vir
ginib⁹. Offer. Offerentur. Cōio. Diffusa
est. ⁊c. Albini epi ⁊ cōfes. oīa de cōi. ¶ Scti
gregorij pape et cōfes. missa matu. nulla. sed
post. iij. dicetur officiū dup. Sacerdotes

Deus qui aīe fa ¶ dei. Oratio.
muli tui gregorii eterne be-
atitudinis premia contulisti. con-
cede propicius vt qui peccatorum
nostrorum pōdere premimur: ei⁹
apud te precib⁹ subleuemur. Per.
Epla. Dedit dominus cōfessionem.
℟. Iurauit dominus. clix. ¶ Tractus.

Beatus vir qui timet dominum in mā-
datis eius cupit nimis. ℣. Potens in
terra erit semen eius generatio rectorum be
nedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius
et iusticia eius manet in seculū seculi. Euāg.
Homo quidam peregre. Offertoriū.
Ueritas. Secreta.

Annue quesumus domīe vt
intercedente beato grego-
rio hec nobis prosit oblatio / quam
immolando totius mundi tribui-
sti relaxari delicta. Per dominum.
Cōio. Fidelis seruus. clx Postcommunio.

Presstent nobis quesum⁹ do-
mine tua sancta presidium
quod interuenientibus beati gre-
gorii meritis ab omnibus nos ab-
soluat peccatis. Per. ¶ Sancti bene-
dicti commemoratio de communi vnius con
fessoris non pontificis. ¶ In annunciatiōe
beate marie. Officium.

Rorate celi desuper et nu
bes pluant iustum ape-
riatur terra et germinet
saluatorem. ps. Et iusticia
oriatur simul: ego dominus creaui eum. Ro
rate. Gloria. Oratio.

Deus qui hodierna die ver-
bum tuum beate virginis

marie aluo coadunare voluisti. fac nos ita cūcta peragere. vt tibi placere valeam⁹. Per eundē. Epla. Locut⁹ est dn̄s ad achaz ꝛ ℞. Tollite portas quere fe.iiii. iiii. tp̄m. aduen. ii Tractus

Ave maria gratia plena dn̄s tecum. ℣. Benedicta tu in mulierib⁹ et bn̄dictus fruct⁹ vētris tui. ℣. Ecce ꝯcipies ꝛ paries filiū ꝛ vocabit nomē ei⁹ ēmanuel. ℣. Quō īquit et et istud q̄m virū nō cognosco et respōdēs angel⁹ dixit ei. ℣. Spūssanct⁹ supueniet in te et virt⁹ altissimi obūbrabit tibi. ℣⁹. Ideoq̄ qđ nascet ex te sctm̄ vocabit fili⁹ dei. In tp̄e paschali. Allā. ℣. Ecce virgo cōcipiet. Alla. de tēpore. Sequētia. Missus est gabriel de infine. li. Euāgeliū. Missus est angel⁹. iii sicut fe. iiii. Credo. Offer. Aue ma. Secreta

In mentib⁹ nr̄is q̄s dn̄e vere fidei sacramenta confirma: vt q̄ cōceptū de virgīe deū verum ꝛ hoīem cōfitemur: p ei⁹ salutifere resurrectionis potentiā ad eternā mereamur puenire leticiā. Per eūdem. Prefatio. Et te in annūciatiōe Cōmunio. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū et vocabit nomen ei⁹ emmanuel. Postcōio.

Gratiam tuam quesum⁹ domine mentibus nostris benignus infunde: vt qui angelo nūciante christi filii tui incarnationē cognouimus per passionem eius ꝛ crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundē. ¶ Sancti ambrosii epi et cōfes. offi. In medio eccle

Omnip̄s sempiterne (sie. Oratio de⁹ qui sctm̄ pontificē tuum ambrosium sacre predicationis scientie atq̄ doctrīe gratia sublimasti: tribue q̄s/ ei⁹ nos semper ꝛ eruditione proficere et oratione defendi. Per dominum. Epistola. Ecce sacerdos magnus. ℞. Os iusti meditabitur. Tractus. Desiderium. In tempore pas. Alleluya. ℣. Inueni dauid. Alla. de tempore. Euangelium. Sint lumbi vestri. Offertorium. Inueni dauid. Secreta.

Mistica nobis domine prosit oratio que et a nostris reatibus expediat: et intercedente beato ambrosio confessore tuo atq̄ pōtifice: perpetua saluatione nos cōfirmet. Per dominum nostrum. Cōio. Semel iuraui. Postcommunio

Per huius domine operationē mysterii et mala nostra purgentur. et beati ambrosii confessoris tui atq̄ pontificis meritis: iusta desideria compleantur. Per. ¶ Sanctorum martyrum tiburcii et valeriani. Officium. Sancti tui dn̄e. Oratio. clxi

Presta quesumus omnipotens deus vt qui sanctorum martyrum tuorum tiburcii valeriani et maximi solennia colimus: eorum etiam virtutes imitemur. Per dominum. Epistola. Iustorum anime. Alla. ℣. Gaudete iusti in dn̄o. Euāgelium. Ego sum vitis vera. in vigilia vnius apostoli. Offertorium. Letamini in domino. clvii Secreta.

Hostia hec quesumus domine quam sanctorum tuorū natalicia recensentes offerimus. ꝛ vincula nostre prauitatis absoluat ꝛ tue nobis misericordie dona conciliet. Per. Cōio. Gaudete iusti. clvii Postcōio.

Sacro munere satiati supplices te domine deprecamur vt qđ debite seruitutis celebram⁹ officio: ītercedentib⁹ sctis martyribus tuis saluationis tue sentiam⁹ augmentum. Per. ¶ Sancte oportune virginis. ix. lec. oīa de cōi virginū ¶ Sācti georgii mart. Officiū. Protexisti. Orō cl

Deus qui nos beati georgii martyris tui meritis et intercessione letificas. concede propicius: vt qui eius beneficia posci-

Epla. Iusti ppetuum. fo. c lv. Alla. ℣ Sctus tui. fo clv Euā. Hoc ē p. cxlix.

Epla. Ecce predicetur. fo. iii. Off. Cōfortamini. fo. v.

Alla Posuisti. c.xlv. Alla. Confitebuntur celi. fo. c.lv.

mus: dono tue gratie cōsequamur. Per. Epistola. Beatus vir qui inuenit. Alleluya. V. Vox exultationis. Alleluya. de tempore. Sequētia. Victime. Euangeliū. Ego sum vitis. in vigi. vnius apostoli. Offertorium. Confitebuntur. Secreta.

Munera domine oblata sanctifica: et intercedente beato georgio martyre tuo nos p hec a pctōr nr̄ozuz maculis emunda. Per. Cōio. Letabitur. Postcommunio.

Supplices te rogamus ops deus: vt quos tuis reficis sacramentis: intercedente beato georgio martyre tuo / tibi etiā placitis moribus dignanter tribuas deseruire. Per. ¶ In festo scti marci euāgeliste fiat pces. sicut in roga. et post nonā cātet missa de ieiunio sicut in roga. et redeūdo cātet letania. Si vero fes. illud dn̄ica cōtige. transferet offm̄ ieiunij in crastinuz. vel fiat letania cū ieiunijs in sab. pceb. et fiat offm̄ sancti marci in ipsa do. et missa matu. de ipa do. Ad magnā mis. offi. Protexisti. vni⁹ mart. Oratio.

Deus qui beatum marcum euangelistam tuum euangelice predicationis gratia sublimasti: tribue quesumus eius nos semper et eruditione proficere / et oratione defendi. Per. Ad ephesi. iiij.

Fratres. Vnicuiqȝ nostrum data est gratia secundum mensuram donationis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altū captiuam ducit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autez ascendit quid est. nisi quia et descēdit primum in inferiores partes terre. Qui descendit ipse est qui ascendit super omnes celos: vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos quosdam autē prophetas: alios vero euāgelistas. Alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii in edificationez corporis christi. Donec occurram⁹ omnes in vnitatem fidei et agnitionis filii dei in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi. Allā. V⁹. Gaudete. plurimorum martyrū. Allā. de tpe. Sequen. Iocundare. ¶ Secundum lucam. x.

In illo tēpore. Designauit dominus iesus et alios septuaginta duos / et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum: quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarii autem pauci Rogate ergo dominum messis: vt mittat operarios in messem suā. Ite ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum neqȝ peram neqȝ calciamenta Et neminem per viam salutaueritis: in quācunqȝ domum intraueritis: primū dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet super illum pax vestra. Sin autem ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete: edentes et bibentes que apud illos sunt. Dignus est enim operarius: mercede sua. Credo. Offertorium. Repleti. Plurimorum martyrumm. Secreta

Beati marci euangeliste tui solennitate tibi munera deferentes quesumus domine: vt sicut illum predicatio euangelica fecit gloriosum: ita nos eius intercessio et verbo et opere tibi reddat acceptos. Per dominū. Prefatio communis. Communio. Ego sum vitis vera. Plurimorum martyrum. Postcommunio.

Pasti cibo spiritualis alimonie q̄s domine deus noster. vt quod mysterio frequentamus:

Officium. Michi autē. fo. c.xlix. Epla. Qui timet deū. fo. ix.

Alla. V. Confitebuntur. fo. c.lv. Alla. In xeni. fo. c.xlix. Off. In xeni. c.xlix. Co. Vos qui secuti. fo. c.xlix. cetā ut s.

intercedente beato marco euāgelista plena veritate consequamur Per. Sancti cleti pape et martyris. Officiū. Statuit. Oratio. Presta q̄s. Epla. Ecce sacerdos magnus. Allā. V. Iustꝰ nō contur. Euange. Homo quidem peregre. Offꝫ. Ueritas. Cōio. Domine quinqꝫ.

Sanctorū martyrū vitalis et valerie. Officium. Sancti tui domine. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt intercedenti bꝰ sctis martyribꝰ tuis vitale et valeria a cunctis aduersitatibꝰ liberemur ī corpore et a prauis cogitatiōibꝰ mūdemur ī mēte. P. Epla. Iustoꝝ anime. Allā. V. Gaudete iusti. Allā. de tpe. Euange. Ego sum vitis. in vigi. vnius apostoli. Offꝫ. Repleti Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo domine nostra deuotio et eorum nobis fiat supplicatione salutaris: pro quorum solennitate defertur. Per. Communio. Ego sum vitis.

Diuini muneris largitate satiati quesumus domine deus noster: vt intercedentibus sanctis martyribꝰ tuis vitale et valeria eorum semper participatiōe viuamus. Per. Sancti eutropii. omnia de communi vnius martyris cum orationibus sequentibus. vt de sco georgio. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus lux indeficiens immensa pietas qui hunc diem in beati eutropii martyris tui atqꝫ pontificis honore consecrasti: exaudi populū tibi supplicantem et presta: vt eiꝰ meritis et intercessione muniti: supernis sedibus valeamus adiungi Per. Se.

Grata tibi sit dn̄e nostre seruitutis oblatio pro qua sanctus martyr et pōtifex eutropius interuentor existat Per. Postcommunio.

Familiam tuam q̄s dn̄e suauitas illa contingat et vegetet que in martyre tuo atqꝫ pontifice eutropio xp̄i bono fragrat odore pascatur. Per. Sanctorum apostolorum philippi et iacobi missa matu. de tempore. Ad magnā missā. Officium. Exclamauerūt. Plurimoꝝ martyꝝ. clii Oratio.

Deus qui nos annua apostolorum tuorum philippi et iacobi solennitate letificas: presta quesumus: vt quorum gaudemus meritis instruamur exemplis. Per

¶ Lectio libri sapientie. v. ca.

Stabunt iusti in magna cōstātia aduersus eos q̄ se angustiauerunt: et qui abstulerūt labores illoꝝ. Uidentes turbabuntur timore horribili: et mirabuntur in subitatione insperate saluti dicentes intra se penitentiam agentes et pre angustia spiritus gemētes. Hi sunt quos aliqn̄ habuimus in derisum: et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorū estimabamus insaniam: et finem illorū sine honore. Ecce quomodo cōputati sūt inter filios dei et inter sctōs sors illoꝝ ē. Allā. V. Stabūt iusti. Plurimorū martyrum. Allā. de tēpore. Sequētia. Clare sanctorum. Secūdū iohannem. xiiii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Non turbetur cor vestrum. Creditis in deum et ī me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quominus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero et p̄parauero vobis locū: iterū venio et accipiam vos ad me ipsum. vt vbi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado scitis. et viam scitis. Dixit ei thomas. Domine: nescimꝰ quo vadis Et quomodo possumus viam sci-

De sco cleto. Officiū. uts. Epla. Iustus cor suū. fo. c lviii. Alla Iuravit dns. fo. c lix. Alla Cōfitebunt. c lv. Eua. Si q̄s venit. fo. c li. Off. Ueritas. fo. c lx. Cō. Dn̄e q̄nqꝫ. fo. c lx.

Epla. In diebꝫ illis Exurgēs p̄nceps fo. c xlix. Alla. V. Confitebuntur. fo. c lv. Alla. V. In omnez. fo. c xlix. Psa. Celi sole. clxxxvii

re. Dixit ei iesus. Ego sum via ve-
ritas et vita. Nemo venit ad pa-
trem nisi per me. Si cognouiscetis
me: et patrem meũ vtiq; cognoui-
scetis. Et a modo cognoscetis eũ
et vidistis eum. Dixit ei philippus
Domine ostēde nobis patrē: et suf
ficit nobis. Dixit ei iesus. Tanto tē
poꝛe vobiscum sũ: et non cognoui-
stis me. Philippe q̇ videt me videt
et patrem. Quomodo tu dicis ostē
de nobis patrem. Non credis quia
ego in patre et pater ĩ me est. Uer-
ba que ego loquoꝛ vobis a meipso
non loquoꝛ. Pater autem ĩ me ma
nens ipse facit opera. Nõ credis qꝛ
ego in patre et pater in me est: Ali-
oquin ꝓpter opera ipsa credite.
Amen amē dico vobis: qui credit ĩ
me opera que ego facio et ipse faci-
et. Et maioꝛa hoꝛũ faciet: quia ego
ad patrem vado. Et quodcũq; pe-
tieritis patrē in nomine meo: hoc
faciam vt gloꝛificetur patrem in fi
lio. Si q̇d petieritis ĩ nomine meo
hoc faciam. Credo. Offꝛ. Cõfitebũtur.
Plurimoꝛum martyꝛum. clvii Secreta.

Munera quesumus domine
que ꝑ apostoloꝛum tuoꝛũ
philippi ⁊ iacobi solennitate deferi
mus ꝓpicius suscipe: et mala om
nia q̃ meremur auerte. Per Pꝛefa.
Te domine sup. Cõio. Tanto tempoꝛe
vobiscũ sũ et nõ cognouistis me philippe qui
videt me videt et patrē allã nõ credis qꝛ ego
in patre et pater in me est allã allã. Postcõio.

Quesumus domine saluta-
ribus repleti misteriis: vt
quoꝛũ solennia celebꝛamꝰ: eoꝛum
oꝛationibus adiuuemur. Per. In-
uentione sancte crucis. missa matu. de mar.
cum. Gloꝛia in ex. nisi occurrat in dñica:
quia tunc fieret missa de dicta dñica Officiũ.
Exclamauerunt. clii Oꝛatio.

Pꝛesta q̃s omnipotens deus
vt qui sanctoꝛum tuoꝛum
alexandꝛi euẽcii et theodoli nata-
licia colimꝰ: a cunctis malis immi
nentibus: eoꝛũ intercessionibus li-
beremur. Per. Epła. Lingua sapiē-
tium. Allã. ℣. Sancti ⁊ iusti. Euãgelium:
Hec mando vobis. in vigilia apostoloꝝ
Offꝛ. Repleti sumus: clvii Secreta.

Epla̅ Sta bu̅t fo. clxxx

Super has quesumus hosti
as dñe benedictio copiosa
descendat que ⁊ sanctificationem
nobis clemēter opetur: et de mar-
tyꝛũ nos solennitate letificet. Per.
Communio. Iustoꝛum. clvii Postcõmunio

Refecti participatiõe mune
ris sacri quesumꝰ domine
deus noster: vt quoꝛum exeq̃mur
cultum sentiamus effectum. Per.
Ad magnam missam. Officium: Nos au-
tem gloriari. clxvi. Oꝛatio.

Deus qui in pꝛeclara saluti-
fere crucis inuentione passi
onis tue miracula suscitasti: conce-
de vt vitalis ligni pꝛecio eterne vi-
te suffragia consequamur. Qui vi.

Fratres. Confido Ad gala. v.
de vobis ĩ domino: ꝙ nichil
aliud sapietis. Qui autem contur-
bat vos: pꝛobabit iudiciũ quicunq;
est ille. Ego autem fratres si circũ
cisionem pꝛedico. quid adhuc perse
cutionem patioꝛ. Ergo euacuatũ
est scandalum crucis. Utinam ⁊ ab
scindãtur: qui vos conturbãt Qui
cunq; enim volũt placere in carne
hi cogunt vos circuncidi tantũ: vt
crucis xp̃i persecutionem non pati
antur. Neq; enim qui circuncidun-
tur legē custodiunt: sed volũt vos
circuncidi vt in carne vestra gloꝛi-
entur. Michi autem absit gloꝛiari
nisi in cruce domini nostri iesu xp̃i
Per quem michi mundus crucifixꝰ

est et ego mundo. Allā. V. Dulce lignū
Require in missa de commemoratione sancte
crucis. Allā. V. Salua nos xp̄e per virtutē sā
cte crucis qui saluasti petrum in mari misere
re nobis. Sequentia.

Laudes crucis attollamus
nos qui crucis exultamus
speciali gloria Dulce melos pulset
celos dulce lignum dulci dignum
pangamus melodia. Voci vita nō
discordet cū vox vitam non remor
det dulcis ⁊ siphonia. Serui crucis
crucem laudēt qui per crucem sibi
gaudent vite dari munera. Dicāt
omnes et dicāt singuli aue salꝰ toti
us seculi arbor salutifera. O ꝙ̄ felix
ꝙ̄ p̄clara fuit hec salutis ara rubēs
agni sanguine. Agni sine macula q̄
mundauit secula ab antiquo crimi
ne. Hec est scala peccatorū per quā
christus rex celorū ad se trahit oīa
Forma cuius hec ostēdit q̄ terrarū
comprehendit quattuor confinia
Non sunt noua sacramēta nec re-
center est inuēta crucis hec religio
Ista dulces aquas fecit per hanc si-
lex aquas iecit moysi officio. Nulla
salus est in domo nisi cruce signet
homo superliminaria. Neqꝫ sensit
gladium nec amisit filius quisquis
egit talia. Ligna legens ī sarepta
spem salutis est adepta pauꝑ mu-
liercula Signe lignis fidei nec le-
chitus olei valet nec farinula. In
scripturis sub figuris ista latēt sed
iam patēt crucis beneficia. Reges
credūt hostes cedūt sola cruce xp̄o
duce hostis fugat milia. Ista suos
fortiores semper facit et victores
morbos sanat et languores repri-
mit demonia. Dat captiuis liber-
tatem vite confert nouitatem ad
antiquam dignitatē crux reduxit
omnia. O crux signū triumphale
mūdi vera salꝰ vale inter ligna nul-
lū tale frōde flore germine. Medici
na xp̄iana salua sanos egros sana
quod nō valet vis humana fit ī tuo
nomine. Assistentes tue laudi con-
secrator crucis audi atqꝫ seruos tue
crucis post hāc vitā vere lucis trās-
fer ad palatia. Quos tormēto vis
seruire fac tormenta non sētire sed
cum dies erit ire nobis confer ⁊ lar
gire sēpiterna gaudia. Amē. Se
cundum iohannem. iii.

In illo tēpore. Erat homo
ex phariseis nichodemus
nomine princeps iudeorum. Hic
venit ad iesū nocte: ⁊ dixit ei. Rab-
bi scimus quia a deo venisti magi-
ster. Nemo enī potest hec signa fa
cere que tu facis: nisi fuerit deus cū
eo. Respondit iesus: ⁊ dixit ei. Amē
amen dico tibi: nisi quis renatꝰ fue
rit denuo. non potest videre regnū
dei. Dixit ad eū nichodemus. Quo
modo potest homo nasci cum sit se
nex? Nunquid potest in vētrē ma-
tris sue iterato introire et renasci
Respondit iesus. Amen amen dico
tibi: nisi qui renatus fuerit ex aqua
et spiritusancto: non potest ītroire
in regnum dei. Quod natum est ex
carne caro est. Et quod natū est ex
spiritu: spūs est. Non mireris qꝛ
dixi tibi: oportet vos nasci denuo
Spiritus vbi vult spirat: ⁊ vocem
eiꝰ audis. Sed nō sis vnde veni
at aut quo vadat. Sic ē oīs q̄ natꝰ
est ex spiritu. Respōdit nichodemꝰ
⁊ dixit ei Quomodo possūt hec fieri
Respōdit iesus ⁊ dixit ei. Tu es ma
gister in israel: ⁊ hec ignoras. Amē
amen dico tibi: quia quod scimꝰ lo
quimur: et quod vidimꝰ testamur
⁊ testimoniū nr̄ꝫ nō accipitis Si ter
rena dixi vobis et nō creditis: quo-

modo si dixero vobis celestia crede
tis. Et nemo ascendit in celũ nisi q̃
descendit de celo: filius hominis q̃
est in celo. Et sicut moyses exalta-
uit serpẽtem in deserto ita exalta-
ri oportet filiũ hominis. Ut omnis
qui credit in ipso nõ pereat: sed ha-
beat vitam eternã. Credo. Dũ cãta
tur. Credo. exuat casulã sacerdos et accipi
at crucẽ de manu dyaconi et finito. Credo
dicat alte. antʒ. Ecce lignũ cruci. ter. ⁊ ado-
ret et alii oẽs. et iteri cãtetur vt i die parasce-
ues et adorate cruce accipiat crucẽ et dicat an
tʒ. Super oĩa. et reinduta casula dicat. Do-
minus vobiscũ. Oremꝰ. Offꝫ. Protege do.
In commemoratione clxvij Secreta.

Sacrificium domine quod i-
molamus placatus inten-
de vt ab omni nos exuat bellorum
nequicia. Et per vexillum sancte
crucis filii tui ad conterendas pote
statis aduerse insidias nos i tue pro
tectionis securitate cõstituat. Per
eundem. Prefa. Qui salutem huma
ni. Communio. Per lignum serui. In com
memoratione: clxvij Postcommunio.

Repleti alimonia celesti et
spirituali poculo recreati
quesumus omnipotẽs deꝰ vt nos
ab hoste maligno defendas quos p
lignum sancte crucis filii tui armis
iusticie mundũ triumphare iussisti
Per eundem. Sãcti iohãnis ãte portam
latinã. Missa matuti. de tẽpore. Ad magnã
missã. Offm̃. Protexisti dñe. vnius mar.

Deus qui conspicis q3 Or.
nos vndiq3 mala nostra cõ
turbant p̃sta quesumus: vt beati
iohannis apostoli tui et euãgeliste
intercessio gloriosa nos protegat
Per. Epla. Qui timet deum. vt i alio
festo. Allã. V. Uox exultationis. Plurimor
martyr. Allã. de tpe. Sequẽtia. Clare sã-
ctorum. Euã. Dixit iesꝰ petro. in alio

Sci Johis oia ut i alio festo. fo. ix.

festo. Credo. Offerto. Confitebuntur. Plu
rimorum martyrum. Secreta

Muneribꝰ nostris quesumꝰ
domine precibusq3 susceptis
et celestibus nos munda misteriis
et per intercessionem vti iohãnis
apostoli tui et euangeliste clemen
ter exaudi. Per dñm. Prefatio. Te
domine sup. Cõio. Ego sũ vitis ve. Plu-
rimorum martyrum. Postcommunio.

Refecti domine pane celesti
intercedente beato iohãne
apostolo tuo ad vitam quesumus
nutriamur eternam. Per. Sancti ce
renici cõfessoris. offm̃. Os iusti me. or.

Adesto quesumꝰ domine p̃-
cibus nostris quas in sancti
cerenici confessoris tui solennitate
deferimus: vt qui nostre iusticie fi-
duciam non habemus: eius qui ti-
bi placuit precibus et meritis adiu
uemur. Per dominum. Epla. Iustꝰ
cor suum. Allã. V. Iste sctus vi. Euan.
Nemo accendit lucernã. Offꝫ. Desi-
derium. Unius martyris. Secreta

Super has quesumus domi
ne hostias benedictio copio
sa descendat que et sanctificationẽ
nobis clementer operetur. ⁊ beati
cerenici cõfessoris tui solẽnitate le-
tificet. Per dominum. Cõio. Magna
est vnius martyris. Postcommunio.

Sumpsimꝰ domine celebri
tatis annue votiua sacra-
menta presta quesumus vt inter-
cedente beato cerenico confessore
tuo et temporalis nobis vite reme
dia prebeant et eterne. Per. Sancti
nicholai oiabt i alio fe. p̃ter sequẽ. de cõi fi-
at cũ euã. Sint lumbi. Sctor. martyr
gordiani et epimachi. Offm̃. Sãcti tui. or.

Da quesumus omnipotens
deꝰ vt qui beatorum mar-
tyrum tuorum gordiani et epima-

Epla. Justi iij. fo. c lv.

chi solennia colimus eoꝝ apud te intercessionibꝰ adiuuemur. Per. Epla. Sancti per fidem. Allā. ℣. Uox exultationis. Euāg. Nolite arbitrari. vniꝰ martyris. Offr. Mirabilis. Secreta.

Hostias tibi domine beatorū martyrum dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum. Communio. Justorum anime. Postcommunio.

Quesumus omnipotens deus vt qui celestia alimenta percepimus: intercedentibus sanctis tuis per hec contra oīa aduersa muniamur. Per. Sāctoꝝ martyrū. nerei achilei et pancracii. Offi. Ecce oculi. Or.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui beatorum martyrū tuorū nerei achilei et pancracii natalicia colimꝰ: a cunctis malis īminentibus eoꝝ intercessionibꝰ liberemur. Per. Epla. Rememoramini. Allā. ℣. Justi epulēt. Euāge. Hec mando vobis. ī cōi apkoꝝ. Offertorium. Confitebūtur. Secreta.

Munera quesumus domine tibi dicata sanctifica et intercedentibus sanctis tuis per eadem nos placatꝰ intende. Per dominum. Cōio. Gaudete. Postcōio.

Beatorum martyrum tuorum domine intercessione placatus: presta quesumus: vt que temporali celebramꝰ actione: perpetua saluatione capiamꝰ. Per dominum. Sācti alnoberti epi et cōfes. offi. Sacerdotes dei. Orō. Da quesumꝰ omnipotens deus. Epla Ecce sacerdos. Allā. Inueni dauid. Allā. de tēpo. Euāge. Homo quidā peregre. Offr. Ueritas. Cōio Fidelis ser. Scti vrbani pape et martyris. Ad missā. offm. Sacerdos tui.

Omnipotens deus: vt qui beati vrbani martyris tui atqꝫ pontificis solennia colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per. Epla. Beatus vir qui in sapientia. Allā. ℣. Inueni dauid. Euāge. Homo quidam peregre. Offerto. Inueni dauid. Secreta.

Epla. Plures facti st. fo. c lviii. ℟. Ecce sa. Alla Jurat. fo. c lix.

Hec hostia domine q̄sumus emundet nostra delicta et ad sacrificium celebrandū subditorum tibi corpora menteſqꝫ sanctificet. Per. Cōio. Beatꝰ seruꝰ. Postcōmunio.

Refecti participatione muneris sacri quesumus domine deꝰ noster vt cuius exequimur cultum sentiamꝰ effectum. Per dominū. Sancti germani epi et cōfesso. Officiū. Statuit. orō. Da quesumus omnipotens deus. Epla. Ecce sacerdos Allā. Iste sācꝰ. Allā. de tp̄e. Si post. p̄ethe. ℟. Ecce sacerdos. Euāg. Sint lumbi vestri. Offerto. Ueritas. Cōio. Dn̄e q̄nqꝫ. Festū hoc trāsfert si opꝰ fuerit. Petronille virginis oīa de cōi vniꝰ virgis. Sctōꝝ martyrū marcellini et petri. Offm. Clamauerūt. Oratio.

Deus qui nos annua beatorum marcellini et petri martyrum tuorum solennitate letificas: presta quesumus: vt quorum gaudemus meritis: prouocemur exemplis: Per. Epla. Respōdēs vnus de se. ℟. Justorum anime. Allā. ℣. Mirabilis deꝰ. Euā. Attendite ad fermento. Offerto. Letamini ī dn̄o. Secreta.

Hec hostia quesumus domine quam sanctorum tuorū natalicia recensentes offerimus vincula nostre prauitatis absoluat: et tue nobis misericordie dona conciliet. Per. Cōio. Justoꝝ aīe. Postcōmunio.

Sacro munere satiati supplices te domine deprecamur vt quod debite seruitutis celebramus officio intercedentibus sāctis

Epla. Justi iij. fo. c lv. Alla. Gaudete. c lv. ℟. Clamauerunt. fo. c lv. Alla. Justi epu. fo. c lv.

martyrib⁹ tuis. saluationis tue sẽtiamus augmentum Per. Sanctorum martyrum primi et feliciani. Officium. Sapientiam sanctorum. Oratio.

Fac nos quesumus domine sanctorum martyrum tuorum primi et feliciani semper festa sectari quorum suffragiis protectionis tue dona sentiamus. Per dominum. Epla. Iustorum anime. ℟. Iustorũ aĩe. Allã. ℣. Fulgebũt Euã. Descẽdens iesus de monte. Offertorium Mirabilis deus. Secreta.

Fiat domine quesumus hostia sacranda placabilis p̃ciosi celebritate martyrii que et peccata nostra purificet: et tuorũ tibi vota cõciliet famulorum. Per dominũ. Cõio. Ego vos. Postcommunio.

Quesumus omnipotens deus vt sanctorũ tuorũ celestibus misteriis celebrata solennitas: indulgentiam nobis tue propiciationis acquirat. Per dominum

Sãcti barnabe apli. Officiũ. Michi aũt

Ecclesiam tuam dñe in omni prosperitate custodi et beati barnabe apostoli tui suffulta patrociniis dignam supernis exhibe gaudiis. Per. Epistola. Iam nõ estis. ℟. Nimis honorati. Allã. ℣. Per manus. sequentia. Clare sanctorũ. Euãgeliũ. Hoc est preceptum. Credo. Offerto. In omnem terram. Secreta.

Oblationis nostre munus tua domine benedicat et suscipiat dextera et supplicante beato barnabo apostolo tuo acceptabile olocaustum nos tibi prepara Per. Prefa. Te domine sup. Communio. Vos qui secuti. Postcommunio.

Quod de altari tuo domine sumpsimus semper nobis proficiat: et supplicante beato barnaba apostolo tuo ãte thronũ glorie tue gaudere nos faciat. Per dominum. Sanctorum martyrũ basilidis cirini et naboris. Offm. Intret. Or. Deus q̃ nos conce. Epistola. Sancti per fidẽ ℟. Vidica. Allã. ℣. Reddet de⁹. Euã. Ecce ego mitto. Offer. Exultabũt. Cõio. Posuerunt. Sanctorum martyrum cirici et iulite. Offm. Intret. Or. Deus q̃ nos. Epistola. Iustorum anime. ℟. Vidica. Allã. ℣. Reddet deus. Euan. Attendite afer Offr. Exultabũt. Secreta. Munera tibi Cõio. Posuerũt. Postcõio. Presta nobis.

Sãctorum martyrũ marci et marcelliani Offi. Salus aũt. Or.

Presta q̃s omnipotens deus vt q̃ sanctorũ martyrũ tuorũ marci et marcelliani natalicia colim⁹: a cũctis malis imminẽtibus eorum intercessionib⁹ liberemur. Per. Epistola. Sancti per fidẽ. ℟. Exultabũt. Allã. ℣. Mirabilis. Euã. Videte ne quis vos seducat. Offr. Anima nostra. Secreta

Munera domine tibi dicata sanctifica et intercedentibus beatis martyribus tuis marco et marcelliano per eadẽ nos placatus intende. Per. Cõio. Amẽ dico vo.

Salutaris tui dñe. Postcõio. munere satiati supplices exoramus vt cuius letamur gustu renouemur effectu. Per dominum:

In solẽnitate sanctorũ mar. geruasii et prothasii nulla missa matu. nisi dñica sit vel nisi infra oct. eucha. conti. Ad magnã missam. officiũ.

Loquetur domin⁹ pacẽ in plebem suam et super sanctos suos et in eos q̃ conuertuntur ad ipsum psalmus. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob. Oratio.

Deus qui nos annua sanctorum martyrum tuorum geruasii et prothasii solennitate le

Epla. Expectatio iustorum fo. clii. Alla ℟. Cõfitebũt. clv.

Basilidis cirini etc. Epl. Rememoramini. clv. Euã. Cũ audieritis. clvi. cetera ut s.
Marci et mar. Epla. Reddet ds. clxxxvii. ℟. Iustorũ aĩe. Euã. Ecce ego mitto vos sicut oues. clvii. cetera ut s.

tificas: concede ꝓpicius: vt quorū gaudem⁹ meritis accēdamur exē-plis. Per dominū. Epistola. Scimus quoniam diligentibus deum. Ut in alio festo. ℟. Gloriosus deus ī sanctis suis mirabilis ī maiastate faciēs ꝓdigia. ℣. Dextera tua domine glorificata ē ī virtute dextera tua confregit īimicū. Allā. ℣. Iusti epulēt et exultēt ī cōspectu dei et delectētur ī leticia. Allā. Sequētia

Fulget dies preciosa dies felix et formosa dies magna gaudio. Qua meruit coronari geruasius et laudari cū fratre prothasio. Nam vitalis horum pater valeria fuit mr̄ deo fauorabiles. Ortu fide sanctitate sensu verbo dignitate clari sunt et nobiles Quibus vna die natis vnoqꝫ fonte renatis deus vnus affuit. Xp̄m solum puro corde vicioꝝ pulsa sorde vnusquisqꝫ coluit. Hi pro posse fugientes mūdum deo coherētes mortuis parentibus. Familie disponētes agros predia vendentes dederunt pauperibus. Inde sancti refutantes ydolatras et vitantes conuictus gētilium. Cenaculo se clauserunt hic oculte coluerūt summi patris filium. Decē annis hic morantes visitauit hos orantes beat⁹ nazarius. Hos in fide confirmauit per hunc suos confortauit xp̄s dei filius. Dumqꝫ sanctis predicaret et scripturis informaret in anno vndecimo. Sūt neroni reuelati atqꝫ rome presentati principi nequissimo. Mox ad aram perducuntur et a rege cōpelluntur adorare ydola Sed a sanctis cōtemnuntur atqꝫ regis respuuntur dicta quasi friuola Contra sanctos iudex seuit atqꝫ feruor ire creuit vim facit malicia. Inde pugnis flagellantur sancti post incarcerātur presidis inuidia. Sic preposse flagellauit nec pro voto degrauauit quia suos visitauit xp̄i prouidētia. Post tres dies hos eduxit et ad tēplum iouis duxit hic diis immolare iussit vel ferre supplicia Ad honores hos inuitat et promissis sanctos ditat nichil est quod nō promittat vt adorēt ydola. Ad hoc sancti respōderūt nunq̄ nobis ista erunt tua vox rex clamauerūt est fallax et subdola. Non nos census et vxores p̄fecturas nec honores latrie preferimus. Non hic vita nobis datur sed vt paulus attestatur futuram inquirim⁹ Deos falsos refutamus deū verum adoramus q̄ viuit per omnia. Post hec ī sanctos prophanibilē cordis et vesani commouit superbia. Putans sic rex vindicari iubet sanctis preparari tormentum non meritum. Iubet sanctos verberari tāqꝫ diu fustigari q̄ exalent spiritum. Tandem vita tēporali pena plexi capitali migrarunt ad filium. Qui cū magna dignitate sunt sepulti ciuitate mediolanensium. Ubi cecis lux p̄statur vbi claudis gress⁹ datur et sanant vulnera. Ubi febres relaxātur vis sanctorum et curantur cūcta morbi genera. O geruasi nos dignare tuqꝫ o prothasi care clementer respicere. Graui carne resolutos nos velitis labe tutos ad christum perducere. Amen. Secundum matheū. v.

In illo tempore. Uidens iesus turbas: ascendit in mōtem. Et cum sedisset: accesserūt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suū: docebat eos dicēs. Beati pauperes spū: q̄m ipsorum est regnum celorum. Beati mites: quoniā ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur

Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii dei vocabũtur. Beati q̃ persecutionem patiuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum ẽ regnũ celorum. Beati estis cũ maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerit et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me Gaudete et exultate: ecce eni merces vestra: copiosa est i celis. Credo Offr. Letamini in dño et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Oblatis quesumus dñe placare muneribus et intercedentibus sanctis martyribus tuis geruasio et prothasio: a cunctis nos defẽde periculis. Per. Cõio. Posuerũt mortalia seruorum tuorum dñe escas volatilibus. celi carnes sanctorum tuorũ bestiis terre scõrum magnitudinẽ brachii tui posside filios mortificatorum. Postcommunio

Hec nos cõio domĩe purget a crimine et intercedentibus sanctis martyribus tuis geruasio et prothasio celestis remedii faciat esse consortes. Per. Per oẽs oct. dr missa matuti. de sanctis magna sicut i die nisi q divuiditur epla vicissi. Dñica infra oct. missa matuti. de do. nisi sit vig. s. iohis baptẽ q tũc missa matuti. esset de dñis. sicut i die q̃ tũ diceret ad modũ misse matu. nõ obstãte q alias diceret sicut ix. lec. et magna erit de vig Si vo sit fe. scti iohis. bap. missa matuti. erit de sancto iohanne baptista. cum memori. de dñis nostris et magna missa erit etiã de sãcto iohãne baptã. Sancti latuini epi sagieñ oĩa de cõi vni9 cõfessoris. Decem milium. mar. offm. Intret in con. clii. Oratio

Omnipotens sempiterne deus da populo tuo presentis diei festiuitatem sincero venerari affectu vt qui eam sanctorum tuorum decem milium martirum annua celebritate deuotis frequentant obsequiis: eorumdem suffragiis celestis regni gaudia consequãtur. Per. Epla. Iustorum. clv. R. Iustorũ aĩe. Allã. V. Reddet de9. clvi Euã. Descendẽs iesus de monte. clxvi Offertorium. Exultabunt. clxvii Secreta.

Salutari sacrificio. domine populus tuus semper exultet quo et debitus honor sacris decem milibus martyribus exibetur et sanctificationis tue munus acq̃rit. Per dñm. Cõio. Multitudo. clxv Postcõ.

Exaudi dñe preces nostras vt populus tuus qui sub tãtis sanctorum tuorum decem milium martyrum patrociniis est constitutus: et a suis offensionibus liberetur: et ab omnib9 tueatur aduersis. Per. In vigilia natiuitat9 bti iohis baptiste si dñica eue. missa matuti. erit de dñis nris maior de vig. erit vt di. est cũ gloria in ex. et credo. Officium.

Ne timeas zacharia exaudita est oratio tua et helizabeth vxor tua pariet tibi filiũ et vocabis nomẽ eius iohannem et erit magnus coram domino et spirisancto replebitur adhuc ex vtero matris sue: et multi in natiuitate ei9 gaudebũt ps. Dñe in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuũ exultabit vehementer. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt familia tua per viam salutis incedat: et beati iohãnis precursoris hortamenta sectando: ad eum quem predixit secura perveniat dominũ nostrũ iesum christum filium tuum qui tecum. Le

ctio hieremie prophete. primo.

In diebus illis. Factum est verbum domini ad me dicens. Priusq̄ te formarem in vtero noui te et anteq̄ exires de vulua sanctificaui te et prophetam in gētibus dedi te. Et dixi. A.a.a. Domine deus. Ecce nescio loqui: quia puer ego sum. Et dixit domin⁹ ad me Noli dicere quia puer sum: quoniā ad omnia que mittā te ibis et vniuersa que mandauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorū quia tecum ego sum: vt eruam te dicit dominus. Et misit dominus manū suam et tetigit os meum et dixit dominus ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie sup gentes ꝛ sup regna. vt euellas ꝛ destruas ꝛ dispdas ꝛ dissipes ꝛ edifices ꝛ plātes. ait dn̄s oīps. ℟. Fuit homo missus a deo cui nomē iohānes erat. hic venit. ℣. Ut testimoniū phiberet de lumine ꝛ parare domino plebem perfectam. Si dn̄ica fuerit. Alla. ℣. Tu puer propheta altissimi vocaberis preibis ante dominum parare vias eius. ¶ Initium sancti euangelii secundum lucam. i.

Fuit in diebus herodis regꝫ iudee sacerdos quidam nomine zacharias: de vice abya. Et vxor illius de filiabus aaron: ꝛ nomen eius helizabeth. Erant autē ambo iusti ante dominum: incedētes in omnibus mandatis iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius: eo q̄ esset helizabeth sterilis ꝛ ambo processissēt in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur zacharias in ordine vicis sue ante dominum secundum cōsuetudinem sacerdotii: sorte exiit vt incensum poneret ingressus in templum domini. Et omnis multitudo erat populi: orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus domini stans a dextris altaris incensi. Et zacharias turbatus est videns: ꝛ timor irruit super eum. Ait autem ad eum angel⁹. Ne timeas zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua. Et vxor tua helizabeth pariet tibi filium: ꝛ vocabis nomē ei⁹ iohannem. Et erit tibi gaudium ꝛ exultatio. Et multi in natiuitate eius gaudebūt. Erit enim magn⁹ coram domino: vinum et siceram non bibet. Et spiritu sancto replebitur: adhuc ex vtero matris sue. Et multos filior israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse precedet ante illum in spiritu et virtute helye: vt conuertat corda patrū in filios et incredulos ad prudentiam iustorum. parare: domino plebē pfectā. Si do. fuerit. Credo. Offer. Glia ꝛ hono. vni⁹ mar. Secreta.

Munera quesumus domine oblata sanctifica et intercedente beato iohāne baptista: nos per hec a peccatorum nostrorū maculis emunda. Per. Cōio. Magna est. gloria. vnius martyris. Postcommunio.

Beati iohānis baptiste nos quesum⁹ dn̄e pclara comitetur orō. vt quē vēturū esse pdixit: poscat nobis fore placatū dn̄m nostrū iesum christū filiū tuū. Qui tecum vi. In die missa matu. Iust⁹ vt palma florebit. vnius martyris. Oratio.

Concede q̄s oīps deus vt qui beati iohannis baptiste solennia colimus: eius apud te intercessione muniamur. Per dominuꝫ ¶ Lectio hieremie prophete. i.

Factum est verbū domini ad me dicens. Tu ergo filius

hominis accinge lūbos tuos ꝛ sur-
ge: ꝛ loquere ad eos om̄ia que ego
precipio tibi. Ne formides a facie
eorum: nec enim timere te faciam
vultum eorum. Ego quippe dedi
te hodie in ciuitatem munitam et
in columnam ferream et in murū
ereum super omnem terram regi
bus iuda: principibus eius et sa-
cerdotibus et omni populo terre.
Et bellabunt aduersum te et non
preualebunt: quia ego tecum sum
ait dominus: vt liberem te. ℟. Iu-
stus vt pal. Allā. ℣. Tu puer. Se. lucam. i.

In illo tēpore. Dixit zacha-
rias ad angelum. Unde sci-
am nasci michi filium? Ego enim
sum senex: et vxor mea processit in
diebus suis. Et respondens ange-
lus dixit ei. Ego sum gabriel qui
asto ante deum. Et missus sum lo
qui ad te: et hec tibi euangeliza-
re. Et ecce eris tacens et non po-
teris loqui vsq; in diē quo hec fiant
pro eo q̄ nō credidisti verbis meis
que implebuntur in tempore suo.
Et erat plebs expectans zachariā
et mirabantur q̄ tardaret ipse in
templo. Egressus autem: non po
terat loqui ad illos. Et cognoue-
rūt q̄ visionem vidisset in templo.
Et ipse erat innuens illis: et per-
mansit mutus. Et factum est vt
impleti sunt dies officii eius: abiit
in domum suam. Post hos autem
dies concepit helizabeth vxor eius
et occultabat se mensibus quinq;
dicens. Quia sic fecit michi domi-
nus: in diebus quibus respexit au-
ferre opprobrium meum in homi-
nes. Non dicitur Credo. Offertoriū. In
virtute. vnius martyris. Secreta. Mune-
ra domine. vt supra. Communio. Posui-
sti. vnius martyris. Postcommunio.

Presta quesum⁹ omnipotēs
deus: vt qui celestia alimē-
ta percepimus intercedente bea-
to iohanne baptista. per hec cōtra
omnia aduersa muniamur. Per d.
Ad magnam missam. Officium.

De vētre matris mee vo-
cauit me dominus no-
mīe meo ꝛ posuit os me
um vt gladium acutum
sub tegumēto manus sue protexit
me posuit me quasi sagittam ele-
ctam. Ps. Bonum est confiteri domino et
psallere nomini tuo altissime. Oratio

Deus qui presentē diem ho-
norabilem nobis in beati io
hannis baptiste natiuitate fecisti:
da populis tuis spiritualium gra-
tiam gaudiorum / ꝛ omniū fideliū
mētes dirige in viam salutis eter-
ne. Per. Lectio ysaie prophete. xlix.

Hec dicit dominus deus. Au-
dite insule: et attendite po-
puli de longe. Dominus ab vtero
vocauit me de ventre matris mee
recordat⁹ est nominis mei. Et po-
suit os meum quasi gladium acu-
tum / in vmbra man⁹ sue protexit
me: ꝛ posuit me sicut sagittam ele
ctam. In pharetra sua abscondit
me: et dixit michi. Seruus me⁹ es
tu israel: q̄ in te gloriabor. Et nūc
hec dixit dominus / formans me ex
vtero seruum sibi. Dedi te in lucē
gētium: vt sis salus mea vsq; ad ex
tremum terre. Reges videbunt et
consurgent principes: ꝛ adorabūt
propter dominum deum tuum et
sanctum israel: qui elegit te. ℟. Pri
usq; te formarē in vtero noui te et anteq; exi-
res de vētre sanctificaui te. ℣. Misit domin⁹
manū suā ꝛ tetigit os meū ꝛ dixit mihi. Allā.
℣. Inter natos mulierum non surrexit ma-
ior iohanne baptista. Sequentia.

Sancti baptiste christi preconiis solennia celebrātes moribus ipsum sequamur. Ut ad vitam quam predixit asseclas suos perducat. Deuotis te sanctissime mētibus amice christi iesu flagitamus vt gaudia percipiamus. Apparēs que zacharie gabriel repromisit q̄ tuam celebrarent obsequiis natiuitatem. Ut per hec festa gaudia eterna adipiscamur. Qua sancti dei sacris deliciis leti congaudent. Tu qui preparas fidelium corda. Ne quid lubricum vel deuium deus in eis inueniat. Te deposcimus vt crimina nostra. Et facinora continua prece digneris absoluere. Placatus vt ipse suos semper inuisere fideles. Et mansionem in eis facere dignetur. Ut agni vellere quem tuo digito. Mundi monstraueras tollentem crimina. Nos velit induere. Ut ipsum mereamur āgelis associi. In alba veste sequi per portā clarissimam. Amice christi iohannes. Secundum lucam. i.

In illo tēpore. Helizabeth īpletum est tempus pariēdi et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa: et congratulabantur ei. Et factum est in die octauo venerunt circuncidere puerum: et vocabant eum nomīe patris sui zachariam. Et respondens mater eius: dixit. Nequaq̄ sed vocabitur iohānes. Et dixerunt ad illam: quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autē patri eius: quem vellet vocari eum Et postulans pugillarem: scripsit dicens. Johannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem illico os eius et līgua eius et loquebatur benedicens deū. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: et super omnia montana iudee diuulgabātur omnia verba hec. Et posuerunt omnes q̄ audierunt in corde suo: dicentes. Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus est spiritusancto: et prophetauit dicēs Benedictus dn̄s deus israel quia visitauit et fecit redēptionē plebis sue. Credo. Offer. Iustus vt pal. Unius marty. Secreta

Tua domine muneribus altaria cumulans illius natiuitatem honore debito celebrātes qui saluatorem mundi et cecinit affuturum et adesse monstrauit presentem dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecum. Communio. Tu puer propheta altissimi vocaberis preibis enim ante faciem domini parare vias eius. Postcommunio.

Sumat eccl'ia tua deus vti iohānis baptiste gn̄atiōe leticiam: per quē sue regn̄ationis cognouit auctorē dn̄m nr̄m iesum xp̄m filiū tuū q̄ tecū. Scti eligij epi et cōfessoris. oia de cōi vni⁹ cōfes. In oc. btōr geruasij et prothasij. sicut ī die seqn. fratrū vt ī alio fe. sine Credo. Missa matu. de sctis iohāne et paulo mar. cū mēo. de sctō iohē bap. nisi sit dn̄ica. Offm̄. Multe tribulatio. Glia i ex. Or

Quesum⁹ oīps deus: vt nos geminata leticia hodierne festiuitatis excipiat. q̄ de btōr iohannis et pauli glorificatione procedit quos eodē fides et passio vere fecit eē germanos. Per. Epl'a. Quis nos se. R. Ecce q̄ bonū. Allā. V. Isti sunt due oli. in cōi apl'or. Euā. Ponite ergo ī cor. quere infra Euangelium. Cum audieritis. Offertorium. Gloriabuntur. Secreta.

Alla Mirabilis fo. clv.

Hostias tibi domine sanctorum martyrum tuorum iohannis et pauli dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium Per. Cōmunio. Et si co. Postcommunio.

Sumpsimus domine sanctorum martyrum tuorum solemnia celebrantes sacramēta celestia presta quesumus: vt quod tēporaliter gerimus: eternis gaudiis consequamur. Per. In vigi. apostolorum petri & pauli. si dñica fuerit missa matuti. erit de sctō iohāne bapti. maior de vigi. Ad magnam missam. Officium.

Dicit dominus petro cum esses iunior cingebas te et ambulabas vbi volebas cum autem senueris extendes manus tuas & alius te cinget et ducet quo tu non vis hoc autem dixit significās qua morte clarificaturus esset deum. ps. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus vt nullis nos permittas perturbationibus concuti quos in apostolice confessionis petra solidasti. Per. Cōmeō. scti leōis. or.

Deus qui beatum leonē pōtificem sanctorum tuorum meritis coequasti concede propicius: vt qui commemorationis eius festa percolimus vite quoqꝫ imitemur exēpla. Per. Actuum aposto. iii.

In diebus illis. Petrus et iohannes ascēdebant in templum ad horam orationis nonam Et quidem vir qui erat claudus ex vtero matris sue baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam tēpli que dicitur speciosa: vt peteret elemosinam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset petrum et iohannem incipientes introire in templum: rogabat eos vt elemosinam acciperet. Intuens autem in eum petrus cum iohanne: dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos: sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit. Argentum & aurum non est michi quod autem habeo hoc tibi do. In nomie iesu christi nazareni: surge et ambula. Et apprehensa ei⁹ manu dextera alleuauit eum: et protinus consolidate sunt bases ei⁹ & plāte: & exiliēs stetit. & ambulabat Et itrauit cum illis in tēplū: ābulans et exiliens et laudans deum. Et vidit eum omnis populus ambulantem: et laudantem deum. Cognoscebant autem illum: quoniam ipse erat qui ad elemosinam sedebat ad speciosam portam templi. Et impleti sunt stupore & extasi in eo quod contigerat illi. R. In omnem terrā. Si dñica fuerit. Allā. V⁹. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Secundum iohānem. xxi

In illo tempore. Dixit iesus petro. Symon iohannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dixit ei. Pasce agnos meos. Dixit ei iterum. Symon iohannis diligis me Ait illi. Etiam domine tu scis quia amo te. Dixit ei. Pasce agnos meos. Dixit ei tercio. Symon iohannis amas me? Contristatus est petrus quia dixit ei tertio amas me: et dixit ei. Domine tu omnia scis: tu scis quia amo te. Dixit ei pasce oues meas. Amen amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te et ambulabas vbi volebas. Cum autem senueris extendes ma-

nus tuas et alius te cinget & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificatur⁹ esset deum. Offer. Michi aũt. Secreta.

Munus populi tui domine q̃sumus apostolica intercessione sanctifica: nosq̃ a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per.

¶ Sancti leonis. Secreta.

Annue nobis domine vt intercessione famuli tui leonis hec prosit nobis oblatio / quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per. Communio.

Symon iohannis diligis me plus his domine tu omnia nosti tu scis domine quia amo te.

Quos celesti domine alimento satiasti apostolicis itercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dominum. Postcommunio.

Sancti leonis. Postcõmunio

Deus qui anime famuli tui leonis eterne beatitudinis premia contulisti: concede propicius: vt qui peccatorum nostrorum pondere premimur: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per dñm.

¶ In die missa matu. de sancto iohãne. Ad magnam missam. Officium.

Nunc scio vere q2 misit dominus angelum suum & eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum. ps. Et petrus ad se reuersus dixit. Oratio.

Deus qui hodiernam diem apostolorum tuorum petri et pauli martyrio cõsecrasti: da ecclesie tue eorum in omnibus sequi preceptum: per quos religionis sũpsit exordium. Per. Lec. actuũ apo. xij.

In diebus illis. Misit herodes rex magn⁹ vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autẽ iacobum: fratrem iohãnis gladio. Uidens autem quia placeret iudeis: apposuit apprehendere & petrũ. Erant autem dies azimorũ. Quẽ cum apprehendisset misit in carcerem: tradiditq̃ quattuor quaternionibus militum ad custodiendum volens post pascha producere euz populo. Et petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad eum pro eo. Cum autem producturus euz esset herodes. in ipa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabus. et custodes ante hostium custodiebãt carcerem. Et ecce angelus domini astitit: et lumen refulsit in habitaculo carceris. Percussoq̃ latere petri: excitauit eum dicẽs Surge velociter. Et ceciderunt cathene de manibus eius. Dixit aũt angelus ad eum. Precingere & calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circunda tibi vestimẽtũ tuum: et sequere me. Et exiens sequebatur eum: et nesciebat q2 verum esset quod fiebat per angelũ. Estimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam et secundam custodiam venerunt ad portam ferream / que ducit ad ciuitatem: que vltro aperta est eis Et exeuntes processerunt vicum vnum: et continuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum: et eripuit me de manu herodis & de omni expectatione plebis iudeorum. ℟. Cõstitues eos. Alleluya. ℣. Tu es symon bariona cui caro et sanguis non reuelauit verbum patris sed ipse pater qui est in celis. Alleluya. Sequentia.

Gaude iocūda melos turma persona. Jungendo verba simphonie rithmica. Concrepans inclita armonia vera secli lumina Luce que aurea illustrarūt mūdi regna omnia. Vernāt fortia iaz quorum trophea i celi regia. Quorum merita dissoluūt crimia hac die fulgida. Nā alter crucis supplicio triumphans alter ensis iugulo vterqz nitet laurea. Et super sublimia sydera insignes victoria celica prelati sunt in curia. Hic beate petre qui maxia reseras claudis verbo celi limina. Sume pius vota fidelium peccati cuncta dissoluēdo vincula. Sacra paule ingere dogmata illustrās plebis pectora. Et quousqz det deus perfecta vltra fer mētes sydera. Dulcis qua resultet musica virtutum fidibus atqz melis concina. In qua symphonia miscetur et illa que est vere dyathessaron premia. Constans virtute ⁊ iusticia. Temperantia et prudentia Quibus superna agmina rite decorata christo cantica psallunt en armonica. Nostra sint quorum socia illa dent lumina quis preconia damus yperlirica. Sublime dicāt nunc omnia amen redempta. Euāgeliū. Venit iesus in partes cesaree cxvii quere in cathedra sancti petri. Credo. Offerto. Constitues eos. cxlix Secreta.

Hostias domine quas nomini tuo sacrandas offerimus apostolica prosequatur oratio: per quam nos et expiari tribuis ⁊ defēdi. Prefatio. Te domine sup. Cōmunio Tu es petrus ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcōio. Quos celesti domine. ¶ In commemoratione beati pauli. Missa matuti. de sancto iohanne. Ad magnam missam. Officium.

Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem. ℣. Domine probasti me. Oratio.

Deus qui multitudinem gētium beati pauli apostoli tui predicatione docuisti: da nobis quesumus vt cuius solēnia colim⁹ eius apud te patrocinia sentiam⁹: Per. Ad thimotheum. ii. iiii.

Karissime. Testificor coram deo et christo iesu: qui iudicaturus est viuos et mortuos: et aduentum ipsius et regnum eius predica verbuz insta oportune importune. Argue/ obsecra/ increpa: i oī patientia et doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinaz nō sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila: in omnib⁹ labora: opus fac euāgeliste/ ministerium tuum imple: sobrius esto. Ego enim iam delibor: et tempus mee resolutionis instat. Bonum certamen certaui: cursum consummaui/ fidem seruaui. De reliquo reposita est michi corona iusticie: quaz reddet michi dominus in illa die iust⁹ iudex. Non solum autem michi: sed ⁊ his qui diligunt aduentum eius. ℟. Qui operatus est petro in apostolatum: operatus est et michi inter gentes et cognouerunt gratiam que data est michi. ℣. Gratia dei in me vacua non fuit sed gratia eius semper in me manet. Alleluya. ℣. Magnus sanctus paulus vas electionis vere digne est glorificandus qui et meruit thronum duodecimum possidere. Sequentia. Clare sanctorum senatus apo. Euangelium.

¶ Euange. Ecce nos reliquimus oīa. fo. cxiii.

Epla. Notum vobis facio

Homo quidam erat diues qui habebat villicum. Require dñica. ix. post trinita. Credo. Offer. Michi aũt. Secreta

Ecclesie tue quesumus dñe preces et hostias apostolica commendet oratio: et quod pro illorum gloria celebramus: nobis ꝑ sit ad veniam. Per. Prefa. Te domine. Cõio. Amẽ dico vobis. Postcommunio.

Perceptis domine sacramẽtis beatis apostolis interuenientibus deprecamur: vt que pro illorum celebrata sunt gloria / nobis proficiãt ad medelam. Per do.

¶ In octa. sancti iohannis bap. sicut in die cũ orõne Cõcede. q̃re in die ad missã matuti. seq̃ntia. Superne matris. Missa matuti. de apostolis. Officium. Michi autẽ. Oratio. Deus qui hodierna. Cetera de cõi apo. Per oct. apo. ad missã offm̃. Michi aũt. Ceta de cõi apo. accipiẽdo ꝑ ordinẽ R̃ia ⁊c. cũ oratione Deus qui hodiernam.

¶ Sanctorũ processi et martiniani marty. Officium Iudicant sancti. Oratio.

Deus qui nos sanctoruꝫ martyrum tuorũ processi ⁊ martiniani confessionibus gloriosis circundas et protegis: da nobis ex eorum imitatione proficere / et intercessione gaudere. Per. Epistola. Sãcti per fidem. R̃. Exultabunt. Alleluya. V̄. Iudicabunt. Euãge. Sedẽte iesu super montem oliueti. Offertorium. Gloriabuntur. Secreta.

Suscipe domine preces ⁊ munera que vt tuo digna sint conspectui sanctorum tuorum precibus adiuuemur. Per. Communio. Anima nostra: Postcommunio.

Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamie quesumus domine deus noster: vt qđ pia deuotione gerimus: certa redemptione capiam⁹. Per. ¶ In visitatione beate marie virginis missa matuti. de apostolis. Ad magnam missam Officium. Gaudeamus. in cõi virginum. Oratio.

Deus qui presentem festiuitatem in iesu christi filiũ tui et marie virginis matris eius laudibus venerari fecisti: presta quesumus: vt qui eiusdẽ virginis ⁊ gaudiorum quibus helizabeth visitauit solennia celebramus in eorum memoria et gaudiis iugiter maneamus. Per eundem dominum nostrum iesum christum filiũ tuum.

¶ Lectio libri sapientie.

Ecce venit iste saliens in mõtibus transiliens colles. Similis est dilectus meus capree hynuloqꝫ seruorum. En ipe stat post parietem nostrum: respiciens per fenestras prospiciens per cãcellos. En dilectus meus loquitur michi Surge propera amica mea columba mea: formosa mea ⁊ veni. Iam enim hyems transiit ymber abiit: et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra ficus protulit grossos suos vinee reflorentes dederũt odorem suum. Surge ꝑpera amica mea sponsa mea et veni: columba mea in foraminibus petre in cauerna macerie. Ostende michi faciem tuam sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis ⁊ facies tua decora. R̃. Bñdicta. Alleluya. Ut facta est vox salutationis tue in auribus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo. Sequentia.

Missus gabriel de celis sacris desserit loquelis cuꝫ maria virgine. Hanc salutat in conclaue et ex eua format aue eue verso nomine. Metum pellit dat so-

lamen nam per sacrum inquit flamen virgo grauidaberis. Ad hoc facit argumentum de cognata documētum inspirati muneris. Que cum esset peruetusta et multis annis onusta concepit infantulum. Adest virgo deo grata et ascendit in mōtana videre miraculum. Ut salutat consobrinam exultantem intra ventrem sera sentit paruulum. Etiam sibi fructꝰ dantur thori quibus adimūtur sterilis opprobria. Que parentes ⁊ vicini impingebant semper illicessant improperia. Clausa pandit ventre clausus gesta plaudens fit applausus messie presentie. Lingue gestꝰ obsequuntur dum pro lingua sic loquuntur seruiunt infantie. Aluo deum virgo claudit clauso clausus hic applaudit de ventris angustia Agnum monstrat in aperto vox clamātis in deserto vox verbi prenuncia. Precursore mūdi nato mūdum ortu reserato reserantur mistica. Nostro solo tunc exclusus verioris est perfusus solis luce tipica. Prius nouit diem verum q̄ᵖ nostrorum sit dierū vsus ministerio. Hic renascens mundum natus mundum nascēs est renatus celesti ministerio. Sacrum pneuma sic impleuit natum ⁊ matrem repleuit dei beneficio. Clamat parens ad mariam vt quid ad ancillam tuam venis in hospitio. Tu mater es creatoris ego sui precursoris tua paup seruula. Bn̄dicta sup oēs vocaberis mulieres mater dei gerula. Benedictus vētris tui fructus qui datur perfrui in superna patria. Beata que credidisti nam perficiētur tibi ad te facta nuncia. Mater dei te rogamꝰ ne deneges quod optamus nobis pete gratiam. Ut q̄ sumus pctōres ne repellas precatores sed impetra veniā. Amen. Euāgelium. Exurgens maria. quere feria. vj. quattuor temporum aduentus. Credo Offertorium. Felix namq;. clxv Secreta.

SAlutaris victime oblationem tibi deus pater omipotens immolamus suppliciter deprecantes. vt sicut intemerate virginis marie viscera iesu christi filii tui gloria illustrasti q te in spiritu exultationis et leticie magnificaret: ita penetralia cordis nostri spiritussancti digneris suauitate perfundere. quatenꝰ sacro deliniti carismate / veniam cōsequi peccatorum teq; nunc et semper piis mentibꝰ magnificare mereamur. Per eundem. Prefatio de beata. Communio. Mansit autem maria cum illa quasi mensibꝰ tribus et reuersa est in domum suā. Postcōio

REfecti et renouati sacrosancte alimonie pabulo immēsam clementiam tuam flagitamꝰ domine deus noster. vt qui visitationis festa peragimꝰ in iesu christi filii tui et marie virginis m̄ris eius laudibus indesinenter maneamꝰ. Per eundem. In translatione sancti martini. Missa matutinalis de apostolis Ad magnam missam. Officium. Statuit. or

DEus qui populo tuo eterne salutis beatum martinum ministrum concessisti. presta quesumus: vt quem doctorem vite habuimus in terris: intercessorē semper habere mereamur ī celis. Per. Epistola. Ecce sacerdos. R. Domine p̄uenisti. Alleluya. V. Jurauit. Euangelium Sint lumbi vestri precincti. Offertorium. Ueritas. clx Secreta.

OMnipotens sempiterne deꝰ munera tue maiestati oblata per

intercessionem beati martini cōfes
soris tui atqꝫ pontificis ad perpetu
am fac nobis proficere salutē. Per.
Communio. Fidelis ser. Postcommunio.
Sacramenta salutis nostre
suscipientes concede quesu
mus omnipotēs deꝰ. vt beati mar
tini confessoris tui atqꝫ pōtificis vbi
qꝫ nos oratio adiuuet: in cuius ve=
neratione hec tue obtulimus ma=
iestati. Per. In oct. apl'oꝝ. Missa ma. de
do. Ad magnā missam offi. Sapientiam
san. Plurimorum martyrum. Oratio.
Deus cuius dextera beatū
petrum apostolum. ambu
lantem in fluctibꝰ ne mergeretur
erexit: et coapostolum eius paulū
tercio naufragantem de profundo
pelagi liberauit. exaudi nos propi
cius et concede vt amborum meri
tis eternitatis gloriā cōsequamur
Qui vi. Lcō libri sapiētie. Ecclesiastici. xliiii
Hi sūt viri misericordie quo
rum iusticie obliuionē non
acceperunt. Cum semine eoꝝ per
manent: bona hereditas sancta nē
potes eorum. Et in testamētis ste
tit semen eorum: et filii eorum pro
pter eos vsqꝫ in eternū manēt. Ge
neratio eorum et gloria eorum nō
derelinquetur. Corpora eorum in
pace sepulta sunt: et nomina eorū
viuent in secula. Sapientiam eoꝝ
narrant omnes populi: et laudem
eorum pronunciat omnis ecclesia
sanctorum. R. Iustoꝝ anime. Plurimo
rum mar. Allā. V. Isti sunt due oliue. Seqū.
Clare sanctorū. Secūdū matheū. xiiii
In illo tempore. Iussit do=
minus iesꝰ discipulos suos
ascendere in nauiculam: et prece=
dere eū trans fretum donec dimit
teret turbas. Et dimissa turba:
ascendit in montē solus orare. Ve=
spere autē facto: solus erat ibi. Na
uicula autem ī medio mari: iacta=
batur fluctibus. Erat enim: cōtra
rius vētus. Quarta aūt vigilia no
ctis venit ad eos: ambulans supra
mare. Et videntes eū supra mare
ambulantem turbati sūt dicētes
quia fantasma est. Et pre timore
clamauerunt. Statimqꝫ iesus: lo=
cutus est ei dicens. Habete fiduciā
Ego sum: nolite timere. Respon=
dens autem petrꝰ: dixit. Domine
si tu es: iube me venire ad te super
aquas. At ipse dixit. Veni. Et de=
scendens petrꝰ de nauicula ambu=
labat super aquam: vt veniret ad
iesum. Videns vero ventum vali=
dum timuit. Et cum cepisset mer
gi clamaui dicens. Domine saluū
me fac. Et cōtinuo iesus extēdens
manum apprehendit eū: et ait illi
Modice fidei quare dubitasti Et cū
ascendisset in nauiculam: cessauit
ventus Qui aūt in nauicula erant
venerunt: et adorauerunt eū dicē=
tes. Vere filius dei es. Credo. Offr.
Exaltabūt. Plurimoꝝ. martyrum Secreta.
Offerimus tibi domine pre
ces et munera que vt tuo di
gna sint conspetui: apostolorū tuo
rum precibus adiuuemur. Per. Pre
fa. de apl'is. Cōio. Iustorum anime. Pluri=
morum martyrum. Postcommunio
Protege domine populū tu
um et apostolorum tuorū
patrocinio confidentem perpetua
defensione conserua. Per. Sctōꝝ se=
ptē fratrū. Offm. Laudate pueri. Or.
Presta quesumus omnipo
tens deus: vt qui gloriosos
septem fratres martyres tuos for
tes in sua confessione cognouimus
pios apud te in nostra intercessio=
ne sentiamus. Per. Epistola. Iustoꝝ

anime. ℞. Vindica. Allã. ℣. Letamini in. Euange. Videns iesus turbas. Offertorium. Anima nostra. Secreta.

Sacrificiis presentibus domine quesumus intende placatus et intercedentibus sanctis tuis martyribus septem fratribus devotioni nostre proficiant et saluti. Communio. Quicunque fecerit. Postcõmunio

Quesumus omnipotẽs deus vtillius salutaris capiamus effectum: cuius per hec misteria pignus accepimus. Per. Sancti bñdicti abbatis. offĩm. Os iusti. orõ. Intercessio nos. Epistola. Iustus cor suũ. ℞. Domine preuenisti. Allã. ℣. Iustus germinabit. Euã. Nemo ascẽdit lu. Offer. Veritas. Cõio. Magna ẽ. vnius marty. Sanctorum martyrũ arnulphi et clari. omnia de cõi mar.

Sancte margarete virginis et martyris. Ad missam. officium. Loquebar. Oratio

Omnipotens sempiterne deus auctor virtutis et amator virginitatis qui beatam margaretam dignatus es ad celi gaudia deducere suppliciter imploramus clementiam tuã: vt cuius sacram solennitatem celebramus in terris: de eius patrociniis gaudeamus in celis. Per. Epistola. Domine deus meus. ℞. Adiuuabit eam. Allã. ℣. Diffusa. Sequentia

Margaretam collaudemus eius factum celebremus laudes deo personemus cũ dulci melodia. Olibrium non expauit dyabolum conculcauit et tyrannum superauit fidei constantia: Hanc gluttire fuit ausa fera cuius vẽtre clausa fuit sed crux erat causa salutis in virgine. Hec secuta xpi nomẽ christianis fit solamen vite non amisit omen deum sequens lumine. Celi ciues affuerunt eius morti cõduxerunt eius corpus et tulerunt spiritum in gloria. Ipsam ergo deprecemur vt in celis collocemur et cum deo gloriemur per eius suffragia. Amen. Euãg. Simile est regnũ celorum decẽ. Offerto. Offerentur. Secreta

Domine deus cunctipotẽs mundane molis mirificus opifex suscipe deprecationes seruorum tuorum cum muneribus hostiarum que in sacratissima celebritate famule tue margarete tibi deferimus et concede: vt per hec diuina sacramẽta cũctos carnales actus valeamus exuere atque omnium incrementa virtutũ percipere. per. Communio. Principes. Postcommunio.

Celestibus sacramentis satiati clementissime deus: tuam deposcimus munificentiam vt per interuentum beate virginis margarete eternam beatitudinẽ possimus acquirere. per. Scẽe praxedis virgis. Offĩm. Loquebar. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus vt qui beate praxedis virginis tue natalicia colimus et annua solennitate letemur: et tãte fidei proficiamus exemplo. per dominum. Epistola. Sapientia vincit. ℞. Dilexisti. Allã. ℣. Veni spõsa. Euã. Simile est regnum celorum. the. Offertorium. Diffusa est. Secreta

Hostia quesumus dñe quã sanctorum tuorum natalicia recensentes offerimus et vincula nostre prauitatis absoluat et tue nobis misericordie dona conciliet. Per. Communio. Simile est regnum celorum. Postcommunio.

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis: vt cuius solennia celebramus: eius orationibus adiuuemur. Per dominũ

Sancte marie magdalene. Missa matuti=
nalis de sancto vuādregisillo abbate. Offici.
Os iusti. Oratio. Intercessio. Epla.
Justus cor suum. R. Justus nō cōturba
bitur vnius martyris. Allā. V. Iste sanctus.
Nemo accendit lucer. Offr. Desideri
um anime. Communio. Beatus seruus. Ad
magnam missam. Officium.

Gaudeamus omnes in do
mino diem festum cele=
brantes sub honore ma=
rie magdalene de cuius
solennitate gaudent angeli et col=
laudent filium dei. ps. Beati quorum
remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sūt
peccata. Gloria patri. Oratio.

Largire nobis clementissi=
me pater qꝫ sicut beata ma
ria magdalene dominum nostrū
iesum christū super omnia diligen
do suorum obtinuit veniam pecca
minum: ita nobis apud misericor=
diam tuā sempiternam impetret
beatitudinem. Lectio libri sapientie

Mulierem fortē prouer. vlti.
quis inueniet. Procul et de
vltimis finibus precium eius. Cō=
fidit in ea cor viri sui et spoliis non
indigebit. Reddet ei bonum et nō
malum: omnibus diebus vite sue
Quesiuit lanā et lignum et operata
est consilio manuum suarum. Fa=
cta est quasi nauis institoris: de lon
ge portans panē suum. De nocte
surrexit deditqꝫ predā domesticis
suis: et cibaria ancillis suis. Consi=
derauit agrum et emit eum: de=
fructu manuum suarum planta=
uit vineā. Accinxit fortitudine lū=
bos suos: et roborauit brachium su
um. Gustauit et vidit quoniam bo
na est negociatio eius nocte nō exti
guetur in nocte lucerna eius. Ma=
num suam misit ad fortia: et digiti
eius apprehenderunt fusum. Ma=
num suā aperuit inopi: et palmas
suas extendit ad pauperem. Non
timebit domui sue a frigoribus ni=
uis omnes enim domestici eius ve
stiti sunt duplicibus. Stragulatā
vestem fecit sibi byssus et purpura
indumentum eius. Nobilis in por
tis vir eiꝰ: quādo sederit cū senato
ribus terre. Sindonem fecit et vē=
didit: et cingulum tradidit chana
neo: fortitudo et decor indumentū
eius: et ridebit ī die nouissimo. Os
suum aperuit sapientie: et lex cle=
mentie in lingua eius. Considera=
uit semitas domus sue: et panem
ociosa non comedit. Surrexerunt
filii eius et beatissimam predicaue
runt: et vir eius laudauit eā. Mul=
te filie cōgregauerunt diuitias. tu
supergressa es vniuersas. Fallax
gratia: et vana ē pulchritudo. Mu=
lier timens deum: ipsa laudabitur
Date ei de fructu manuum suarū
et laudent eam in portis opera eiꝰ
R. Audi filia et vi. Allā. V. Surrexit dn̄s et
occurrens mulieribus ait. auete tūc accesserūt
et adorauerunt eum. Allā. Sequentia:

Mane prima sabbati surgēs
dei filius nostra spes et glo
ria. Victo rege sceleris rediit ab in=
ferriis cum sūma victoria. Cuiꝰ re=
surrectio omni plena gaudio con=
solatur omnia. Resurgentis itaqꝫ
maria magdalene facta est prenū
cia. Ferēs christi fratribus eiꝰ mor=
te tristibꝰ expectata gaudia. O be
ati oculi quibus regem seculi mor=
te iam deposita prima est intuita.
Hec est illa domina cuius cūcta cri
mina ad xpi vestigia eius lauit gra
tia. Que dum plorat et mens orat
facto clamat quod cor clamat iesū
super omnia. Non ignorat quem

adorat quid precetur sed deletur quod mens timet conscia. O mari mater pia stella maris appellaris operum per merita. Matri christi coequata dum fuisti sic vocata sed honore subdita. Illa mundi imperatrix ista beata peccatrix leticie primordia fuderunt in ecclesia. Illa enim fuit porta per quā salus est exorta hec resurgentis nuncia mūdum replet leticia. O maria magdalena audi vota laude plena apd xp̄m chorum istum clementer consilia. Ut fons sūme pietatis qui te lauit a peccatis seruos suos atq tuos mūdet data venia. Qui regnat per omnia. Amen. Euāg. Rogabat iesum quidam phariseus. Require feria sexta quattuor tēporum septembris. Credo. Offr. Angelus dn̄i descendit de celo et dixit mulierib9 quē queritis surrexit sicut dixit

Offerimus domine allā. Se. preces et munera in honorem sancte marie magdalene gaudentes: presta quesumus vt et conuenienter hec agere et remedium sempiternum valeamus acquirere. Per dominum. Communio. Diffusa est gratia. clxii Postcommunio.

Sanctificet nos quesumus domine et muniat intercedente beata maria magdalena diuini muneris libatio: et celestium virtutū coheredes efficiat. Per dominum. Rauēni et rasiphi martyrū festum nouē lectionū. Missa matuti. de sancto appollinare. Officium. Sacerdotes dei. in cōmuni vnius confesso. Oratio.

Deus qui nos beati apollinaris martyris tui atq pōtificis annua solennitate letificas concede propicius: vt cuius natalicia colimus de eiusdē semper protectione gaudeam9. Per dominū.

Apolinaris. Officiū. Statuit. fo clviii. Epla Beat9 vir qui inuēit. cxlviii. R Inueni DD. clix. Off In virtute. cl. cetera ut hic patet.

Epla. Beatus vir qui in sapientia. R. Posuisti. Allā. V. Beat9 vir qui timet dominū. Euā. Facta est contentio. In cōmuni plurimorum martyrū. Offr. Desideriū anime ei9. in cōmuni vnius mar. Secreta.

Hostias tibi domine pro cōmemoratione sancti apollinaris martyris tui offerim9: quē a tui corporis vnitate nulla temptatio separauit. Per dominum. Cōio. Semel iuraui. in cōi vni9 cōfessoris. Postcōio

Sit nobis dn̄e quesumus reparatio mentis et corporis celeste mysterium vt cuius exequimur actionem: sentiamus effectū. Per dominum. Ad magnā missā. Offm Multe tribulationes. Or. Deus q nos concedis. Epla. Sancti per fidē R. Ecce q̄ bonū. Allā. V. Mirabilis. Euāg. Cum audieritis prelia. Offr. Gliabūtur. Cōio. Et si corā. In vigilia scti iacobi. Officiū. Ego autē sicut. et cetera de cōi vnius apostoli. In die missa matuti. de martyribus. Officium. Iudicant sancti. Oratio

Adiuuet nos domine beatorum martyrum tuorū christofori et cucufatis sācta precatio: vt a nostris reatib9 liberati: ad eternam mereamur peruenire gloriā: Per. Epla. Iustorum anime. R. Iustorū anime. Allā. V. Letamini. Euāg. Attendite a fermento. Offertorium. Mirabilis deus. Secreta.

Accepta sit in cōspectu tuo domine nostra deuotio: et eorum nobis fiat supplicatione salutaris pro quorum solēnitate defertur. Per dominum. Cōio. Dico autem vobis. Postcommunio.

Perceptis domine muneribus gratias exhibentes q̄sumus vt beati christoforus et cucufas martyres tui: sint p nobis apd te itercessores perpetui. Per. Ad

In vig scti iacobi. Offm. Ego aut. fo. cxlviii. Oro Pta qs. cxxiiii. Epi. Audiuit9. cxlix. R Iusti ut pal. cl. Euā. Hec mado. cxlviii. Off Glia et ho fo cli. Co Magna e. fo. cli.

magnam missã. Offm̃. Michi autẽ. Or.

Esto domine plebi tue sanctificator et custos vt apostoli tui iacobi munita presidiis et conuersatione tibi placeat et secura deseruiat. Per. Epla. Iã nõ estis. R. In omne terrã. Allã. V. Non vos me elegistis. Sequentia. Clare sanctorũ. Secundum matheum. xx. ca.

In illo tempore. Accessit ad iesum mater filiorum zebedei cum filiis suis: adorans et petens aliqd ab eo Qui dixit ei. Quid vis. Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filii mei vnus ad dexteram tuam et vnus ad sinistram ĩ regno tuo. Respondens autem iesus: dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus sum. Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autẽ ad dexteram meam et sinistram non est meum dare vobis. Sed quibus paratum est a patre meo. Credo. Offr. Michi autem. Secreta.

Oblationes populi tui domine quesumus beati iacobi apostoli tui passio sancta tibi cõsiliet et que nostris non apte sunt meritis fiant tibi placite eius deprecatione. Per. Prefatiões. Te domine sup. Cõio. Vos qui secuti. Postcommunio.

Beati apostoli tui iacobi q̃sumus domine intercessione nos adiuua pro cuius solennitate percepimus tua sancta letãtes Per. Sancte anne matris beate marie. Offm̃. Gaudeamus. ps. Eructa. Oratio.

Deus qui hodiernam diem beate anne natalicio venerabilem nobis fecisti: concede propicius: vt nos qui eam genitricem tue matris cognoscimus et fatemur ipsius apud te intercessionibus adiuuemur qui viuis. Epla. Mulierem fortem. vt in fe. magdale. R. Propter veritatem. Allã. V. Veni electa. Sequentia.

Mater matris domini felix felicissimi ioachin cõsocia. Singulari studio pauperum solatio conferẽs subsidia. Anna diu sterilis apud deum humilis propter virum anxia. Qui turbatus nimium triste per eloquium datum ad altaria. Propter verba presulis iuxta vicẽ exulis fugit ad ouilia. Quẽ celestis nuncius pulcher et propicius blanda per eloquia soluit a miseria. Per exempla veterum confouens et miserum reducens ad gaudia veraci prophetia. Confortauit demonstrauit q̃ mariã egregiam gineret ex te pia. O parẽtes q̃ gaudentes q̃ laudatos q̃ beatos vos fecit hec filia. Hec est rosa gratiosa que de spinis et ruinis et truci inuidia. Antiquorum iudeorũ fuit nata vobis data iuxta vaticinia. O q̃ bene genuistis et q̃ mũdo profuistis o q̃ sublimis gloria vobis pangũt celestia. Celi arcem obtinetis quo iam [illegible]rtẽ non timetis ex quo habetis omnia hic desiderabilia Quo trahatis nos laudãtes nos et vobis famulantes licet rei simus dei confisos clementia. Vt sit nobis coadiutrix vestra nata dei nutrix q̃ nos ponat et perducat in celesti gloria Amen dicant omnia. Euã. Liber generationis iesu christi filii dauid filii abrahã. Quere ĩ natiuitate beate marie virginis. Offr. Filie regum. Secreta.

Super has quesumus domine oblationes quas in honore beate ãne matris beatissime genitricis vnigeniti domini nostri iesu xpi consecramus: tuam effunde benedictionem et per eas nobis

R. Nimis fo. cxlix. Allã V. Inueni. c xlix.

Euang. Simile est regnum celorum the. fo. clxii.

tribue cordium purificationem et munerum tuorũ participationem per eundẽ. Cõio. Diffusa. Postcõmunio.

Sumpta sacramẽta quesumus domine intercedente beata anna matre gloriose genitricis vnigeniti tui ab hostium defendãt formidine et eterne mortis amaritudine. Per eundem.

Sãctorum nazarii et celsi martyrum. offi. Multe tribulationes. or. Deus qui nos cõcedis. Epla. Sancti per fidem. R. Ecce q̃ bonũ. Allã. V. Mirabilis deus. Euã. Nichil opertum. vni⁹ martyris. Offr. Exultabũt. Cõio. Dico aũt.

Sctõr felicis sĩplicii faustini et beatricis. officium: Sacerdotes eius. vnius confessoris. Oratio.

Infirmitatem nostram respice omnipotens deus: et quia pondus proprie actionis grauat beatorum martyrum tuorum felicis simplicii faustini et beatricis intercessio gloriosa nos protegat. Per. Epla. Iustorum anime. R. Sacerdotes ei⁹ vni⁹ confes. Allã. V. Scti tui domine. Euã. Sint lumbi vestri precincti. vni⁹ confes. Offr. Letamini. Secreta

Hostias tibi domine pro sanctorum martyrum tuorũ cõmemoratione deferimus suppliciter deprecãtes: vt indulgentiam nobis pariter conferant et salutẽ. Per. Cõio. Iustorum anime. Postcõio.

Presta quesumus omnipotens deus vt sanctorũ tuorum felicis simplicii faustini et beatricis celestibus misteriis celebrata solennitas indulgentiam nobis tue propitiatiõis acquirat. Per dominum.

Sanctorum martyrũ abdõ et sennes. Offm. Intret i cõspectu. Oratio

Deus sanctis tuis abdon et senne ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratie cõtulisti: da nobis famulis tuis nostrorum veniam peccatorũ vt sanctorum tuorũ intercedentibus meritis ab omnib⁹ mereamur aduersitatibus liberari. Per dominum. Epla. Sancti per fidem. R. Gloriosus deus. Allã. V. Iusti epulentur. Euã. Videte ne quis vos seducat. Offertorium. Mirabilis deus. Secreta.

Hec hostias quesumus dñe quam sanctorum tuorum natalicia recẽsentes offerimus & vincula nostre prauitatis absoluat: et nobis tue misericordie dona conciliet. p. dñm. Cõio. Posuerũt mor. Postcõ.

Perhui⁹ dñe operationẽ misterii et vicia nostra purgẽtur: et intercedẽtibus sanctis tuis iusta desideria compleantur. Per.

Sancti germani epi. Offi. Statuit. orõ. Da quesumus omnipotens deus vt beati germani. Epla. et. R. Ecce sacerdos. Allã. V. Disposui. Euã. Homo quidam pegre. Offr. Inueni dauid. Cõio. Domine quinq3.

Petri ad vincula Missa matutina de mar. Officiũ. Laudate pueri. Or.

Fraterna nos domine martyrum tuorum corona letificet: que et fidei nostre prebeat incitamenta virtutum et multiplici nos suffragio consoletur. Per. Epla Iustorum anime. R. Vindica. Allã. V. Laudate pueri. Euã. Ponite ergo. quere i medio euãg Cum audieritis prelia in cõi pluri. mar. Officium. Aia nr̃a. Secre.

Accepta sit in cõspectu tuo domine nostre deuotionis oblatio et eorum nobis fiat supplicatione salutaris: per quorum solẽnitate defertur. Per. Cõio. Quicũq3 fecerit. Postcommunio.

Presta quesumus omnipotens deus vt quorum memoriam sacramenti participatio-

Sctõr felicis etc. Offm. Salus aut. fo. clii. Epi. Iustitia fa. clii. R. Sacdotes. clix. Euã. Ecce ego mitto. clvii. cetera vt sup.

ne recolimus fidem quoque proficiē-do seetemur. Per. Ad magnam missam. officium. Nunc scio. Quere in festo petri et pauli. Oro

Deus qui beatum petrum apostolum a vinculis absolutum illesum abire fecisti nostrorum quesumus absolue vincula peccatorum et omnia mala a nobis propiciatus exclude. Per dñm.

Lectio actuum apostolorum. xii.

In diebus illis. Egressus petrus de carcere venit ad domum marie matris iohannis qui cognominatus est marcus: vbi erāt multi congregati et orantes. Pulsante autem eo ad hostium ianue processit puella ad videndum nomine rhode. Et vt cognouit vocē petri: pre gaudio non aperuit ianuam. Sed introcurrens: nunciauit stare petrum ante ianuam. At illi dixerunt ad eā. Insanis. Illa autē affirmabat sic se habere. Illi autē dicebant. Angelus eius est. Petrus autem perseuerabat pulsans. Cū autem aperuissent hostium viderunt eum: et obstupuerunt. Annuens autem eis manu vt tacerent: narrauit quomodo dominus eduxisset eum de carcere. ℟. Constitues eos principes. Allā. ℣. Solue iubēte deo terrarum petre cathenas qui facis vt pateant celestia regna beatis. Allā. Sequentia.

Nunc luce alma splēdescit per orbem hec dies ecce gloriosa. Alleluya. Almi recolamus petri voce celsa. Gratanter modulos ac cōmodet in qua. Vincentis amorem ob supernum crucis sacre tropheа. Meritum gloriamque prelatā in celesti gloria. Pio corde fraterna iubiletque tuba. Qui a xpo ligandi soluēdique dona. Accipiens clauiger effectus nostra soluēs vincula. Sublevādo etheris sedibus potestate nos tradita. Iūgat cetui sancto culmine in poli paradisique amenia. Ubi adorat ordo te xpe psallendo armonica voce cantica. Noua sanctorū resonantium laude angelicus inclita. Cum supernam maiestatē tuā poscentes humiliter almam. Cui digna nos cum illis resonemus vna rithmica in excelsis carmina. Celestique in gloria trinum atque vnum iugiter veneremur in arua. Celsa potestas angelica ouans te laudat in gloria virtutes celi te glorificant per astra. Qui patris sedes ad dexterā nostra exaudi angelorum et famulorum iungens voces precamina. Quorum vocibus vt caterua glorificet semper te et nostra. Regnantem iure cum sanctis in eternum. Amen. Euāg. Venit iesus in partes cesare. quere in alio festo. Credo. Offerto. Michi autem nimis. Secreta.

Oblatum tibi domine sacrificium viuificet nos semper muniat. Per. Prefa. Te domine suppliciter. Cōio. Tu es petrus. vt in alio festo. Postcōio

Corporis sacri et preciosi sāguinis repleti libamine quesumus domine deus noster: vt quod pia deuotione gerimus intercedente beato petro apostolo tuo certa redemptione capiamus. Per dominum. Sancti stephani pape et mar. Offm. Iustus vt psal. Or.

Deus qui nos beati stephani martyris tui atque pontificis annua solennitate letificas cōcede propicius: vt cuius natalicia colimus: de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per. Epla. Omnis pontifex. vnius cōfessoris. ℟. Iustus non contur. Allā. ℣. Posui adiutoriū. Euāg. Homo quidem nobi. vnius confessoris

Epla. Misit herodes. fo. cxxv. Alla. ℣ Tu es petrus. et sup hanc petrā edifi. eccle. meā.

Offm. Statuit. fo. clviii. Epla. Doctrinis variis. clviii. ℟ Sacerdotes. fo. clix

Off. Cōstitues. cxlix.

Offer. Inueni dauid. vnius confes. Secreta.

Munera tibi domine dicata sanctifica et intercedēte beato stephano martyre tuo atqꝫ pōtifice per eadem nos placatus intēde. Per. Communio. Domine quinqꝫ. vnius confessoris. Postcommunio.

Hec nos communio domine purget a crimine et intercedēte beato stephano martyre tuo atqꝫ pontifice: celestis remedii faciat esse consortes. Per. In inuentione sācti stephani pthomar. totū officiū sicut ī alio festo pter orationes et sequentia. Superne. non dicitur. Credo. Oratio.

Deus qui es sanctorum tuorum splēdor mirabilis qui qꝫ hodierna die beati stephani prothomartyris tui inuentionem gloriosam reuelasti da nobis ī eterna leticia de eiusdem societate gaudere. Per. Secreta.

Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus que et pro tui tibi grata sint honore sācti stephani: et nobis salutaria te miserāte reddātur. Per. dñz. Postcō

Sumpsimus domine sancti tui stephani solennia celebrantes sacramēta celestia presta quesumus vt quod temporaliter gerimus eternis gaudiis consequamur. Per. Btē marie de niue. Officium.

Placuit domine prouidētie egregiam vrbem matris sue habitaculo decorare vt dū a populo frequenter veneratur in terris opem sue intercessionis de celis gaudeāt aduenisse. ps. Contra naturam temporis aer nimia frigoris congelatione constringit vt ymbre desuper fuso miraculum pariter et algorem ministraret. Oratio.

Deus qui hodierna die beate et gloriose virginis marie virginei candoris eiusdemqꝫ venerande memorie habitaculum descensu mirabili humoris niuei demonstrasti: concede propicius: vt ipsius indeficientibus patrociniis a nostrorum sordib⁹ peccatorū sup niuē dealbari mereamur. Per do. Epistola. Ab initio et ante secula. R. Requirentes locum plenū aliis niuibus iuenerunt mox vero papa libertus fossorium letus accipiēs sicut nix designauerat, ppriis manibus terram cepit effodere. V. Immēsi igitur miraculi tā pōtifex qꝫ curia clerus et populus ad miratione repleti omnes vnanimiter clamauerunt dicētes: benedictus deus. Allā. V. Omnipotēti deo īmensas gratias persoluere nos oportet qui cum simus oīm meritorū sublimatiōe priuāti ad speciale sue genitricis marie obsequium nos dignatus est deputare. Sequentia.

Ad honorem matris dei que est salus nostre spei in hac hora nunc diei hymnum dem⁹ dulciter. Vere mater veneranda sup niuē dealbanda inuocanda collocanda citanda humiliter. Ecce sibi virgo clemens in hac die mire splēdens templum iam fieri volens intra vrbis menia: Miro modo et stupendo contra tempus peragendo solum edis dealbando niue cādidissima. Affuit in visu virgo sacerdoti summo viro tu inquit cum cuncto clero vna cum patricio. Rē mirandam patefeci vade vide ego gessi edifica quod expressi more quadratorio. Ita virgo more miro edificanos in giro quadro lapide porphiro cū candore niueo Ad te alma virgo mater suspiramus incessanter nos cōmanda condignanter christo tuo filio. Amē. Euā. Loquēte iesu ad turbas extol. Credo. Offerto.

Illustris vero iohannes patricius propterea que sibi et uxori sue fuerant reuelata omnia que habebant beate marie conferentes ipsaz basilicam venerabilem sibi fecerunt heredez alleluya. Secreta.

Munera quesumꝰ domine sacranda que deuote pro commemoratione miraculorum gloriose virginis marie maiestati tue obtulimus tua propiciatione tibi sint accepta: ⁊ ipsa pro nobis intercedente munus gratie tue pro nobis impetrare mereantur. Per. Prefatio. Et te in veneratione. Communio. Quam prefatam basilicam idem liberius papa in honorem dei et beatissime genitricis marie cõsecrauit alla alla. Postcõio.

Supplices te depcamur omnipotẽs deus. vt sicut ad honorem matris tue locum tẽpli in superagio monte infusione niuis miraculosa describere voluisti: sic eiꝰ meritis ⁊ intercessione locũ refrigerii nobis peccatoribus in celesti templo concede. Per. In trãsfiguratione dñi. Missa matu. de sanctis martyribꝰ felicissimo ⁊ agapito. ꝑut inferiꝰ notatur. Festũ vero beati sixti transfert in crastinum. et est. ix. lec. De sctõ sixto papa et mar. offm̃. Sacerdotes tui. vniꝰ ɔfes. Oratio

Deus qui ɔspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimꝰ concede propicius: vt intercessiõe beati sixti martyris tui atqꝫ pontificis / contra omnia aduersa muniamur. Per. Epistola. Beatus vir qui in sapi. ℟. Sacerdotes eius. vnius cõfes. Allã. ℣. Iustus vt palma. Euãge. Si quis venit. Offertorium. Inueni dauid. vnius confessoris. clx. Secreta.

Sacrificiis presentibus domine quesumus intende placatus: vt et deuotioni nostre proficiant et saluti. Per. Cõmunio. Fidelis seruus. vniꝰ ɔfessoris. clx Postcommunio.

Presta quesumus domine deus noster. vt cuius nobis festiuitate votiua sunt sacramenta: eius nobis salutaria intercessione reddantur. Per. De martyribus Officium. Salus autem. or. Deus qui nos concedis. Epistola. Iustorum anime. ℟. Iustorum aie. Allã. ℣. Reddet deus. Euã. Nichil opertũ. vnius martyr. Offr. Exultabũt. Cõio Ego vos elegi. in communi apostolorum. Ad magnã missam. Officium.

Ecce aduenit dominator dominus et regnum in manu eiꝰ et potestas et imperium. ps. Deus iudicium tuum regi da: et iusticiam tuam filio regis. Oratio.

Deus qui hodierna die vnigenitũ tuũ mirabilit transformatũ celitꝰ vtriusqꝫ testamẽti pribus reuelasti. tribue nobis q̃s: bñplacitis tibi actibꝰ: ad eiꝰ semp ɔtẽplãdã ptigere gloriã in quo tue pr̃nitati optĩe cõplacuisse testatꝰ es. Qui vi. Lec. eple bti petri apo. ij. j.

Fratres. Dabo operam ⁊ frequẽter habere vos post obitũ meũ: vt hor oĩm mẽoriã faciatis. Nõ em̃ indoctas fabulas secuti notã facimꝰ vob dñi nr̃i iesu xp̃i ṽtutẽ ⁊ p̃sciẽtiã: sz speculatores facti illiꝰ magnitudis. Accipiẽs em̃ a deo prẽ gl̃iam ⁊ honorẽ: voce delapsa ad eũ huiuscemõi a magnifica gl̃ia. Hic ẽ filiꝰ meꝰ dilectꝰ ĩ quo michi ɔplacui: ip̃m audite. Et hãc vocẽ nos audiuimꝰ de celo allatã: cuz eẽmꝰ cũ ipo in mõte sctõ. Et habemus firmiorẽ ppheticũ sermonez: cui bñ facit attẽdẽtes quasi lucerne lucẽti ĩ caligioso loco. Donec dies elucescat: ⁊ lucifer oriatur / ĩ cor-

r.i.

Epi. Iusti ipi. clv. ℟ Cõfitebũt. clv. Eua. Videte ne quis. fo clvij. Offi Gliabũt. clvij

Epla. Benedictus deꝰ fo cxlix. ℟ Os iusti. fo. clix. Alla. ℣ Letabꝰ. fo. cl. Eua. Ecce ego mitto vos. clvij. c. ut s.

dibus vestris. ℞. Tecum principium in die virtutis tue in splēdoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Alleluya. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis venite gentes et adorate dominum quia hodie apparuit lux magna super terram. vel Alleluya. Ascendit iesus in montem et assumpsit petrum et iacobum et iohannem et transformatus est et vox patris audita est hic est filius meus dilectus in quo michi complacui ipsum audite. Alleluya. Sequentia.

Fulget mundo celebris lux hodierna. Digne mundus celebret diei festa. Quo legis ꝫ prophetarum concinuere dicta. Quis decor sit domus dei et que eius gloria. Que forme dignitas humane sanctis maneat in secula. Demonstrat hodie christi transfiguratio adorāda. Assūpsit petri ꝫ iacobi et iohannis testimonia. Ascendit in montem assistente moyse ꝫ helya. Transfiguratur humani corporis forma. Videtur transformati splē dor et gloria. Circunfulsit subito lux immensa. Facies eius fit vt sol splendida. Fiunt vestimenta sicut nix candida. Obstupescunt qui hec vident miracula. Obūbrauit eos nubes lucida. Intonuit de celis vox paterna. Hic est filius meus in quo dilectio michi vnica In quo michi complacui ꝫ placent michi omnia. Gaude fidelis credens in deuz concio christiana. Cōpatiēdo eris conregnans cum christo in gloria. Abstergetur ab oculis sanctorum omnis lachryma. Letabuntur iusti et fulgebunt luce sempiterna. Non erit dolor. nō erit luctus / nō erit molestia. Pax erit summa ꝫ iocunditas inerit perpetua. Nam cum deo regnabunt in gloria. In qua secum regnare in secula. Nos eius concedat omnipotens gratia Amen. Euange. Assumpsit iesus petrum et iacobum et iohannem. Require retro in quadragesima in sabbato. iiij. temporum. Credo. Offerto. Deus enim firmauit orbem terre qui non commouebitur parata sedes tua deus extūc a seculo tu es. Secr.

Suscipe quesumus domine sancte pater oīpotens eterne deus munera que pro gloriosa filii tui transfiguratione deferimus et concede propicius: vt per hec et a temporalibus liberemur incommodis / et gaudiis ꝯnectamur eternis. Per eūdem. Prefatio. Quia per incar. Communio. In splendoribus sanctorum ex vtero añ luciferū genui te. Postcō.

Deus qui hūc diem incarnati verbi tui transfiguratione tueqꝫ ad eum missa paternitatis voce consecrasti. tribue quesumus: vt diuinis pasti alimoniis / ẜ eius membra trāsferri mereamur qui hec in sui memoriam fieri precepit iesus christus dominus noster. Qui tecum viuit et regnat in vnitate. ¶ Dominica infra octa. et per octa. sicut in die sine sequentia. ¶ Sanctorum martyrum cyriaci ꝛc. Officium. Timete dominum. Oratio.

Deus qui nos annua beatorum martyrum tuorum ciriaci largi et smaragdi solennitate letificas. concede propicius: vt quorum natalicia colimus: virtutem quoqꝫ passiōis imitemur. Per dominum nostrum. Episto. Reddet deus. ℞. Timete dominū. Alleluya. Reddet deus. Euangelium. Cum audieritis. Offertorium. Letamini in domino. Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo dn̄e nostra deuo

¶ Ep̄. Stabūt iusti. fo. clxxxvii.

tio. et eorum nobis fiat supplicatione salutaris: pro quorum solennitate defertur. Per. Comunio. Signa cos. Plurimorum mar. Postcōmunio.

Refecti participatione muneris sacri quesumus domine deus noster ut quorum exequimur cultum: sentiamus effectum. Per. In vigilia sancti laurentii. Si dñica fuerit missa matu. de transfiguratiõe. maior de vig. cum Gloria in excelsis. Alleluya. et Credo. Officium.

Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi cornu eius exaltabitur in gloria. Ps. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris et intercessione beati laurentii martyris tui perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per. Episto. Confitebor tibi domine. vnius virginis. R. Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi. V. Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur Si dñica fuerit. Allã. de cõi vni9 mar. Euãg. Si quis vult post me venire. Offer. Oratio mea munda est et ideo peto vt detur locus voci mee in celo quia ibi est iudex meus et conscius meus in eternum ascendat ad dominum deprecatio mea. Secreta.

Hostias domine quas tibi offerimus propicius suscipe. et intercedẽte beato laurẽtio martyre tuo: vincula peccatorum nostrorum absolue. Per dominum. Communio. Qui vult. Postcommunio.

Da quesumus domine de9 noster: vt sicut beati laurentii martyris tui cõmemoratione temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. Per. In die. Ad magnam missam. Officium.

Confessio et pulchritudo in conspectu eius sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. Ps. Cãtate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. Oratio.

Da nobis quesumus omnipotens deus viciorum nostrorum flamas extinguere: qui beato laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per. Secunde. Ad corinthios. ix.

Fratres. Qui parce seminat parce et metet. Et qui seminat in benedictionibus: de benedictionibus et metet. Unusquisqz prout destinauit in corde suo: nõ ex tristicia aut ex necessitate. Hylarem enim datorem: diligit deus. Potẽs est autem deus omnem gratiam abũdare facere in vobis. vt in omnibus semper omnem sufficientiã habẽtes abũdetis in oẽ op9 bonuz sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in seculũ seculi. Qui aũt administrat semẽ seminãti: et panẽ ad mãducãdum pstabit. Et multiplicabit semen vestrũ: et augebit incrementa frugũ iusticie vestre. R. Probasti dñe cor meum et visitasti nocte. V. Igne me examinasti et non est inuẽta in me iniquitas. Alleluya. V. Leuita laurẽtius bonũ op9 operatus est qui p signũ crucis cecos illũinauit et thesauros eccl'ie dedit paupibus. Sequentia

Stola iocũditatis alleluya. Induit hodie dominus militem suum laurẽtiũ. Solito plaudat alacrius concio leta fidelium. Hodie martyr insignis hostiam deo placentem obtulit. Hodie tormentum ignis grauiter examinatus pertulit. Animatus ad cer-

tamen monitu beati senis. Grauissimis non refugit exhibere mēbra penis. Ante regem accersitur et de rebus conuenitur occultis ecclesie. Sed non cedit blandimentis emollitus aut tormentis eius auaricie. Luditur valerianus ⁊ leuite larga manus dum petit inducias. Dat ministra caritat; pauperibus congregatis facultatum copias. Furit igitur prefectus ⁊ paratur ardens lectus insultātis viscera crates vrit aspera. Sudat martyr in agone spe mercedis et corone que datur fidelibus pro christo certantibus. De cuius militia celi gaudet curia. Quia vicit hodie ministros nequitie. Ut hūc ergo per patronum consequamur vite donum. In illius die festo chorus noster letus esto. Jocundum in ecclesia decātemus alleluya. Euangeliū. Nisi granum fru. Offerto. Confessio et pulchritudo in conspectu eius sanctitas ⁊ magnificentia in sanctificatione eius. Secreta.

Accipe quesum⁹ domine munera dignanter oblata. ⁊ beati laurentii suffragantibus meritis: ad nostre salutis auxilium prouenire concede. Per dominum nostrum iesum christum. Communio. Qui michi ministrat. Postcommunio.

Sacro munere satiati supplices te domine deprecamur vt quod debite seruitutis celebramus officio: intercedēte beato laurentio saluationis tue sentiamus augmentum. Per dominum nrm.

¶ Sancti tiburcii martyris. Officium. Justus vt palma. Oratio.

Beati tiburtii nos domine foueant continuata presidia: quia non desinis propicius intueri quos talib⁹ auxiliis concesseris adiuuari. Per. Epla. Nemo militans. R. Posuisti. Alleluya. V. Justus ger. Euāg. Qui amat patrem. In medio euāgelij Nolite arbitrari. in cōi vni⁹ mar. Offerto. In virtute. Secreta.

Adesto domine precibus populi tui adesto muneribus: vt que sacris sunt oblata misteriis tuorum tibi placeant intercessione sanctorum. Per dominum. Communio. Posuisti domine. Postcommunio.

Sumpsimus domine pign⁹ redemptionis eterne sit nobis quesumus interueniente beato tyburtio martyre tuo / vite presentis auxilium pariter et future. Per.

¶ In octa. trāsfiguratio. missa matuti. de sctō laurētio. cū mēo. de sctō ypolito maior de octa. oīa sicut in die pter sequētiā. Scti ypoliti sociorumq3 eius. Officium. Justi epulentur. Oratio.

Da nobis q̄s omps de⁹ vt btī martyris tui ypoliti sociorū q3 ei⁹ venerāda solēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ salutē. Per do. Epla. Spectaculū. R. Justorū aīe. Allā. V. Scti ⁊ iusti. Euāg. Cū audieritis. Offer. Anima nostra. Secreta.

Respice dñe munera populi tui sanctorū festiuitate votiua ⁊ tue testificatio veritatis nob3 proficiat ad salutem. Per dominū. Communio. Dico autem. Postcōmunio

Sacramētorum tuorum domine cōmunio sumpta nos saluet: ⁊ in tue veritatis luce cōfirmet. Per dñm.

¶ Uigilia assumptiōis btē marie. Missa matu. de sctō eusebio pbro ⁊ cōfes. Officium. Os iusti. Oratio.

Deus q̄ nos beati eusebii confessoris tui annua solennitate letificas: concede propicius: vt cuius natalicia colimus: per eius ad te exempla gradiamur.

per dominuz. Epistola. Iustū dedu-
xit. R. Os iusti. Alleluya. V. Iustus vt pal
ma. vnius mar. Euāge. Uidete vigila-
te. Offerto. Desiderium anime. Uni⁹ mar
tyris. Secreta.

Laudis tue domine hostias
immolamus in tuorum commē-
ratione sanctorum quibus nos et
presentibus exui malis confidim⁹
et futuris. Per. Cōio. Beat⁹ ser. Postcōio

Refecti cibo potuque celesti de
us noster te supplices exora
mus: vt in cuius hec commemora-
tione percepim⁹: eius muniamur
et precibus. Per. Ad magnā mis. Officiū
Salue sancta parens. Oratio.

Deus qui virginalem aulaz
beate marie in qua habita-
res eligere dignatus es: da quesu-
mus vt sua nos defensione muni-
tos iocundos faciat sue interesse fe
stiuitati. Qui vi. Epislo. Ab initio. R.
Benedicta et ve. Sidōnica fuerit. Alleluya. V.
Post partum. Euange. Loquente iesu
ad tur. Offertorium Felix naqz. Secreta.

Magna est domine apud cle-
mentiam tuam dei genitri
cis oratio. quam idcirco de presen-
ti seculo transtulisti: vt pro peccat;
nostris apud te fiducialiter interce-
dat. Per eundem. Prefatio cōmunis.
Communio. Beata viscera. Postcōmunio.

Concede quesumus omnipotens
misericors deus fragilitati
nostre presidium / vt qui sancte dei
genitricis et virginis marie requi-
em celebramus intercessionis eius
auxilio a nostris iniquitatibus re-
surgamus. Per eundem dominuz

In die assumptionis btē marie. Officium

Gaudeamus omnes i do-
mino diem festum cele-
brantes sub honore ma
rie virginis de cuius assū
ptione gaudēt angeli et collaudāt
filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbū
bonum. dico ego opera mea regi. Gaudea
mus omnes in do. Oratio.

Ueneranda nobis domine hu
ius diei festiuitas opem con
ferat sempiternam: in qua sancta
dei genitrix mortem subiit tempo
ralem: nec tamen mortis nexibus
deprimi potuit / que filium tuū do-
minum nostrum iesum christū de
se genuit incarnatum. Qui tecum
viuit et regnat in vnitate.

Sapientie. Ecclesiastici. xxiiii.

In omnibus requiem quesi-
ui et i hereditate domini mo
rabor. Tunc precepit et dixit michi
creator omnium: et qui creauit me
requieuit in tabernaculo meo. Et
dixit michi. In iacob inhabita: et in
israel hereditare et in electis meis
mitte radices. Et sic in syon firma
ta sum: et in ciuitate sanctificata si
militer requieui. et in hierusalē po
testas mea. Et radicaui in populo
honorificato: et in partes dei mei
hereditas illius et in plenitudine
sanctorum detētio mea. Quasi ce-
drus exaltata sum in libano et qua
si cypressus in monte syon. Et qua
si palma exaltata sum in cades: et
quasi plātatio rose in hierico. Qua
si oliua speciosa in campis: et quasi
platan⁹ exaltata sum iuxta aquaz
in plateis. Sicut cynamomum et
balsamum aromatizans: odorem
dedi. Quasi myrrha electa: dedi su
auitatem odoris. R. Propter veritatē
et mansuetudinem et iusticiam et deducet te
mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide
et inclina aurem tuam quia concupiuit rex
speciem tuam. Alleluya. V. Hodie maria vir-
go celos ascendit gaudete quia cum christo
regnat in eternum. Per octabas.

Alleluya. ℣. Assumpta est maria in celũ gaudent angeli et collaudantes benedicunt dominum. Sequentia.

Area virga prime matris eue florens rosa processit maria Oritur vt lucifer inter astra etherea ꝓpulchra vt luna. Fragrascit vltra omnia balsama pigmenta et thimiata. Purpurea vt viola rosci da vt rosa candens vt lilia. Patris summi quam elegit ꝓles deica vt assumeret carnem sacrosanctam ex virginis carne incorrupta. Celsus nunciat gabriel noua gaudia. Eterni regis exortum in terra matremqꝫ eius ita salutat Aue maria domini mei mater alma celica plena gratia. Tu benedicta regem in secula paries effecta orbis regina. Fecunda ergo inquit quomodo esse queam cum virum non cognoscam ex quo sum nata et semper ꝑmanens virgo pudica. Ne timeas respondit angelus sanctum pneuma descendet in te casta que fecundata paries deum et hominẽ vna. O vere sancta atqꝫ amanda ex qua est orta redemptio nostra salꝰ quoqꝫ mundi veraqꝫ vita. O dei nostri genitrix pia suscipe nostra hac die precata in qua es assumpta ad celi claustra. Tu es eniꝫ patri cara tu es iesu mater alma tu sancti spiritus es templum facta. Tu es pulchra dei sponsa tu regem christum enixa domina es in celo et in terra Hodie namqꝫ curie celestis tibi obuia agmina te assumpserũt ad palatia stellata. Jesus et ipse festiuꝰ tibi matri cũ ãgelis obuiãs sede p̃r na secum locauit in secula. Jam cũ deo regnans nostra excusa clemẽs mala poscens cuncta bona o benigna. Mediatrix nostra que es post deum spes sola tu nos filio representa. Ut ĩ poli aula leti iubilemꝰ omnes alleluya. Secundũ lucam. x.

In illo tempore. Intrauit iesus in quoddam castellum: et mulier quedam martha nomĩe excepit illum in domum suam. Et huic erat soror: nomĩe maria. Que etiam sedens secus pedes domini: audiebat verbum illius. Martha autem satagebat: circa freq̃ns ministerium. Que stetit: et ait. Domine: non est tibi cure ꝙ soror mea reliquit me solaꝫ ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et respõdẽs dixit illi dominꝰ. Martha martha sollicita es et turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit: q̃ non auferetur ab ea. Offertorium. Offerentur regi virgines proxime eius afferentur tibi in leticia et exultatione adducentur in templum regi domino. Secreta

Subueniat domĩe plebi tue sancte dei genitricis oratio: quam et si pro conditione carnis migrasse cognoscimus: in celesti gloria / apud te pro nobis orare sentiamus. Per eũ dẽ. Prefatio. Et te in assumptione. Communio. + Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni p̃ris filium. Postcõmunio

Mense celestis participes effecti imploramus clementiam tuam domine deus noster. vt qui festa sancte dei genitricis colimus: a cunctis malis imminentibus eius ĩtercessionibꝰ liberemur. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat. ¶ Per octa. sumantur quotidie de sequentijs. ꝛc. per ordinem que scribuntur in fine libri post commemorationem beate marie.

+ Coĩo. Dilexisti iusticiã et odisti iniquitatẽ ꝓpterea vnxit te deꝰ deꝰ tuus

¶ In octa. beati laurentii missa matuti. de assumptione. maior missa de octa. sancti laurentii. nisi dñica sit q2 tunc missa matu. de sancto laurentio. maior vero de assumptione vt in die festi. Officium

Probasti domine cor meum ꝫ visitasti nocte igne me examinasti ꝫ nō est inuenta in me iniquitas. ps. Exaudi domine iusticiam meam: intende deprecationem meam. Oratio.

Excita domine in ecclesia tua spiritum cui beatus laurentius leuita seruiuit. vt eodem nos replente studeamus et amare qd amauit: et opere exercere quod docuit. Per eiusdem. Episto. Qui parce seminat. R. Posuisti. Alleluya. V. Leuita laurentius. Euange. Nisi gra. frumēti. Offerto. In virtute. cli. Secreta.

Sacrificium nostrum tibi domine quesumus beati laurentii petitio sancta cōciliet. vt cuius honore solenniter exhibetur: meritis efficiatur acceptum. Per. Communio. Qui vult. cli. Postcommunio.

Supplices te rogam⁹ omnipotens deus: vt quos donis celestibus satiasti: intercedente beato laurentio martyre tuo perpetua protectione custodias. Per. In octa. assumptiōis beate marie: sicut in die cū orationibus sequentibus. Oratio.

Famulorum tuorum quesumus domine delictis ignosce. vt qui tibi placere de actib⁹ nostris non valemus: genitricis filii tui domini nostri iesu christi intercessiōe saluemur. Per eūdē. Secreta

Intercessio quesumus domine beate dei genitricis virginis marie munera nostra commēdet nosq; tue maiestati reddat acceptos. Per eūdem. Postcommunio.

Quesumus omnipotēs ꝫ misericors deus: vt qui celestia alimenta percepimus: intercedente beata et gloriosa dei genitrice maria semper virgine per hec ab omnibus malis et periculis liberari mereamur. Per eundē. ¶ Sancti agapiti mar. ad missam si volueris. Officium. Letabitur. cl. Oratio.

Letetur ecclesia tua deus beati agapiti martyris tui cōfisa suffragiis. atq; eius precib⁹ gloriosis et deuota permaneat ꝫ secura consistat. Per. Episto. Beatus vir qui in sa. R. Iustus vt pal. Allā. V. Iste sanctus. Vnius cōfes. Euāg. Si quis vult venire. Offer. In virtute. cli. Secreta.

Epl. Iust⁹ si morte. cl. R. Posuisti. cl. Euang. Si quis vult post me. cli.

Suscipe domine munera que in eius tibi solennitate deferimus: cuius nos cōfidimus patrocinio liberari. Per dominum. Communio. Beatus seruus. clx. Postcommunio.

Co. Posuisti. cli.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris eius quesumus semper interuentione nos refoue: cuius solennia celebramus. Per. ¶ In octa. assumptionis beate marie missa matu. de sanctis thimotheo ꝫ simphoriano. offi. Salus autē. Oratio.

Auxilium tuum nobis domine quesumus placatus impende: et intercedentibus beatis martyrib⁹ tuis thimotheo atq; simphoriano dexteram tue super nos propiciationis extende. Per. Epistola. Expectatio. R. Iustorum anime. Alleluya. V. Letamini. Euange. Descēdēs iesus. Offertorium. Mirabilis. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum: quorum meritis se percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per. Communio. Ego vos elegi. clvii. Postcommunio.

Epla Rememoramini. clv. R. Clamauerunt. clv. Euā. Si quis vult ad me. cli. cetera ut

Diuini muneris largitate sa-
tiati qs dñe de⁹ noster vt in-
tercedentibus beatis martyribus
tuis thimotheo atqꝫ simphoriano:
eius semper participatione viua-
mus. Per. ¶ In die oct. assump. btē ma-
rie. omia vt in die. In vigilia beati bartholo
mei. offm̄. Ego autem. Oratio. Conce
de. Epistola. Beatus homo. ℞. Iust⁹
vt palma. vnius martyris. Si dñica fuerit
Alleluya. ℣. Per manus. Euangeliū. Hec
mando vobis. Offerto. Gloria et hono-
re. Communio. Posuisti. vnius mar. ¶ In
die missa matuti. de sancto audoeno. Offici
um. Statuit. Oratio.

Deus qui perēnem gloriam
sanctissimi cōfessoris tui at-
qꝫ pontificis audoeni aīe contulisti
tribue quesum⁹: eius nos apud te
ita patrociniis sublimari: vt cum
eo vitam possideamus eternam.
Per. Epistola. Ecce sacerdos. ℞. Ecce
sacerdos. Allā. ℣. Iustus ger. vnius marty.
Euange. Sint lumbi vestri precincti.
Offer. Inueni dauid. Secreta.

Oblata quesumus domine
munera fidelis populi meri
tis beatissimi patris nostri audoe-
ni tibi reddantur accepta. vt abie-
cta cūtagione peccati: hisdem qui-
bus famulamur misteriis / clemen
ter emundari mereamur. Per. Cō-
munio. Dñe quiqꝫ talenta. Postcommunio.

Mense celestis participatiōe
vegetati supplices te roga-
mus omnipotens de⁹: vt sicut de
beati audoeni perpetua glorifica-
tione annua celebritate gaudea-
mus: ita apud te ipsius intercessio-
ne ab omni mereamur aduersita-
te defendi. Per dominuz. Ad magnā
missam. Officium. Michi autē. Oratio.

Omnipotens sempiterne de-
us qui huius diei venerādā
sanctam qꝫ leticiam beati bartho-
lomei apostoli tui festiuitate tribu
isti. da ecclesie tue quesum⁹: et ama
re quod credidit et predicare quod
docuit. Per. Epistola. Benedict⁹ de⁹
et pater. in communi vnius apostoli. ℞.
In omnem terram. Allā. ℣. Nōvos me ele-
gi. Sequentia. Clare sanctorum. vel

Iubilemus fratres mei voti
ua leticia. Beati bartholo-
mei colentes solennia. Quem do-
ctorem dum sortitur tenebrarum
patria. Vere lucis insignitur sacra
mentis india. Inde verbis et exem
plis multa plebis milia. Lucrife-
cit fusis templis et eorum gloria.
O predicāda que diuina gessit ma-
nus per eum miracula. Silent ne-
fanda que solebat dare vanus asta
roth oracula. Incendisse demoniū
clamauit per pseustium tace pessi
dei testis iquit dānatissima. Eger
ad hec conualuit grates quantas
valuit agens deo et cum eo turba
deuotissima. Deprecatur rex pro
nata morbo polemi⁹ lunatico ve-
xata morqꝫ letatur sanata. Hec as
finis et remota cum rege pariter
prouincia permota baptizatur pe
ne tota. Rex astriages de germani
fide dolet et immani succensus isa
nia. Sāctum sibi presentari iubet
atqꝫ fustigari securum ad omnia.
Hic adict⁹ et ad penas cumulādo
dat habenas tyranni nequicia. Sz
ad penas et adictus xp̄i miles stat
inuictus a victrice gratia. Post vi-
uus decoriatur ad sūma ludibria.
Ad extremum decollatur cōplēdo
martyria. Ergo coram assistentes
et trophei recensentes huius nata
licia. Presens ipse visitare serue-
dei nos dignare paterna clemētia
Eme nobis apud deum beate apo

In vig. sti bartho. Offm. Ego aut. fo. cxlviii. [illegible] Epistola. [illegible] cxlix. ℞. Iust⁹ vt pal. [illegible] Eua. hec mado. cxlviii. Off. Glia et ho. Co. [illegible] fo. cli.

Epla. Jam no estis. fo. cxlix. ℞. Nimis. cxlix. Alla. Nimis. ut i ℣. Eua. Hec e [illegible] fo. cxlix.

stole. Ut cantemus ante eum perennes celicole. Allã. Euã. Facta est contentio. i communi plurimorum martyrum. Credo. Offr. Michi autem. Se.

Beati apostoli tui bartholomei solennia recensentes: quesumus domine vt auxilio eius tua beneficia capiamus pro quo tibi hostias laudis immolamꝰ. Per. Prefa. de aplis. Cõio. Uos qsecuti. Postcõio.

Sumpsimus domine pignꝰ salutis eterne celebrantes beati bartholomei apostoli tui votiua solennia et perpetua merita venerantes. Per.

Sancti ludouici confessoris. Officium. Os iusti. Oratio.

Deus qui beatum ludouicũ confessorem tuum de terreno ac temporali regno ad celestis ⁊ eterni regni gloriam transtulisti: eius quesumus meritis et intercessione regis regum iesu christi filii tui nos coheredes efficias et eiusdem regni tribuas esse consortes. Per eundem. Epla. Iustꝰ cor suum. R. Domine puenisti. Allã. V. Aue regis angelorũ miles atq; rex francorũ ludouice confessorum comes sectator eorũ fũde preces ad dñm pro salute fideliũ. Euã. Nemo accẽdit. Offr. Desideriũ. vniꝰ martyris. Secre.

Presta quesumus omnipotens deus vt sicut beatus ludouicꝰ confessor tuus per abundantiam gratie tue oblectamẽtis mundialibus spretis soli deo regi christo placere studuit: ita eius oratio nos reddat acceptos. Per eundem. Communio. Domine quinq; talenta. Postcommunio.

Deus qui almum confessorem tuum et regem ludouicum i terris mirificasti quesumꝰ vt iam in celis gloriosum effectum ecclesie tue constituas defensorẽ eã q; eius precibꝰ et meritis ab omni aduersitate liberare digneris. Per.

Sancti augustini epi et confesso. missa mat. de sancto hermete martyris. Officium. Iustus non contur. Glia i ex. Or.

Deus qui beatum hermen martyrem tuum virtute cõstãtie in passionis roborasti: ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere: ⁊ nulla eius aduersa formidare. Per. Epla. Beatus vir qui in sapientia. R. Iustus non cõtur. Allã. V. Iustus vt psal. Euang. Qui amat patrem. In medio euangeliũ. Nolite arbitrari. Officium In virtute. Secreta.

Epla. Iustꝰ cor suum. clviii.

Sacrificium tibi domine laudis offerimus in tuorum cõmemoratione sanctorũ da quesumus: vt quod illis contulit ad gloriam: nobis prosit ad salutem. Per dominum. Communio. Multitudo languen. Plurimorum martyrũ. Postcõmunio.

Repleti domine benedictione celesti quesumus clemẽtiam tuam: vt intercedente beato hermete martyre tuo que humiliter gerimus salubriter sentiamus. Per. Ad magnam missam. Officium.

Offic. Statuit ei. fo. clviii.

In medio ecclesie aperuit os eius et impleuit eum dominus spiritu sapientie et intellectꝰ stola glorie induit eum. Ps. Iocũditatẽ ⁊ exultatiõnẽ thesaurizauit super eum. Oratio.

Adesto supplicationibꝰ nostris omnipotens deus: et quibus fiduciã sperande pietatis indulges intercedente beato augustino confessore tuo atq; pontifice: consuete misericordie tribue benignus effectũ. Per. Sapiẽtie. eccliastici. I.

Epla. Ecce sacerdos. fo. clviii.

Ecce sacerdos magnus qui in vita sua curauit gẽtem

et liberauit eam a perditione Qui suffulsit domum .et in diebus suis corroborauit templum. Quipreualuit amplificare ciuitatem: qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis. Quasi stella matutina in medio nebule: et quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol refulgens: sic ille efulsit in templo dei. Quasi arcus refulgens iter nebulas glorie: et quasi flos rosarum in dieb⁹ vernis. Quasi lilia que sũt in transitu aque et quasi thus redolens in diebus estatis. Quasi ignis effulgens et thus ardens in igne: et quasi vas auri solidum ornatũ omni lapide precioso. Quasi oliua pullulans et cypressus in altitudinem se extollens: in accipiendo ipsũ stolam glorie. Et vestiri eum cõsummationem virtutis: in ascensu altaris sancti gloriam dedit sanctitatis amictũ: In accipiendo autem partes de manu sacerdotum: et ipse stans iuxta arã porrexit manũ suam in libationem: et libauit odorem diuinum excelso prĩcipi Et iterauit orationem suam volẽs ostẽdere virtutem dei qui fecit nobiscũ secundum suam misericordiã. Ut det nobis iocunditatem cordis et fieri pacem in diebus nostris in israel per dies sempiternos ℟. Ecce sacerdos magn⁹ qui ĩ diebus suis placuit deo. ℣. Nõ est inuentus similis illi qui conseruaret legẽ excelsi. Allã. ℣. Iste sanct⁹ dignã ĩ memorie vertitur hominũ q̃ ad gaudiũ trãsiit ãgelorum.

Ecce patris et doctoris Se. egregiiq; pastoris fulget natalicium. yponensis augustini cui⁹ fuit os diuini roris stillicidium. Sit eius festiuitas cunctorum iocunditas quia cunctis pro fuit. Sed nobis potissimum quibus saluberrimũ canonem ĩstituit. Sero quidẽ baptizatus sed tunc digne flens reatus sed priorem exiuit. Usq; quaq; renouatus inde presul consecrat⁹ quod inuitus annuit. Timorate vilicat manu lingua predicat sic quoq; multiplicat domini talenta. Illa nũmulario tradit non sudario nec latet sub modio facula de tẽta Fotinum sabellium confudit et arrium et datos nequicie. Fit doctrine puteus fit malorum maleus et zelotes latrie. Explicat obscuras antea scripturas harum trituras plebi pandi puras et verbum misticũ Saluatoris almos sermones et psalmos disserit declarat et vtriq; parat vite viaticum. Infinitorũ estu laborum fulget in pastoribus Mellifluorum sacra labrorum copia pre omnib⁹. O benigne augustine doctor vitatis o insigne multum digne templum deitatis norma sanctitatis deo digna. O profũde doctor funde preces pro deuotis vt abunde letabunde viuent suis votis noxis remotis tuos signa. Amen. Euãg. Homo quidã peregre proficistẽs. Credo. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sancti cõfessoris tui atq; põtificis augustini nobis dñe pia non desit oratio: que et munera nostra tibi conciliet. et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per. Cõio. Beat⁹ seruuus quẽ cũ venerit dominus inuenerit vigilãtẽ amẽ dico vobis super omnia bona sua cõstituet eũ. Postcõio.

Ut nobis domine tua sacrificia dent salutem beatus confessor tuus augustinus atq; põtifex quesum⁹ p̃cator accedat. Per Sãcte sabine virgis. si volueris. Officium.

Euã hõ quidã nobilis. fo. clx.

Cognoui domine. or. Deus qui inter cetera. Epl̄a. Sapientia vincit maliciam. R̷. Propter veritatē. All̄a. Veni spōsa xp̄i. Euāg. Simile est regnum celorū the. Offr. Filie regū. Cōio. Principes persecuti. In decollatione sc̄ti iohãnis baptē missa matuti. de sancto augustino cum mēo. beate sabine. Ad magnam missam. Officium. Iustus vt palma. Oratio.

Sancti iohannis baptiste et martyris tui domine q̄s veneranda festiuitas salutaris auxilii nobis p̄stet effectū. Per. Ad hebreos. xi.

Fratres. Sancti ludibria et verbera experti in super et vincula et carceres: lapidati sunt secti sunt tentati sūt in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis in pellibus caprinis. egētes angustiati afflicti: quibꝰ dignꝰ non erat mundus. In solitudinibꝰ errātes et in montibus et in speluncis et ī cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei: p̄bati inuenienti sunt. In xp̄o iesu dn̄o nostro. R̷. Iustus vt palma. Alleluya. V̷. Iustus germinabit. Sequē.

Precursorem summi regis et preconem noue legis celebret ecclesia. In hac luce tam festiua gaude mater et votiua de promе preconia. Huius ortū veneremur sed nec minus delectemur in eius martyrio. Totus mūdus sit iocundus nullus martyr sit secundus virtute vel premio. Non est nostre prauitatis virū tante dignitatis laudare p̄ omnia. Summa rei recitetur vt affectus excitet ex eius memoria. Non arundo leuitatis sed columna veritatis nulla palpat crimina. Scribas tangit et doctores vocans legis trāsgressores vipere genimina. Arguebat hic herodem nec terretur ab eodē ligatur in carcere. Fert iniuste iustꝰ penam rem detestans tā obscenā regis et adultere. Seuit in hūc vis tyranni laus accrescit hinc iohanni tyranno supplicium. Stultꝰ seuit sapienti quia pius in presenti purgatur per impiū. In natalis sui sena capitali plecti pena iohannem rex imperat. Spiculator saltatrici saltatrix dat genitrici caput quod petierat. Crux presignat sublimari christum sed hunc minorari capitis abscisio. Mors ē iusti p̄ciosa quā precessit gloriosa vite conuersatio Nos ad laudē tuam xp̄e precursoris et baptiste colimꝰ solēnia. Tu nos ab hac mortis valle duc ad vitam recto calle per huius vestigia Amen. Secundum marcum .vi. ca.

In illo tempore. Misit herodes ac tenuit iohannem: et vinxit eum in carcerē: propter herodiadem vxorem philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enī herodi iohannes. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: et volebat eū occidere nec poterat. Herodes enim metuebat iohānem: sciēs eū virum iustum et sanctum et custodiebat eū. Et audito eo multa faciebat. Et libēter eū audiebat Et cū dies opportunꝰ accidisset herodes natalis sui cenā fecit p̄ncipibꝰ et tribunis et p̄mis galilee. Cūq3 itroisset filia ip̄iꝰ herodiadis et saltasset et placuisset herodi simulq3 discūbētibꝰ rex ait puelle Pete a me qđ vis et dabo tibi Et iurauit illi q2 q̄cq̄d petieris dabo tibi: licet dimidium regni mei. Que cum exisset: dixit matri sue. Quid petā. At illa dixit. Caput iohannis baptiste. Cumq3 itroisset statim cum festinatione ad re

Alla. Tu puer ꝓpheta. fo. cxxiii.

gem petiit dicens. Volo vt protinus des michi in disco caput iohannis baptiste. Et contristatus est rex propter iusiurandum. et propter simul discumbentes noluit eam contristari: sed misso spiculatore precepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere: et attulit caput eius in disco: et dedit illud puelle et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius venerunt et tulerunt corpus eius: et posuerunt illud in monumento. Offertorium. In virtute tua. cli Secreta.

Munera tibi domine pro sancti martyris tui iohannis baptiste deferimus passione: qui dum finitur in terris factus est celesti cede perpetuus: quesumus vt eius obtentu nobis proficiant ad salutem Per. Cõio. Posuisti do. vnius mar. Postcõio.

Conferat nobis domine sancti iohannis baptiste vtrique solennitas. vt magnifica sacramenta que sumpsimus et significata veneremur et in nobis potius edita gaudeamus. Per. Dñica infra oct. sancti augustini missa matu. de dñica maior de feria, sequñ. de cõi. Et nota quod quodcũque fe. ix lec. die do. euc. a penthe. vsque hic nichil fiet de do. nisi mẽo et missa matutina. nisi fue. initium hystorie excepta tñ do. infra oct. sancti augustini et dedicationis ecclesie sagiensis. Sanctorum felicis et adaucti. Offi. Sapientiam. Or.

Maiestatem tuam domine supplices deprecamur. vt sicut nos iugiter sctõrum tuorum felicis et adaucti commemoratione letificas: ita semper supplicatione defendas. Per dominum. Epla. Expectatio iustorum. R. Iustorum anime. Alla. V. Fulgebũt iu. Euãg. Ponite in cordibus In medio euãgelium. Cum audieritis Offertorium. Mirabilis. Secreta.

Hostias domine tue plebis intende et quas in honore sanctorum martyrum tuorum deuota mente celebrat: proficere sibi sentiat ad salutem. Per do. Cõio. Iustorum anime. clvii Postcommunio.

Repleti domine muneribus sacris quesumus vt intercedẽtibus sctis martyribus tuis: in gratiarum semper actione maneamus. Per. Sancti egidii. abbatis missa matu. de sancto augustino. vt supra. Ad magnam missã. Officiũ. Os iusti. Oratio.

Perfice quesumus domine deus omnipotens pium in nobis sancte religionis effectum et ad obtinendam tue gratie largitatem beatus egidius abbas egregiusque confessor tuus suis apud te semper pro nobis meritis et precibus intercedat. Per dominum. Epla. Iustus cor suum. R. Dñe preuenisti. Alla. V. Iustus vt pal. sequ. Adest namque Euangelium. Nemo accendit. Offer. Desiderium. vnius martyris. Secreta

Grata sit tibi omnipotens et misericors deus intercedente beato egidio confessore tuo huius oblatio sacramenti quod in memoriam passiõis dominice tue offerimus maiestati. Per eundem. Communio. Domine quinque. Postcõmunio

Sumpsimus domine celebritatis anime votiua sacramenta. presta quesumus: vt intercedente beato egidio cõfessore tuo atque abbate et temporalis nobis vite remedia prebeant et eterne. Per Sancti godegrandi epi et mar. missa matu. de sancto augustino. vt supra. Ad magnã missam. officium. Sacerdotes tui. vnius cõfes. or.

Omnipotẽs sempiterne deus da populo tuo presẽtis diei festiuitatẽ sincero venerari ob

Epla. Reddet deus. clxxxvii R. Gloriosus. fo. clv. Off. Letami. clvii.

Egidii abbis. Offic. Os iusti. fo. clviii Epla. Iustũ deduxit. clix. R. Os iusti. clix. Alla. V. Iustus germinabit. clix. Euã. Vigilate. clix. Off. Desideriũ. clix Co. Beatus ser. fo. clix.

sequio vt qui eam sancti gode gran
di martyris tue atqꝫ pontificis an=
nua celebritate deuotis frequētāt
obsequiis. eiusdem suffragiis cele=
stis regni gaudia consequātur. Per
dominum nostrum iesū. Epla. Bea
tus vir qui in sapientia. ℞. Posuisti
domine. Allā. ℣. Iustus germina. Sequen=
tia. Superne Euāgeliū. Si quis vult
post me. Offr. Desiderium. Secreta.
Salutari sacrificio quesumꝰ
domine populus tuus sēp
exultet quo et debitus honor sacris
martyribus exhibetur et sanctifi=
cationis tue munꝰ acquiritur. Per.
Communio. Semel iuraui. vnius confesso=
ris. Postcommunio.
Exaudi domine preces no=
stras et populus tuus qui
sub tantis sancti martyris tui go=
degrandi est cōstitutꝰ patrociniis
et a suis offensionibus liberetur: et
ab omnibus tueatur aduersis. Per
In oct. beati augustini episcopi. missa matu.
de tempore. Ad magnam missam. Officium.
In medio ecclesie. Oratio.
Deus qui populo tuo eter=
ne salutis beatum augusti
num ministrum concessisti. presta
quesumus vt quem doctorem vite
habuimus in terris intercessorem
semper habere mereamur in celis
Per. Epla. Ecce sacerdos. ℞. Inueni
dauid. Allā. ℣. Iurauit. Sequentia. Adest
nobis. Euāg. Homo quidam pere=
gre profi. Offr. Ueritas. Secreta.
Omnipotens sempiterne de
us munera tue maiestati
oblata: per itercessionem beati au
gustini confessoris tui atqꝫ pōtificis
ad ꝑpetuam fac nobis proficere sa=
lutem. Per dominū. Communio. Ma
gna est. vniꝰ martyris. Postcōio.
Sacramenta salutis nostre

In oct scti augustini. sic in die.

suscipientes concede quesumꝰ om=
nipotens deus: vt beati augustini
nos vbiqꝫ adiuuet oratio: in cuius
veneratione hec tue obtulimꝰ ma
iestati. Per. In natiuitate btē mariē. mis=
sa matuti. de sancto adriano. Letabitur.
Gloria in excelsis. Or. Presta que=
sumus omnipotens deus vt qui be
ati. Epla. Nemo mili. ℞. Iustꝰ vt pal=
ma. Allā. ℣. Iste sanctus. vnius confessoris.
Euāg. Si quis venit. Offr. In virtute.
Cōio. Beatus seruus in cōivnius confessoris
Ad magnam missam. Officium
Gloriose virginis marie
natiuitatē deuotissime
celebremus cuius vita in
clita cunctas illustrat ec
clesias. Ps. Hodie nata est beata virgo ma=
ria ex progenie dauid. Gloriose virginis
Gloria patri. Gloriose. Oratio.
Famulis tuis quesumus do
mine celestis gratie munꝰ
impartire: vt quibus beate virgi=
nis marie partus extitit salutis ex
ordiū natiuitatis eius votiua solē
nitas pacis tribuat incrementum
Per. Lctō libri sapiētie. ecclesia. xxiiij.
Ego quasi vitis fructificaui
suauitatem odoris: et flores
mei fructus honoris et honestatis
Ego mater pulchre dilectionis et ti
moris et agnitionis: et sancte spei
In me omnis gratia vi[illegible]e et verita
tis: in me omni spes vite et virtutis
Transite ad me omnes qui concu=
piscitis me et a gn̄ationibus meis
implemini. Spiritus enim meus
super mel dulcis. et hereditas mea
super mel et fauū. Memoria mea
in generatione seculorū. Qui edūt
me adhuc esurient: et qui bibūt me
adhuc sitient. Qui audit me nō cō=
fundetur: et qui operantur ī me nō
peccabunt. Et qui elucidant. me:

vitam eternam habebunt. ℟. Be-
nedicta et venerabilis es virgo maria q̄ sine
tactu pudoꝛis īuenta es mater saluatoꝛis. ℣.
Uirgo dei genitrix quē totꝰ non capit oꝛbis
in tua se clausit viscera factus homo. Allā Na
tiuitas glīose virgis marie ex seīe abꝛahe oꝛ-
ta de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Seqn̄.

Alle celeste nec non et perē
ne luya. Dic paraphonista
cum mera simphonia. Tuba et ca
noꝛa palinodia cāta. Nam omnis
vsya hanc xp̄i genitricem die ista.
Congaudet exoꝛtam per quam si-
bi sublatam capit vitam Dauitica
stirpe sata dauidis ad sceptra est re
genda pꝛole fecundata. Nec graui
data viscera sunt tamen per vlla
patris membꝛa sed ex fide sola. Ab
arce summa angelus astat maria
inquit alma aue plena. Gratia sū-
ma et benedicta feminas inter om
nes paritura. Regem qui dira moꝛ
tis vincula. Damnabit mira cū po
tentia. Suum plasma soluens spō
te sua atqꝫ beatam donans vi-
tam. Fit mox puella verbis credu-
la Et puerpera stupet et casta. Na
tum gestans speciosum foꝛma re-
gentem cuncta oꝛbis regna. Hec ē
virga nō irrigata sed dei gratia flo
rigera Hec ē sola cūctoꝛū hera ma
terna obscurās piacula. Uelut ro-
sa decoꝛās spineta si quod ledat nil
habet maria. Uirgo eua quod at-
tulit pꝛima xp̄i sponsa effugat ma-
ria. O v̄go sola mater casta nostra
crimina. Solue dās regna quis be
ata regnant agmina. Potes enim
cuncta vt mū di regina et iura. Cū
nato omnia decernis ī seclaꝝ vltra
subnixa es in gloꝛia. Cherubin ele-
cta seraphinqꝫ clara agmina. Nā
iuxta filium posita sedes in dexte-
ra rutilans virtus lāpas et sophia
Natiuitas vnde gaudia nobis ho-
die affert annua. Et resonat came
nis aula in laude tua virgo maria
Gaudet per climata oꝛbis ecclesia
dicēs alleluya. Quod et palatia ce
li clamāt didima vsqꝫ dātia ꝑconia
Amen. ¶ Initium sancti euangelii. Se-
cundum matheum. ii.

Liber generationis iesu xp̄i
filii dauid filii abꝛahā. Abꝛa
ham genuit ysaac: ysaac aūt genu
it iacob. Jacob autem genuit iudā
et fratres eius. Judas autem genu
it phares et zarā de thamar. Pha-
res autem genuit esron. Esrō autē
genuit aram. Aram aūt genuit a-
minadab aminadab autē genuit
naason. Naason autem genuit sal
mon. Salmō: aūt genuit booz de
raab: Booz aūt: genuit obeth ex
ruth. Obeth aūt: genuit iesse. Jesse
autem: genuit dauid regē. Dauid
autem rex: genuit salomonē ex ea
que fuit vꝛie. Salomon aūt: genu-
it roboam. Roboam autem: genu
it abiā. Abia aūt: genuit asa Asa au
tem: genuit iosaphat. Josaphat au
tem: genuit ioꝛam. Joꝛam aūt: ge-
nuit oziam. Ozias aūt: genuit ioa-
tham. Joatham aūt: genuit achā
Achaz autem: genuit ezechiam.
Ezechias aūt: genuit manassem.
Manasses autē: genuit amō. Amō
aūt: genuit iosiā Josias aūt: genuit
iechoniā ꝛ fratres eiꝰ ī trāsmigrati
one babilonis Et post trāsmigrati
onē babilonis iechonias genuit sa
lathiel Salathiel aūt genuit zoꝛo-
babel. zoꝛobabel aūt genuit abiud
Abiud autem: genuit eliachin. Eli
achin autē: genuit azoꝛ. Azoꝛ autē
genuit sadoch. Sadoch autē: genu
it achin. Achī autem: genuit eliud
Eliud autem: genuit eleazar. Ele

azar autem: genuit mathan. Mathan autē: genuit iacob. Jacob autē: genuit ioseph virum marie. De qua natus est iesus: qui vocatur christus. Credo. Offertorium. Felix nāq3 es sacra virgo maria et oī laude dignissima q3 ex te ortus ē sol iusticie xp̄s de⁹ nr̄ allā. Secre.

Unigeniti tui domine nobis succurrat humanitas vt qui natus de virgine matris integritatē non minuit sed sacrauit: in natiuitatis eius solenniis: a nostris nos piaculis exuens oblationem nostram tibi faciat acceptam Qui tecum. Prefatio. Et te in natiuitate. Communio. Beata viscera marie virginis q̄ portauerūt eterni p̄ris filiū. Postcōio

Sumpsim⁹ domine celebritatis annue votiua sacramenta presta quesumus: vt intercedente beata virgine dei genitrice maria et temporalis nobis vite remedia prebeāt et eterne. Per eūdem. Sancti gorgonii mar. mēo. tantum. et si volueris. officium. Gloria et ho. Or.

Sanctus martyr tuus gorgonius nos domine sua intercessione letificet: et pia faciat solennitate gaudere. Per. Epla. Justus si morte. R. Posuisti. Allā. V. Justū deduxit. vnius cōfessoris. Euāg. Qui amat patrem. Offertorium. Posuisti dn̄e. Secreta.

Grata sit tibi dn̄e nostre seruitutis oblatio pro qua sanctus gorgonius martyr interuentor existat. Per. Cōio. Posuisti. Postcōio

Familiam tuam domine suauitas illa contingat et vegetet: que ī martire tuo gorgonio christi tui bono iugiter odore pascatur. Qui tecum viuit. Sanctorū prothi et iacincti martyrū. mēo. tantū. Et si volueris. Offi. Judicāt scti. Or.

Beatorum nos dn̄e martyrum tuorum prothi et iacincti foueat preciosa confessio: et pia iugiter intercessio tueatur. Per. Epla Justorum anime. R. Exultabūt. Allā. V. Letamini i dn̄o. Euā. Cum persequentur vos in. Offr. Gloriabuntur. Secreta.

Pro sanctorum tuorum prothi et iacincti commemoratione tibi domine munera quedebemus exoluentes. presta quesumus vt remedium nobis ꝑpetue salutis operentur. Per. Communio. Justorum anime. Postcōmunio.

Ut percepta nos dn̄e tua sācta purificent beatorum ꝓthi et iacincti quesumus imploret oratio. Per. Dn̄ica infra oct. missa matu. de dominica maior ꝟo de beata maria. Per oct. natiui. beate marie oīa sicut in die. ꝑter seque. que est ad placitū de his q̄ scribūtur ī fine libri & ꝑter euāg. dr̄ ei euā. illd. Loquēte iesu. vel Repleta & sine credo nisi do. fue.

In exultatione scte crucis missa matu. de btā maria cū mēo de mar. et si volueris. officium Sacerdos dei. ī cōi vnius cōfessoris. Or.

Infirmitatem nostrā quesumus domine propici⁹ respice: et mala omnia que iuste meremur: sanctorum tuorum cornelii & cypriani ītercessiōe auerte per. Epla. Reddidit deus. R. Sacerdotes eius in communi vnius cōfesso. Allā. V. Sācti tui. Euāg. Dicebāt iesus tur. &c. Ue vobis qui edi. Offr. Exultabūt. Secreta

Adesto domine supplicationibus nostris quas in sanctorum tuorum commemoratione deferimus: vt qui nostre iusticie fiduciam non habem⁹: eorum qui tibi placuerūt meritis adiuuemur Per. Cōio. Justorum anime. Postcōmunio.

Quesumus domine salutari v⁹ repleti misteriis: vt quorum solennia celebram⁹ eorū ora-

Epla. Beat⁹ vir qui ī sapiā. fo cl.

Epla. Lingua sapientū. fo clii.

Cō Posuerunt. clvii.

Epla Expectatio iustorū. fo clii

Allā Sacerdotes. fo ut i ☩io

tionibus adiuuemur. Per dominū

Ad magnam missam. Officium.

Nos autem gloriari opor tet ī cruce domini nostri iesu christi in quo est salꝰ vita ⁊ resurrectio nostra per quem saluati et liberati sumꝰ. Ps. Deus misereatur nostri et bñdicat: nobis illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Oratio.

Deus qui pro nobis filiū tuum crucis patibulum subire voluisti vt inimici a nobis expelleres potestatem concede propiciꝰ vt qui ad adorandam viuificā crucem adueniūt ad peccatorum suorum nexibus liberentur. Per eundem. Epla. Confido de vobis. Require in alio festo. R. Christus factus est pro nobis obediēs vsqꝫ ad mortem mortē aūt crucis. V. Propter quod ⁊ deꝰ exaltauit illū et dedit illi nomē quod ē sup omne nomē. Allā. V. Dulce lignū dulces clauos dulcia ferēs pōdera q̄ sola fuisti digna sustinere regē celorū ⁊ dñm. Sequentia. Laudes crucis vel ista

Salue crux sancta arbor digna. Cuius robur preciosum mundi tulit talentū. Ut hostis per lignum victor ligno reuinceretur. Quodqꝫ ex ortu mortis primis erat terrigenis paradiso ppulsis. Causa etiam vite fores cunctis xp̄i morte vere viuificatis. Horrificum tu es semper signum inimicis crux sancta seuis. Quam mors pauet infernusqꝫ timet que christo suos reconsignas. Cui laus sit in euū Amē. Secūdū iohannem. xii.

In illo tempore. Dixit iesꝰ turbis iudeorum. Nunc iudiciū est mundi: nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat significās qua morte esset moriturꝰ. Respōdit ei turba. Nos audiuimꝰ ex lege: quia xp̄s manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis. Quis est iste filius hominis. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumen: in vobis est. Ambulate dū lucem habetis: vt non tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Dum lucem habetis: credite in lucem: vt filii lucis sitis. Credo. Offr. Protege domine plebē tuā p signum sancte crucis ab omnibus insidiis inimicorū oīm vt tibi gratā exhibeamꝰ seruitutē. et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrū. Allā. Nota q si cedat deuotioni fiat adoratio crucis vt notatur in festo inuentionis. Secreta.

Iesu xp̄i domini nostri corpore saginati p quam crucis est sanctificatū vexillum quesumus domine deus noster: vt sicut adorare te meruimus: ita perennitatis eiꝰ glorie salutaris potiamur effectu. Per. Cōio. Per lignū serui facti sumus et per sanctā crucē liberati sumus fructꝰ arboris seduxit nos filius dei redemit nos alleluya. Postcommunio.

Quesumus omnipotens deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudere humanis non sinas subiacere periculis. Per.

Dominica infra oct. nati. beate marie: vt in die oct. missa matu. De sancto nicomede mar. Offm. Letabitur iu. cl. Oratio.

Adesto domine populo tuo vt beati nicomedis martyris tui merita preclara suscipiens: ad impetrandam misericordiā tuā sēper eius patrociniis adiuuemur. Per. Epla. Iustus si morte. R. Posuisti domine. Allā. V. Posuisti. Euā. Si quis vult post me venire. Offertoriū. Glia cli.

Epla. Xpus factꝰ e. fo. clxvi.

Epla. Beatꝰ vir q inuet ⁊c. fo. cl. R. Dne puenisti. clix. Eua. Nichil opertu. cli.

et hono. clii. Secreta.

Suscipe domine munera propicius oblata: que maiestati tue beati nicomedis martyris tui commendet oratio. Per. Communio. Qui vult. clii. Postcommunio.

Purificent nos domine sacramenta que sumpsimus: et intervenientes beato nicomede martyre tuo a cunctis nos efficiant viciis absolutos. Per. Ad magnam missam Officium. Gloriose virginis. etc. sicut in die cum oratione sequenti. Oratio.

Supplicationem servorum tuorum deus miserator exaudi: ut qui in nativitate dei genitricis et virginis marie congregamur: eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per eundem dominum nostrum. Secreta.

Munera nostra domine que sumus propiciatus assume et ut tuis digne famulemur altaribus sancte dei genitricis et virginis marie nos intercessione ab omnibus adversitatibus custodi. Per eundem dominum nostrum. Postcommunio.

Quesumus omnipotens et misericors deus: ut qui celestia alimenta percepimus intercedente beata et gloriosa semperque virgine dei genitrice maria: per hec contra omnia adversa muniamur. P.

¶ In die sancte eufemie omnia de communi unius virginis. cum memoria de mar. missa matu. de defunctis et si volueris. ¶ Sctorum martyrum lucie et geminiani. offm. Salus autem. clii. Oratio.

Presta domine precibus nostris cum exultatione provenctum: ut quorum diem passionis annua devotione recolimus etiam fidei constantiam consequamur. Per. Epistola. Lingua sapientium. clv. Rx. Iustorum anime. Alleluya. V. Fulgebunt. Evang.

Attendite a fermento. clvii. Offertorium. Letamini in domino. Secreta.

Vota populi tui domine propiciatus intende: et quorum nos tribuis solennia celebrare: fac gaudere suffragiis. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate spiritussancti deus. Communio. Iustorum anime. clvii. Postcommunio.

Exaudi domine preces nostras et sanctorum martyrum tuorum lucie et geminiani quorum festa solenniter celebramus: continuis foveamur auxiliis Per. ¶ Sancte eufemie virginis Offm. Vultum tuum. clxi Oratio. Omnipotens sempiterne. clxi Memoria de martyribus. Epistola. Domine. clxi. Rx. Adiuvabit Alla. V. Veni electa. Evangelium. Simile est regnum celorum decem. Offertorium. Offerentur. clxii Communio. Simile est regnum celorum.

¶ Sancti lamberti mar. Officium. Iustus ut palma. cl. Oratio.

Deus qui hodiernam diem beati lamberti episcopi et martyris tui nobis honorabilem dedicasti: concede propicius. ut eius suffragrantibus meritis gaudia consequamur in celis. Per. Epistola. Beatus vir qui in sapientia morabitur Rx. Iustus non contur. Alleluya. V. Posuisti. cl. Evangelium. Nichil opertum. clii. Offertorium. Iustus ut palma. cl. Secreta.

Oblata servitutis nostre munera tibi domine quesumus annua sancti lamberti martyris tui solennitas commendet accepta ut eius pia supplicatione muniti: nostrorum remissionem mereamur peccaminum et beatitudinis sempiterne consortium. Per dominum nostrum iesum christum. Communio. Letabitur. clii. Postcommunio.

D Ercipiat quesumus domine plebs tua viri martyris tui lamberti natalicia celebrando cum exultatione leticiam et quam celestis mense refecisti edulio. eternitatis tue facias assisti cōsortio Per.
In vigilia beati mathei apostoli. Officium. Ego autem. cxlviii. Oratio.
D A nobis quesum⁹ omnipotens deus vt beati mathei apostoli tui et euangeliste quam preuenimus veneranda solēnitas et deuotionem nobis augeat [et] salutem. Per dominum. Ep[isto]la Beat⁹ homo q[ui] īuenit. cxlviii. R Iustus vt palma in cōi vnius martyris. Si dn̄ica fue. Alleluya de communi apostolorum.
Secundum lucam. b
I N illo tempore. Vidit iesus publicanum nomine leui: sedentem in theloneo et ait illi Sequere me. Et relictis omnib⁹: surgens secutus est eum. Et fecit ei cōuiuium magnum leui: ī domo sua Et erat turba multa publicanorum: et aliorum qui cum illis erāt discumbentes. Et murmurabāt pharisei et scribe eorum: dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis et peccatoribus: manducatis et bibitis. Et respondens iesus dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico: sed qui male habent. Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitētiam. Offertorium. Gl[ori]a et honore vnius mar. Secreta.
A Postolici reuerentia culminis offerentes tibi sacra misteria quesumus domine. vt beati mathei apostoli tui et euangeliste suffragiis cuius natalicia preuenimus hec plebs tua semper et vota sua depromat et desiderata percipiat. Per dominum nostrum. Communio. Posuisti domine. clii Postcommunio
B Eati mathei euangeliste et apostoli tui quesumus domine supplicatione placatus: [et] veniam nobis tribue: [et] remedia sempiterna concede. Per. In die missa matutina. de tempore ad magnam missam Officium. Os iusti. vni⁹ cōfes. clviii Or.
B Eati apostoli tui et euangeliste mathei domine precibus adiuuemur. vt quod possibilitas nostra non obtinet: eius nobis intercessione donetur. Per domi.
Lectio ezechielis prophete. i
S Imilitudo vult⁹ quattuor animalium: facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quattuor. Facies autē bouis: a sinistris ipsorū quattuor. Et facies aquile desuper ipsorum quattuor Et facies eorum et penne eorum: extēte desuper. Due penne singulorum iungebantur: et due tegebant corpora eorū. Et vnū quodq[ue] eorum: coram facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur: nec reuertebātur cum ambularent. Et similitudo animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium et quasi aspectus lampadarum. Hec erat visio discurrēs: in medio animalium. Splendor ignis. [et] de igne fulgur egrediens. Et animalia ibāt [et] reuertebant ī similitudinē fulgur[is] chorusc[a]t[is]. R. Os iusti vni⁹ cōfes. All[elui]a. Primus ad syō. clviii. Sequentia Iocūdare. cl. Secundum matheū. ix.
I N illo tempore. Cum transiret iesus: vidit hominē sedentē in theloneo matheū noīe [et] ait illi. Seq[ue]re me. Et surgens secut⁹ est eū. Et factū est discūbente eo ī domo ecce multi publicani et

In die Officium. In medio ecclie. fo. ix. Ep[isto]la. Dominus. fo. cxlviii. All[elui]a V. Venite ad me o[mn]es q[ui] laboratis et honerati estis et ego reficiam vos.

peccatores venientes discũbebant cum iesu et discipulis eius. Et vidẽtes pharisei: dicebãt discipulis ei⁹. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester? At iesus audiens: ait. Non est op⁹ valentibus medicus: sed male habentibus. Euntes autem discite: quid est misericordiam volo et nõ sacrificium. Non enim veni vocare iustos: sed peccatores. Credo. Offertorium. Posuisti. Unius mart. Secreta.

Supplicationibus apostolicis beati mathei euangeliste quesumus domine ecclesie tue commendetur oblatio. cuius magnificis predicationibus eruditur. Per dominum. Prefatio. Te domine sup. Communio. Magna est gloria. Unius martyris. Postcommunio.

Perceptis domine sacramẽtis beato matheo apostolo tuo et euangelista interueniente deprecamur: vt que pro eius gratia sunt gloria: nobis proficiant ad medelam. Per dominum nostrũ.

Sancti mauricij et sociorum. Officium. Sapientiam sanctorum. Oratio.

Annue quesumus omnipotens de⁹ vt sanctorum martyrum tuorum mauricii / exuperii / candidi / victoris / innocentii et vitalis ac sociorum eorundem letificet festiuitas: vt quorum suffragiis nitimur natalicijs gloriemur. Per dominum. Epistola. Spectaculum. ℟. Clamauerunt. Alleluya. ℣. Iusti epulentur. Euangelium. Cum audieritis. Offerto. Letamini. Secreta.

Respice munera domĩe que in sanctorum martyrum tuorum commemoratione deferim⁹ et presta vt quorũ honore sunt grata: eorum nobis intercessione fiãt salubria. Per dominum nostrum. Communio. Letamini. Postcommunio.

Celestibus refecti sacramentis et gaudiis supplices te rogamus omnipotens deus: vt quorum gloriamur triumphis: protegamur auxilis. Per dominum.

In festo dedicationis ecclesie sã gieñ. missa matuti. de sanctis martyribus cosma et damiano. Officium. Loquetur. Gloria in excelsis. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui sanctorũ tuorum cosme et damiani natalicia celebramus: a cũctis malis imminentibus / eorum intercessionibus liberemur. Per dominũ. Epla. Expectatio iustorum. ℟. Ecce q̃ bonum. Alleluya. ℣⁹. Reddet deus. Euange. Cum persequentur vos in ci. Offerto. Letamini. Secreta.

Sanctorum tuorum cosme et damiani nobis domine pia non desit oratio. que et munera nostra conciliet: et tuam nobis semper indulgentiam obtineat. Per. Communio. Aia nr̃a. Postcõmunio.

Protegat domine quesum⁹ populum tuum et participatio celestis indulta cõuiuii / et deprecatio collata sanctorum. Per dominum nostrum iesum christum.

Ad magnam missam. Officium. Terribilis est lo. Quere post do. post trinitatem.

Sancti michaelis archangeli. Officium.

Benedicite dominũ omnes angeli eius potẽtes virtute qui facitis verbũ eius ad audiendam vocem sermonum eius. Ps. Benedic anima mea domino: et omnia que itra me sunt nomini sancto eius. Oratio.

Deus qui miro ordine angelorum ministeria homi-cii;

Officiũ. Salus aut. clii. Epla. Sci per fide. clii. ℟ Iustor aie. clv. Alla. Exultabũt iusti. clv. Eua. Descẽdes ihs. clvi. Off. Exultabũt. clvii. Co. Amẽ dico. clviii.

Cosme et da. Officiũ. Sapiẽtiã. cliii. Epla. Stabũt. ℟ Clamauerũt. clv. Alla. Iustorũ. clvi. Off. Exultabũt. clvii. Co. Posuerũt. clvii.

numqꝫ dispensas. concede ppicius: vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniatur. Per. ℂ Lec. libri apo. beati iohannis aposto. xii.

IN diebus illis. Factum est prelium in celo: michael et angeli eius preliabantur cum dra chone. Et dracho pugnabat et angeli eius et non preualuerunt. neqꝫ locus inuentus est eorum amplius in celo. Et proiectus est dracho ille magnus serpens antiquus q vocatur dyabolus et sathanas: q seducit vniuersum orbem. Et proiectus est in terram: et angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui vocē magnam in celo dicentem. Nunc facta est salus et virtus et regnum deo nostro et potestas christi eius: quia proiectus est accusator fratrū nostrorum qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni et propter verbū testimonii sui et non dilexerūt animas suas vsqꝫ ad mortem. Propterea letamini celi: et qui habitatis in eis. ℟. Benedicite dominum omnes angeli eius potentes virtute qui facitis verbum eius. ℣. Benedic anima mea domino et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alleluya. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi domine deus meus. Sequentia.

AD celebres rex celice laudes cuncta alleluya. pāgat nūc canora caterua simphonia. Odas atqꝫ soluat concio tibi nostra. Cui iam renouantur michaelis inclita valde festa. Per quem letabunda per ornātur machina mundi tota Nonies distincta pneumatū sunt agmina per te facta. Sed cum vis facis hec flamea per angelicas officinas. Inter primeua sunt heciam creata tua cum simus nos vltima factura sed ymago tua Theologa cathegorizent symbola nobis hec ter tripartita per priuata officia. Plebs angelica phalanx et archangelica principans turma virtus yanica ac potestas almiphona. Dominantia numina diuinaqꝫ subsellia cherubin etherea ac seraphi ardētia. Uos o michael celi satrapa gabrielqꝫ vera dans verbi nuncia. Atqꝫ raphael vite vernula transferte nos intra paradisicolas. Per vos patris cuncta cōplentur mandata que dat. Eiusdem sophie cōpar quoqꝫ pneuma vna pmanens in vsia. Cui estis administrantia deo milia milium sacra. Uices per bisquinas bis atqꝫ quingenta dena. Centena millena assistunt in aula ad quam rex ouem centesimam. Terrigenam dragmamqꝫ decimam vestra duxit super algamata. Uos per ethra nos per rura dena. Pars electa armonie vota damus hiperlirica cithara Ut post bella michaelis iclita. Nostra deo sint accepta auream circa arā thimiamatha. Quo in celesti iam gloria. Concede cantemus alleluya.

ℂ Secundum matheum. xviii

IN illo tempore. Accesserūt discipuli ad iesum dicentes. Quis putas maior est in regno celorum? Et aduocans iesus paruulum: statuit eum in medio eorum et dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnum celorum. Quicunqꝫ ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior in regno celorum. Et qui susceperit

vnum paruulum talem in nomine meo: me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credũt: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profũdũ maris. Ve mundo ab scandalis. Necesse est enim: vt veniant scandala. Veruntamen ve homini illi per quem scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscide eum et proiice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum: q̃ duas manus vel duos pedes habẽtem mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum et proiice abs te. Bonum tibi est cum vno oculo in vitam intrare: q̃ duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne cõtẽnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis: quia angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei/ qui est in celis. Credo. Offerto. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua et data sũt ei incensa multa et ascendit fumus aromatũ in conspectu dei alleluya. Secreta.

Hostias tibi laudis offerim⁹ suppliciter deprecantes. vt easdem angelico pro nobis interueniente suffragio: et placatus accipias/ et ad salutem nostram prouenire cõcedas. Per. Communio. Benedicite omnes angeli domini domino hymnum dicite et superexaltate eum in secula. Postcommunio.

Beati archangeli tui michaelis intercessione suffulti supplices te domine deprecamur: vt quos ore psequimur contingamus et mente. Per dominum. ¶ Sancti hieronymi. Officium. Os iusti. c lviii Oratio.

Sancti nos domine hieronimi natalicia votiua letificẽt et sue beneficis intercessionis attollãt. Per do. Epla. Optaui et datus. ℞. Os iusti. Alleluya. ℣. Primus ad syon. in communi apostolorum. Sequẽtia. Adest nobis. Euangelium. Nemo accendit. Offerto. Posuisti domine. vnius martyris. Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo domine nostre deuotionis oblatio/ et beati hieronimi nobis fiat supplicatiõe salutaris: pro cuius solẽnitate defertur. Per dominum nostrum. Cõmunio. Magna est. vnius mar. Postcommunio.

Exultet domine populus tuus in sancti tui hieronimi cõmemoratione: vt cuius votiuo letatur officio: releuef auxilio. Per. ¶ Sancti remigij. Officium. Statuit. Oratio. Da quesumus omnipotẽs deus. Epla. Ecce sacerdos. ℞. Ecce sacerdos. Alleluya. ℣. Iustus germinabit. vnius martyris. Euangelium. Homo quidam peregre. Offerto. Inueni dauid. Communio. Domine quinq;. ¶ Sancti leodegarii marty. Officium. Gloria et honore. Oratio. Presta quesumus omnipotens deus. Epla. Beatus vir q̃ in sapi. ℞. Iustus non conturbabi. Alleluya. ℣. Beatus vir qui suffert. Euãgeliũ. Si quis venit. Offertorium. In virtute. Cõmunio. Posuisti. ¶ Sancti francisci episcopi et cõfes. Officium. Os iusti. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuã beati frãcisci meritis fetu noue prolis amplificas. tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere/ et celestium donorum semper participatione gaudere. Per dominum. ¶ Ad galathas. vj.

Fratres. Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini

Epi. Iustum de. clix. ℞. Dne p. clix. All'a. Iust. clix. Eua. Vigila. clix. Off. Vitas. Co. Beatus ser. clix.

Offi. Statuit. clvi. Epla. Nos insitas. cl. ℞. Iurat. clix. All'a. Le... cl. Eua. Si qs vult post. cli. Off. Veritas mea. Co. Beat⁹ ser. cl.

Epsa. Iustu dedu. clix.

nostri iesu christi: per quem michi mundus crucifixus est et ego mundo. In christo enim iesu neque circuncisio aliquid valet neque preputium sed noua creatura. Et quicunque hanc regulam secuti fuerint: pax super illos et misericordia et super israel dei. De cetero: nemo michi molestus sit. Ego enim stigmata domini nostri iesu christi: in corpore meo porto. Gratia domini nostri iesu christi: cum spiritu vestro fratres amen. R. Os iusti meditabitur. Alleluya. V. O patriarcha pauperum francisce tuis precibus auge tuorum numerum in caritate christi quos cancellatis manibus cecutiens ut moriens iacob benedixisti. Sequentia. Adest nobis. Secundum matheum. x.

IN illo tempore. Respondens iesus: dixit. Confiteor tibi domine pater celi et terre: qui abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia michi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius. et cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam vos: Tollite iugum meum super vos: et discite a me quia mitis sum et humilis corde. et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est: et onus meum leue. Offertorium. Veritas. Secreta.

MUnera tibi domine dicata sanctifica et intercedente beato francisco ab omni nos culpe labe purifica. Per dominum. Communio. Fidelis seruus. Postcommunio.

ECclesiam tuam domine quesumus gratia celestis amplificet quam beati francisci illuminare voluisti gloriosis meritis et exemplis. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. ¶ In dominica infra octa. dedicationis ecclesie et in octa. omnia sicut in die preter sequentiam. ¶ Sancti marci episcopi et confessoris. Officium. Sacerdotes ~~dei~~. tui clviii Oratio.

EXaudi quesumus domine preces nostras et intercedente beato marco confessore tuo atque pontifice supplicationes nostras placatus intende. Per. Iustus si morte. R. Inueni dauid. Alleluya. V. Iustus germinabit. vnius martyris. Euange. Si quis vult venire. Offerto. Veritas. Secreta.

ACcepta tibi sit domine sacre plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum iesum. Communio. Beatus seruus. clx Postcommunio.

DA quesumus domine fidelibus populis sanctorum tuorum semper veneratione letari et eorum perpetua supplicatione muniri. Per. ¶ Sancti dyonisii sociorumque eius missa matutinalis de tempore. Ad magnam missam. Officium. Intret in conspectu. Oratio.

DEus qui hodierna die beatum dyonisium virtute constantie in passione roborasti quique illi ad predicandum gentibus gloriam tuam rusticum et eleutherium sociare dignatus es: tribue nobis quesumus ex eorum imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere et nulla eius aduersa formidare. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum. Epistola. Sancti per fidem. R. Vindica domine. Alleluya. V. Fulgebunt iusti. Sequentia.

R. Dne preuenisti. clix. Alla. Justus ut. clix. Euang. Ecce nos reliq. c.xiii. Off. Veritas. clx. Co. Beatus ser. clx.

R. Gloriosus. clv. Alla. V. Justi epu. clv.

Gaude prole grecia glorietur gallia patre dyonisio. Exultet uberius felici parisius illustris martyrio Spiritali gaudio gaude felix concio martyrum presentia. Quorum patrocinio tota gaudet regio regni stat potentia. Iuxta patrem positi bellatores incliti digni sunt memoria. Sed illum precipue recolit assidue regalis ecclesia. Hic a summo presule directus ad galliam non gentis incredule veretur insaniam. Gallorum apostolus venerat luteciam quam tenebat sub hostis velut propriam. Hic errorum cumulus & omnis spurcicia hic infelix populus gaudens ydolatria. Adorabat ydolum fallacis mercurii: sed vicit dyabolum fides dyonisii. Hic constructo christi templo verbo docet et exemplo chorusscat miraculis Turba credit error cedit fides crescit et clarescit nomen tanti presulis. His auditis fit insanus immitis domicianus mittitque sisinium. Qui pastorem animarum fide vita signis clarum trahat ad supplicium. Infliguntur seni pene flagrat carcer et cathene catastam lectum ferreum et estum vincit igneum. Prece domat feras truces sedat rogum prefert cruces post clauos et patibulum translatus ad ergastulum. Seniore celebrãte missam turba circunstante christus adest comitante celesti militia. Specu clausum carcerali consolatur et vitali pane cibat immortali coronandũ gloria. Prodit martyr moriturus sua securi stat securus ferit lictor sicque victor consummat gladio. Se cadauer mox erexit truncus truncum caput vexit quo ferentem hoc direxit angelorum legio. Tam preclara passio repleat nos gaudio. Amen.

cxli

Euangelium. Respondens iesus dixit Confitebor. quere in die sancti francisci. Credo. Offertorium. Exultabunt sancti in gloria. clvii Secreta.

Hostia domine quesumus quam sanctorum tuorum dyonisii rustici et eleutherii natalicia recensentes offerimus: & vincula nostre prauitatis absoluat: & tue nobis misericordie dona conciliet Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Communio. Iustorum anime. clvii Postcommunio.

Quesumus omnipotẽs deus: ut qui celestia alimenta percepimus: intercedentibus sãctis tuis dyonisio rustico & eleutherio per hec contra omnia aduersa muniamur. Per. Sancti nigasii sociorumque eius. Officium. Multe tribulationes. or. Deus qui nos concedis Epla. Iusti autem in perpe. ℟. Timete dñm. Allã. ℣. Te martyrũ. seqñ. Ecce pulchra. Euãg. Cum audieritis Offertorium. Letamini i dño. Cõio. Et si coram. Sancti calixti pape et martyris Officium. Iustus ut palma. Oratio.

Deus qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere ad morem tuum nos misericorditer per sancti martyris tui calixti exempla restaura. Per. Epla. Nemo militans. ℟. Ecce sacerdos in communi unius confessoris. Allã. ℣. Disposui. in communi unius confessoris. Euangelium. Nolite arbitrari. Offerto. Inueni dauid unius confessoris. Secreta.

Mistica nobis domine prosit oblatio que nos et a reatibus nostris expediat & perpetua saluatione confirmet. Communio. Semel iuraui. unius confessoris. Postcõio. l.iiii.

Calixti. Offic. Statuit. clviii. Epla. Plures facti sunt sa. clviii. ℟ Os iusti. clix. Alla. Disposui. clix. Eua. Qui vos audit. clx. Off. Veritas. clx. Co. Beatus ser. clx.

Quesumus omnipotens deus: ut et reatum nostrū munera sacrata purificent: et recte uiuendi nobis operentur effectum. Per. ℂ Sancti leonardi abbatis. Officiū. Os iusti. Oratio. Intercessio. Epistola Dedit dominus confessionem. ℟. Os iusti. Alleluya. ℣. Iste sanctus. Euang. Nemo accendit lucernam. Offerto. Desiderium anime. Communio. Fidelis seruus. ℂ Sancti michaelis in monte tumba Officium. Bñdicite dominū. Oratio. Deus qui miro ordine: ℂ Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. i.

In diebus illis. Significauit deus que oportet fieri cito loquens per angelum suum seruo suo iohanni: qui testimonium perhibuit verbo dei. et testimoniū iesu christi in his quecūq; vidit. Beatus qui legit et qui audit verba ꝓphetie huius: et seruat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Johannes septem ecclesiis que sunt in asia: gratia vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui ventur⁹ est. Et a septem spiritib⁹ qui in cōspectu throni eius sunt: et ab iesu christo qui est testꝫ fidelis primogenitus mortuorum et prīceps regū terre. Qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris: in sanguine suo ℟. Benedicite domino. Alleluya. ℣. In conspectu angelorum. &c. ut in alio fes. sine seqn̄tia. nisi ad placitū. Sequentia.

Laus erūpat ex affectu psallat chorus in conspectu supernorum ciuium. Laus iocunda laus decora quando laudi concanora puritas est cordium. Michaelem cuncti laudant nec ab eius se defraudent diei leticia. Felix dies qua sanctorum recensetur angelorum solennis victoria. Dracho vetus exturbatur et drachonis effugatur inimica legio. Exturbatus est turbator & proiectus accusator a celi fastigio. Sub tutela michaelis pax in terra pax in celis laus et iubilatio. Cum sit potēs hic virtute pro communi stans salute triūphat in prelio. Suggestor sceleris pulsus a superis per hui⁹ aeris oberrat spacia. Dolis inuigilat virus insibilat sed hunc adnichilat ꝑsens custodia. Tres distincte hierarchie iugi vacant theorie iugiq; psallentio. Nec obsistit theoria siue iugis armonia iugi ministerio. O q̄ mire caritatis est superne ciuitatꝫ ter trina distinctio. Que nos amat et tuetur ut ex nobis restauretur ei⁹ diminutio. Sicut sunt hominum diuise gratie sic erunt ordinum distincte glorie iustis in premio. Solis est alia q̄ lune dignitas stellarum varia relucet claritas sic resurrectio. Vetus homo nouitati se terreni puritati conformet celestium. Coequalis hic futurus licet nundum plene purus spe presumat premium. Ut ab ipsis adiuuemur hos deuote ueneremur instā tes obsequio. Deo nos cōsiliat angelisq; sociat sincera deuotio. De ceteris reticentes interim celestibus erigamus puras mentes in celum cum manibus. Ut superna nos dignetur coheredes curia & diuina collaudetur ab utrisq; gratia Capiti sit gloria membrisq; concordia. Amen. Et cetera omnia sicut in alio festo. et dicitur Credo. ℂ Sācti luce euāgeliste. Officium. In medio ecclesie. quere in communi unius confesso. Oratio.

Interueniat pro nobis quesumus domine sanctus tuus lucas euāgelista: qui crucis mor

tificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per. Epistola. Beat⁹ homo qui sue. in vigil. vni⁹ apli. ℟. Justus vt palma. vni us mar. Alla. ℣. Primus ad xpo vni⁹ apostoli Sequ. Jocundare. vni⁹ apostoli. Euāg. Designauit dominus. Credo. Offr. Glia et honore vnius martyris. Secreta.

Donis celestibus da nobis domine quesumus libera mente seruire vt munera que deferimus interueniente beato euangelista tuo luca: et medelam nobis operentur et salutem. Per dominū Prefa. cōis. Cōio. magna ē vni⁹ mar. Postcō

Presta quesumus omnipotens deus: vt id quod de altari tuo sācto accipimus: precibus beati euangeliste tui luce sanctificet animas nostras p quod tuti esse possum⁹. Per. Sancti melloni archiepi rothomageñ. Offm. Statuit. oro. Da quesumus omnipotens deus. Lectio malachie prophete. secundo.

Hec dicit domin⁹ deus: Scitis quia nisi ad vos mandatum istud vt esse pactū meum cū leui: dicit dominus exercituū. Pactum meum fuit cum eo vite et pacis. Et dedi ei timorē et timuit me: et a facie nois mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore ei⁹: et iniquitas nō est inuēta in labiis ei⁹. In pace et equitate ābulauit mecū et multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam: et legē requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. ℟. Ecce sacerdos. Allā. ℣. Inueni dauid. Euāg. Sit lū bi. Offr. Ueritas. Cōio. Beatus seru⁹. Sācti romani. Offm. Sacerdo. tui. Oratio

Deus cui beatus roman⁹ pōtifex ita sanctitatis gratia decoratus complacuit: vt tuorū cōsortium in celis promereretur sanctorum da ecclesie tue quesum⁹ ei⁹ interuētu perpetuam consequi leticiam: cuius depositionis diē gratulando celebrat solennem. Per. Epistola. Dilectus deo. ℟. Inueni dauid. Allā. ℣. Iste sanctus. Euā. Uigilate quia. Offr. Inueni dauid. Secreta.

Suscipe quesumus omnipotens deus misticam humilitatis nostre oblationem quā pro veneratione almiflui presulis romani tue offerimus maiestati: quatenus eius patrocinantibus meritis p hec ipsa sacrificia a cūctis exuamur peccatis. Per. Communio. Fidelis seruus. Postcommunio.

Familiam tuam quesumus domine quam sacrosancti corporis et sanguinis tui participatione recreasti solita respice pietate: quatenus sancti pastoris nostri romani precibus fulcita continuis et a terrenis huius seculi liberetur incōmodis et etheris redimiatur incrementis. Qui viuis. Sanctorum crispini et crispiniani martyr. Officium. Loquetur. Oratio. Deus qui nos concedis. Epla. Lingua sapientiū. ℟. Alla nīa. All. ℣. Mirabilis deus in san. Euang. Ponite in cordib⁹ vestris. Offr. Exultabūt. Cōio. Etsi coram hominibus. In vigilia apostolor symonis et iude. Offm. Intret in conspectu. In communi plurimorum martyrum. Oratio.

Concede quesum⁹ omnipotens deus: vt sicut apostolorum tuorum symonis et iude gloriosa natalicia preuenimus: sic ad tua beneficia promerāda maiestatem tuam pro nobis ipsi preueniāt Per dnm. Lctō actuū apostolorū. v.

In diebus illis. Consenserūt scribe et pharisei vniuerse

Epla. Qui timet. fo. ix. Alla. Dextre. cxxxix. Epla. Iustorum aie. cliii.

turbe et conuocantes apostolos ce
sis denunciauerũt ne oĩno loquerẽ
tur in nomine iesu & dimiserũt eos
Et illi quidam ibant gaudentes a
conspectu consilii: quoniam digni
habiti sunt pro nomine iesu contu-
meliam pati. Omni autem die nõ
cessabãt in templo et circa domos
docentes et euangelizantes iesum
christum. ℟. Uidica dñe. Allã. ℣. In om
nẽ terrã. Si dñica fue. Euãg. Hec mãdo
vobis. Offer. Exultabũt sancti. In commu
ni plurimorum martyrum. Secreta

Muneribus nostris domine
apostolorũ symonis & iude
festa precedẽtes quesumus vt que
consciẽtie nostre prediuntur ob sta
culis eorum meritis grata reddan
tur. Per. Cõmunio. Iustorũ aĩe. Postcõio

Sumpto domine sacramen
to suppliciter deprecamur
vt intercedentibus beatis aposto-
lis tuis symone et iuda. quod tem-
poraliter gerimus ad vitam capia
mus eternam. Per. In die missa matu.
de tempore. Ad magnam missam. Officium
Michi autem. cxlix Oratio.

Deus qui nos p̲ beatos apo-
stolos tuos symonem et iu-
dam ad agnitionẽ nominis tui ve
nire tribuisti: da nobis eorum glori
am sempiternam et proficiendo ce
lebrare et celebrãdo proficere. Per
Epla. Iam non estis. ℟. Nimis hono-
rati. Allã. ℣. Per manus autem. Sequẽtia.
Clare sanctorum. Secundũ matheũ. x.

Epla. Scim⁹. clv.
Alla hoc e p. cxlix

In illo tempore. Misit iesus
duodecim discipulos suos p̃
cipiens eis et dicens. In viam gen-
tium ne abieritis et in ciuitates sa
maritanorum ne intraueritis: sed
potius ite ad oues que perierũt do
mus israel. Euntes autem predica
te dicentes: quia appropinquabit
regnum celorum. Infirmos cura-
te mortuos suscitate leprosos mũ-
date demones eiicite. Gratis acce-
pistis. gratis date. Nolite posside-
re aurum neq̨ argentum neq̨ pe-
cuniam in zonis vestris. Non perã
in via neq̨ duas tunicas neq̨ calci-
amenta neq̨ virgam. Dign⁹ ẽ eni
operarius: cibo suo. Credo. Offerto-
rium. In omnem terram. cxlix Secreta.

Gloriam domine sanctorũ
apostolorum symonis & iu
de perpetuam recolentes. quesu-
mus vt eadem sacris mysteriis ex
piati dignius celebremus. Per. Pre
fationes. Te domine sup. Communio.
Uos qui secuti. cxlix Postcommunio.

Perceptis domine sacramẽ
tis supplices te rogamus:
vt intercedentibus beatis aposto-
lis tuis symone et iuda: que pro illo
rum veneranda gerimus passione
nobis proficiant ad medelam. Per

Sancti quintini martyris si volueris. Offici
um. Letabitur. Oratio.

Deus tuorum gloria marty
rum presta quesumus: vt
beati martyris tui quintini cui⁹ fe-
sta celebramus: sentiamus auxiliũ
Per. Epla. Beatus vir qui ĩ sapi. ℟.
Beat⁹ vir qui timet do. Allã. ℣. Posuisti do
mine. Euangeliũ. Qui amat patrem.
Offertorium. In virtute: Secreta.

Sacramenta presentia que-
sumus domine intercedẽ-
te beato martire tuo quĩtino beni
gne sanctifica nosq̨ a peccatorum
nostrorum nexibus ipsius meritis
pi⁹ absolue. Per. Cõio. Posuisti. Postcõio

Sumptis sacris munerib⁹
domine quesumus: vt bea
ti quintini intercessione nos vite la
bentis cursu iugi moderamine gu
bernes et ad gaudia sempiterna p̲

ducas. Per. In vigilia omnium sanctorum Officium. Timete dominum. Oratio

Domine deus noster multiplica super nos misericordiam tuam et quorum preuenimus gloriosa solennia: tribue subsequi in sancta professione leticiam per. Non sequuntur memorie. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. quinto.

Ego iohannes vidi in medio throni et quattuor animalium et in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum habentem cornua septem: et oculos septem qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. Et venit: et accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum aperuisset librum quattuor animalia: et vigintiquattuor seniores ceciderunt coram agno habentes singuli cytharas et phialas aureas plenas odoramentorum que sunt orationes sanctorum. Et cantabant canticum nouum dicentes. Dignus es domine accipere librum et aperire signacula eius: quoniam occisus es et redemisti nos deo in sanguine tuo. Ex omni tribu et lingua et populo et natione et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes et regnabunt super terram. Et vidi et audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni et animalium et seniorum et erat numerus eorum milia milium voce magna dicentium: Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem et diuinitatem et sapientiam: et fortitudinem et honorem et gloriam et benedictionem in secula seculorum. Amen. R. Timete dominum. Alla. Si dominica fuerit Fulgebunt. etc. Secundum iohannem.

In illo tempore. Respiciens iesus in discipulos suos: dixit

R. Exultabunt. clv. Euangelium. Descendens ihesus de monte. clvi.

Pater sancte: serua eos in nomine tuo quos dedisti michi vt sint vnum sicut et nos. Cum essem cum eis ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti michi ego custodiui et nemo ex his periit nisi filius perditionis vt scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio: et hec loquor in mundo vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: et mundus eos odio habuit quia non sunt de mundo sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum ita et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico me ipsum: vt sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum: sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me. Vt omnes vnum sint sicut tu pater in me et ego in te: vt et ipsi in nobis vnum sint vt credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti michi dedi eis: vt sint vnum sicut et nos vnum sumus. Ego in eis et tu in me: vt sint consummati in vnum et cognoscat mundus quia tu me misisti et dilexisti eos sicut et me dilexisti. Pater quos dedisti michi volo vt vbi sum ego: et illi sint mecum. Vt videant claritatem meam quam dedisti michi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste: mundus te non cognouit. Ego autem te cognoui. Et hi cognouerunt quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum et notum faciam vt dilectio qua dilexisti me: in ipsis sit: et ego in ipsis. Offertorium. Exultabunt. Secreta.

Altare tuum domine deus muneribus cumulamus obla

Off. Mirabilis. clvii.

tis da quesumus: vt ad salutē nostra omnium sanctorum tuorum deprecatione proficiant. quorum solennia ventura precurrimus. Per dn̄m. Cōio. Iustorū anime. Postcōmunio.

Co. Gaudete. cxvij

Sacramentis domine et gaudiis optate celebritatis expletis: quesumus vt eorum precibus adiuuemur. quorum recordationibus exhibent̄ Per dominum. Ad magnam missam. Officium.

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore omnium sanctorum de quorum solennitate gaudent angeli et collaudēt filiū dei. Ps. Exultate iusti in dn̄o rectos decet collaudatio. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui nos omnium sanctorum tuorū merita sub vna tribuisti celebritate venerari. quesumus vt desideratam nobis tue propiciationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per.

Lectō libri apocalipsis btī iohannis apl̄i. vii.

Ecce ego iohānes vidi alterum angelum ascendentē ab ortu solis habentem signū dei viui et clamauit voce magna quattuor angelis quibus datum est nocere terre et mari dicēs. Nolite nocere terre et mari neqꝫ arboribus: quoadusqꝫ signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. Et audiui numerum signatorum centū quadraginta quattuor milia signati ex omni tribu filiorum israel. Ex tribu iuda duodecim milia signati. Ex tribu rubem: duodecim milia signati. Ex tribu gad: duodeci milia signati. Ex tribu aser: duodeci milia signati. Ex tribu neptalim: duodeci milia signati Ex tribu manasse: duodecim milia signati. Ex tribu symeon: duodecim milia signati. Ex tribu leui duodecim milia signati: Ex tribu ysachar: duodecim milia signati Ex tribu zabulon: duodeci milia signati. Ex tribu ioseph: duodecim milia signati. Ex tribu beniamin: duodecim milia signati. Post hec vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus et tribubus et linguis et populis stantes ante thronum et in conspectu agni amicti stolis albis: et palme in manibus eorū. Et clamabant voce magna dicētes. Salus deo nostro: qui sedet super thronum et agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorum et quattuor animalium. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas: et adorauerunt deum dicentes amen. Benedictio et claritas et sapientia et gratiarū actio honor et virtus et fortitudo deo nostro: in secula seculorum. Amen. R. Gloriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciens prodigia V. Dextera tua domine glorificata est in virtute dextera manus tua confregit inimicum Alleluya. V. Iudicabūt sācti nationes et dominabuntur populis et regnabit rex illorum in eternum. Sequentia.

Christo īclito cādida nostra canant melodia agmina Laudes omnibus dantia sanctis p hec sacrata festalia. Mariā primū vox sonet nostra per quam nobis sūt vite data premia. Regina que es mater et casta terge nostra per filium facinora. Angelorum cōcio sacra et archangelorum turma inclita. Nostra diluantiam peccata prestando supernam celi gloriam Tu ppheta pco lucerna atqꝫ plus-

R. Timete dn̄m. fo. clv.

q propheta In lucida nos pone via emundans nostra corpora. Apostolorum princeps atq cuncta caterua. Iam corroboza vera in doctrina plebis pectora. Stephane glori ose rutilans in corona sanctorumq martyrum turma valida. Fortia date corda corpora eq firma sacra vt hoste vincant rite spicula. Martine inclite presulumq omnis caterua. Suscipe nunc pia nostra clemẽs precamina. Regina virginum premaxima tu mater es in corrupta virgo et grauida. Sacrata dño et casta nostra serua animas mundaq corpora. Electorum venerãda suffragia. Omniumq sanctorũ contubernia. Per precata assidua nostra gubernent tempora. Nosq ducant ad superna polorum vera gaudia. Subiungant pium agmina amen redẽpta. Secũdũ matheũ. v.

In illo tempore. Uidẽs iesus turbas ascendit in montẽ Et cum sedisset: accesserunt ad eũ discipuli eius. Et aperiẽs os suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum ẽ regnum celorum. Beati mittes: quoniam ipsi possidebunt terrã. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriũt et sitiũt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbũt. Beati pacifici: quoniam filii dei vocabuntur. Beati q persecutionem patiuntur propter iusticiam quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cũ maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum aduersum vos mentiẽtes propter me. Gaudete et exultate ecce enim merces vestra copiosa ẽ in celis. Credo. Offertoriũ. Letamini i dño & exultate iusti & gliamini oẽs recti corde

Secreta. Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus que & pro cunctorum tibi grata sint honore sanctorum: et nobis salutaria te miserante reddantur Per. Cõio. Posuerunt mortalia seruorũ tuorum domine escas volatilibus celi carnes sãctorum tuorum bestiis terre secũdum magnitudinẽ brachii tui posside filios morti punitorũ. Postcõio

Da quesumus domine fidelibus populis omnium sanctorum semper veneratione letari: et eorum perpetua supplicatione muniri. Per. In cõmemoratione oim fideliũ defunctorum. missa matuti. de tempore. maior missa de defũctis. Officium. Requiem. cxxii Oratio.

Fidelium deus omnium conditor & redemptor animabus famulorũ famularumq tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur. Qui viuis. Epla. Uir fortissimus. R. Requiem eternam dona eis domine. V. In memoria eterna. Requiẽ eternã dona eis dñe. Sequentia

De profundis clamantes gemimus et gemendo preces effundimus exaudi nos dñe Miserere misertus miseris qui saluator et salus diceris competenti numine. Sicut ceruus ad fõtes properat sic anima ad te desiderat fõs misericordie: Fontis huius aquis nos abluas nec secundum culpas retribuas deus indulgẽtie. Nec mẽsuram obserues scelerũ nec culparum numeres numerum sed da locum venie. Non est opus reis iudi

Co. Beati mũdo corde qm ipsi deu videbunt beati pacifici qm filii dei vocabũt. bi q psecutione patiũt ppt iusticia qm ipoz est regnũ celorũ.

cio sed afflictis detur remissio dono tue gratie. Tu dixisti vos qui laboribus pressi estis atqꝫ oneribus ego vos reficiam. Ecce ad te pressi confugimus ad te solo refici petimus per tuam clementiam Nec facturā tuā despicias dās reis remedia Qui venturus es iudex omnium animabus cunctis fidelium des eterna gaudia. Amen dicant omnia sanctorum agmina. Euangelium. Ego sū panis. Offer. Dñe iesu. Hostias ꝫ pces. Secreta

H Ostias qs domine quas tibi pro animabus famulorum famularumqꝫ tuarum oratio proficiat supplicātium: vt quibus fidei xpiane meritum contulisti dones et premium. Per. Communio. Lux eterna. Postcommunio.

A Nimabus quesumus domine famulorum famularūqꝫ tuarum oratio proficiat supplicantium vt eas et a peccatis omnibus exuas et tue redemptionis facias esse participes. Qui viuis. Scti maturini. Officium. Os iusti. clviii Oratio.

D Eus qui fidelem seruū tuū beatum maturinum cōfessorem tuum inter electos conciues tuos gloria et honore coronasti psta quesumus: vt eius meritis et pcibus sanctitatem ipsius sacris semper satagamus operibus imitari vt cum ipso possimus gloriosa claritatis tue perennitate perfrui: et eterna visione tua pereniter gloriari. Per. Epla. Iustum deduxit. R. Dñe pūe. Allā. V. Iustum deduxit Seqn.

F Lore syon decoratur et decora serenatur et serena iocundatur gallie lucifero. Maturinus flos iocundus fructus vite flos fecundus sine mundi ceno mundus pullulat a tenero. O vir sancte maturine vir virtutum vir diuine vir mature medicine medere languētibus. Stringe carnis nostre fluxū sicca mare purga luxum ne mergatur post refluxum mellitis in fluctibus. Ire feruor extinguatur sitis opum cōpescatur fel liuoris excludatur et mordax detractio. Ut viuamus emundati regno dei preparati sole xpo serenati in solari solio Amen. Euangelium. Nemo accendit clix Offertorium. Inueni dauid. Secreta.

A Pud tuam clementiam omnipotens deus: nos cōmendet beatus confessor tuus maturinus vt ipso intercedente presentia sanctifices munera oblata. quatenus te misericorditer agente efficiantur nobis anime et corporis salus ꝫ eterna vita. Cōio. Semel iuraui clix Postcōio

D Eus qui fideli famulo tuo maturino desiderium anime eius tribuisti fac nos eius intercessione felici per hec sacrosancta q̄ sumpsimus sacrificia. a cunctis malis visibilibus et inuisibilibus liberari et in tua sanctorum beatitudine cum electis tuis perpetua contemplationis tue recreatione satiari. Per. Sancti eustachii cū sociis suis. Officium. Sapientiam sanctorum. Oratio

D Eus qui beatum eustachium in tentationibus probasti et probatum coronasti ipsius sociorumqꝫ eius sanctis meritis in omnibus tentationibus et tribulationibus tuum nobis presta auxilium et sempiternum gaudium Per dominum. Epla. Iustorum anime. R. Exultabunt. Allā. V. Sācti tui domine. Euangelium. Uidens iesus turbas. Offer. Mirabilis deus in sctis. Secreta

S It tibi omnipotens pater hoc olocaustum sicut quod

Eustochii. Offic. Salus aut. clvi. Epi. Stabunt. clxxxvii. R. Iustor aie. clv. Alla. Fulgebunt iusti. clv. Eu. ca. Descendens ihs. clvi. Off. Exultabunt. clvi. Co. Amen dico. clviii

tibi obtulit q peccata nostra i cru-
ce pertulit et sancto eustachio cu3
sociis suis intercedente ad tua san
cta sumenda nos dignos prepara
Per. Communio. Ego vos elegi in commu
ni apostolorum. clviii. Postcommunio.
Sicut beatus eustachius cū
sociis suis domine in celesti
claritate purus rutilat: sic sācta q̄
sumpsimus illis intercedentib⁹ pu
ros nos tibi efficiant. Per dominū
nostrum. Sancti leonardi abbis. Officiū
Os iusti meditabitur. clviii. Oratio.
Maiestati tue quesumus do-
mine sanctissimi cōfessoris
tui leonardi nos pia iugiter cōmē
det oratio vt que3 deuoto venera
mur officio: ipsius suffragio suble-
uemur optato. Per. Epla. Iust⁹ cor
suū. clviii. R. Os iusti. Allā. V. Iust⁹ vt pal
ma florebit. vnius martyris. Euā. Nemo
accēdit lucer. offr. Posuisti domine. Se
Muneribus sacris et precib⁹ creta
beati leonardi nos domine
succurre placatus et presta vt quod
fideliter petimus efficaciter conse-
quamur. P. Cōio. Fidelis seru⁹. clxi. Post
Purificet sēp et muniat cōio.
tui nos dñe susceptio sacra-
mēti et itercessiōe scti leonardi cō
fessoris tui perpetuis per eam me-
reamur gaudiis admisceri. P. San-
ctorū quattuor coronatoru3. Officium. In
tret in conspectu. clii. Oratio.
Presta quesumus omnipo-
tens deus: vt qui gloriosos
martyres tuos claudiū nichostra-
tum simphorianum castoru3 atq3
simplicium fortes in sua confessio-
ne cognouimus: pios apud te i no-
stra intercessione sentiamus. Per
Epla. Iustoru3 anime. clv. R. Vindica
Allā. V. Scti et iusti. Euang. Ponite ergo
in cord. clvi. offr. Aia nr̄a. clviii. Secreta.

Quattuor coro. Offic. Salus aut. clii. Epla.
Iusti i ppe. clv. R. Exultabt. clv. Alla. V. Iudica
bunt. clv. Eua. Videns ihs turbas. cxlv.
Off. Letamini. clvii. Co. Iustoru. fo clvii

Benedictio tua domine lar-
ga descendat que et mune-
ra nostra deprecātibus sāctis mar
tyribus tuis tibi reddat accepta et
nobis sacramentum redemptiōis
efficiat. P. Cōio. Posuerūt. clviii. Postcōio
Celestibus refecti sacramen
tis et gaudiis supplices te do
mine deprecamur vt quorum glo
riamur triumphis ptegamur sub
sidiis. Per. Sancti theodori martyris
Officium. In virtute. cl. Oratio.
Deus qui nos beati theodo
ri martyris tui confessione
gloriosa circundas et protegis. pre
sta nobis eius imitatione profice-
re: et oratione fulciri. Per dominū
Epla. Beat⁹ vir qui i sapiētia. cl. R.
Posuisti dñe. Allā. V. Letabitur. Euāg. Si
qs vult post me. cli. Offertoriu3. Gloria et
honore. Se-
Suscipe domine fi
delium preces cum oblatio
nibus hostiarum et intercedente
beato theodoro martyre tuo p hec
pie deuotionis officia ad celestem
gloriam transeamus. Per domi-
nu3. Cōmunio. Posuisti dñe. Postcōmunio.
Presta nobis domine quesu-
mus intercedēte beato the-
odoro martyre tuo: vt que ore con
tigimus pura mente capiam⁹. P.
dominū. Sancti martini misse matuti de
sancto menna martyre. Offm. Os iusti.
clviii. Or. Presta quesumus omni-
potens de⁹. Epla. Iustus si morte. clt
R. Posuisti dñe. Allā. V. Letabitur. Euā.
Si qs vult post me. cli. Offr. Desideri
um vni⁹ cōfessoris. Cōio. Magna est. Ad ma
gnā missā. Offm. Statuit ei dñs. clviii
Deus qui conspicis quia Or.
ex nulla nostra virtute sub-
sistimus concede propicius vt in-
tercessione beati martini confesso-
ris tui atq3 pōtificis contra omnia

Epla. Iustus cor suu. clviii. R. Gloria et ho. cl.

Co. Gloria et ho. cli

Epi. Beat⁹ vir q̄ inuet⁹. cl. R. Gloria et ho. clv. Eua. Homo pe[illegible] clxi.

aduersa muniamur. Per dñz. Epl'a Ecce sacerdos. clviii. R. Dñe puenisti. Allã. V. Hic martin⁹ paup et modic⁹ celũ di ues ingreditur hymnis celestib⁹ honoratur. Sacerdotẽ xp̄i. Sequentia

S martinum cuncto per orbem canat ecclesia pacis catholice Atq illi⁹ nomẽ oĩs heretic⁹ fugiat pallidus. Pannonia letetur genitrix talis filii. Italia exultet alitrix tanti iuuenis. Et gallie trina diuisio sacro certet litigio cuius esse debeat presul. Sed pariter habere se patram omnes gaudeant turoni soli eius corpus foueant. Huic frãcorũ atq germanie plebs omnis plaudat. Quib⁹ videndũ inspexit dominũ ĩ sua veste. Hic celebris est egypti patribus grecie quoq cunctis sapiẽtib⁹ Qui impares se martini meritis sentiunt atq eius medicamĩ. Nã febres cedat demones effugat palitica mẽbra glutinat. Et mortuorum sua prece triuz dedit corpora vite pristine. Hic ritus sacrilegos destruxit et ad xp̄i gloriam dat ignibus ydola. Hic nudis misteria brachiis conficiens preditus est celesti lumine. Hic oculis ac manibus in celum et totis viribus suspensus terrena cuncta respuit Eius ori nunq̃ christus defuit siue iusticia vel quicquid ad veram vitam pertinet. Igitur te cuncti poscimus o martine vt qui multa mira hic ostendisti Etiaz de celo gratiam christi nobis supplicatu tuo semper infundas. Amen. Euã. Sit lũbi vestri. Offer. Ueritas. clxi. Secreta

D A quesumus misericors deus vt hec salutaris oblatio intercedente beato martino confessore tuo atq põtifice ⁊ a propriis reatibus indesinenter expediat: et ab omnib⁹ tueatur aduersis. Per Cõio. Martinus abrahe sinu letus excipitur martinus hic pauper et modicus celũ diues ĩgreditur hymnis celestibus honorat⁊ Postcõ.

Q Uos celesti domine cibo et poculo recreasti interueniente beato martino cõfessore tuo atq pontifice fac in regno tuo tecũ in eternum gaudere. Per dominũ

Dñica infra oct. missa matuti. de dñica maior missa de oct. Sãcti brictii epi et confessoris. Offm. Sacerdotes. Or. Da q̃sumus omnipotens deus. Epl'a. Ecce sacerdos magn⁹. R. Inueni dauid seruum. Allã. V. Iste sãctus Euã. Uigilate Offer. Ueritas. Cõio. Beatus seruus Sancte ceronne virginis. Si volueris. Officium Dilexisti iusticiam. Oratio. Exaudi nos deus. Epistola. Dilexisti iusticiã. Allã V. Ueni sponsa. Euãgelium. Simile est regnũ celorum thesauro. Offertoriũ Offerẽtur. Cõio. Diffusa est gratia. In octabis sãcti martini omnia vt ĩ die. seq̃n Adest nobis. et. Credo. nisi dominica sit missa matuti. de tempore. Sancte cecilie virginis. Officium. Loquebar. Oratio

D Eus qui nos annua beate cecilie virginis et martyris tue solennitate letificas da vt quam veneramur officio: etiã pie cõuersationis sequamur exemplo Per. Epl'a. Domine deus meus ex. R. Audi filia et. Allã. V. Ueni sponsa. Euã. Simile est regnum celorum Offertorium. Offerentur. Secreta.

H Ec hostia quesumus domine placationis et laudis: interueniente beata cecilia martyre tua nos propiciatiõe sẽper dignos efficiat. Per dominum. Communio. Confundantur. Postcommunio.

S Atiasti domine familiam tuam munerib⁹ sacris eius quesumus semper interuentione

nos refoue/ cuius solennia celebramus. Per do. ¶ Die sancti clementis pape et martyris, missa matu. de sancta felicitate. Officium. Loquebar. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt beate felicitatis martyris tue solennia recensentes/ meritis ipsius protegamur et precib9. Per dominum. Epistola. Sapientia vincit maliciam. R. Dilexisti iusticiaz. Alleluya. V. Diffusa est. Sequentia. Supne. Euangelium. Simile est regnum celorum fermento. Offerto. Filie regu

Vota populi tui domine propiciatus intende. Secreta. Et quorum nos tribuis solennia celebrare: fac gaudere suffragiis. Per dominu. Coio. Diffusa. Postcoio.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt intercedentib9 sanctis tuis: et tua in nobis dona multiplices/ et tempora nostra disponas. Per dominum nostrum.

Ad magnam missam. Officium.

Dicit dominus sermones mei quos dedi in os tuu non deficient de ore tuo adest enim nomen tuuz et munera tua accepta erunt sup altare meum. Ps. Domine exaudi orationem meam auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iusticia. Gloria patri. Oratio.

Deus qui nos annua beati clementis martyris tui atq3 pontificis solennitate letificas: concede propicius: vt cuius natalicia colimus: virtutem quoq3 passionis imitemur. Per dominum. Epistola. Dilectus deo. R. Posuisti domine. Alleluya. V. Te martyrum. Plurimorum martyrum. Euangelium. Nisi granum. Offerto. Desiderium. Secreta.

Munera tibi domine oblata sanctifica. et intercedente beato clemente martyre tuo atq3 pontifice per hec nos a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominum nostrum. Communio. Beatus seruus. vnius confes. Postcommunio

Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine quesumus domine deus noster: vt quod pia deuotione gerimus/ intercedente beato clemente martyre tuo atq3 pontifice certa redemptione capiamus. Per dominum. ¶ Sancti grisogoni martyris. Officium. Iustus non conturbabitur. cl. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris. vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus: beati grisogoni martyris tui intercessione liberemur. Per dominum. Epistola. Nemo militans. R. Iustus vt palma. Alleluya. V. Iustus non conturbabitur. cl. Euange. Nisi granu frumenti. Offerto. In virtute. Secreta.

Oblatis quesumus domine placare muneribus: et intercedente beato grisogono martyre tuo: a cunctis nos defende periculis. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Communio. Posuisti domine. cli. Postcommunio.

Annue domine quesumus vt misteriis tuis iugiter repleamur et sancti grisogoni martyris semper muniamur auxiliis. Per dominum nostrum iesum christuz filium tuum. ¶ Sancte katherine virginis et martyris. Officium. Me expectauerunt. Oratio.

Deus qui dedisti legem moysi in summitate montis synai: et in eodem loco per sanctos angelos tuos corpus beate katherine virginis et martyris tue

t.i.

R. Gloria et ho. cl. Eua. Si quis vult venire post me. cli. Off. Desiderium. cli.

Officium. Gaudeamus. fo. clxi.

Clementis. Officium. Statuit. clxiii. Epla. Beatus vir qui in sa. cl. R. Iura. clix. Alle. V. [illegible] cl. Eua. Si quis vult post me ve. cli. Off. Veritas. clx. Co. Beatus ser. clx.

mirabiliter collocasti. presta quesumus: vt eius meritis et intercessione ad mōtem qui christus est valeamus peruenire. Qui tecum. Epistola. Domine deus meus. ℟. Audi filia. Alla. ℣. Fulget dies celebris qua de mūdi sanguine purpurea scādit super sydera virgo katherina cum gloria. Sequentia.

D Ulce melos nūc decet fideles choros alleluya. Virgo cetum celebrem vicit doctorū res miranda. Illustrauit carcerem cibans fouens virginem sol de stella Sol est dei filius stella mater illi⁹ semper clara. Multi cum porphirio triumphant martyrio pari forma Et regina credidit necdum penas reddidit fit corrupta. Cedrus alta sinay quam sumpserunt angeli valle nostra. Jam sponso immortali fit sponsa de mortali carne sumpta. Rota quam mens condidit praua prauos perdidit vult dum nūdum credidit esse ceca. Venduris qui aderant quibus que contigerant nec molire poterant hec predicta. Agmina supera cesam p ethera ferunt nec credūt gens misera. Virginis opera nostre nos libera a malo virgo puerpera. Alleluya. Euāgeliū. Simile est regnum celorum thesauro. Offertorium. Filie regum. Secreta.

M Unera domine presentis sacrificii que tibi offerimus in honore sancte katherine virginis et martyris tue fiant nobis ei⁹ precibus vita perpetua: ⁊ te donante salus infinita. Per dominum. Communio. Quicunq₃ fecerit. Plurimorum martyrum. Postcommunio.

S Umptis domine salut₃ eterne mysteriis suppliciter deprecamur: vt beate katherine virginis ⁊ martyris tue intercessione animas et corpora nostra custodias: et cunctas a nobis iniquitates expellas. Per dominum nostrum.

¶ Sancti lini pape et martyris. Officium. Sacerdotes ei⁹. vnius confessoris. Oratio. Presta quesumus omnipotens deus. Epistola. Justus si morte. ℟. Jurauit dominus. vnius confessoris. Alleluya. ℣. Posuisti domine. Euangeliū. Si quis venit ad. Offertorium. Veritas. vnius cōfessoris. Communio. Beatus seruus. vnius confessoris. ¶ Sancti saturnini martyris. missa matu. de defunctis. maior missa de vigilia sancti andree cum memoria sancti saturnini. Et si volueris. Offm̄. Letabit. Oratio

D Eus qui nos beati saturnini martyris tui concedis natalicio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per dominum nostrum iesum christum. Epistola. Beatus vir qui in sapientia. ℟. Posuisti domine. Alleluya. ℣. Beatus vir qui timet. Euangelium. Si quis vult post me. Offert. Gloria et honore. Secreta.

M Unera domine oblata sanctifica: et intercedente beato saturnino martyre tuo: per eadem nos placatus intēde. Per dominum. Cōio. Posuisti dn̄e. Postcōmunio

S Anctificet nos domine quesumus tui perceptio sacramenti: et intercessione sancti saturnini martyris tui tibi reddat acceptos. Per dominum. ¶ Sequitur officium presentationis beate marie virginis in templo quo celebratur. xxi. die mensis nouembris. Officium. Gaudeamus. vsupra. p̄s. Cuius vita inclita cunctas illustrat ecclesias. Oratio.

D Eus qui beatam virginem mariam in templo tibi presentari: et spiritu sancto erudiri sanxisti: da nobis sic sancti spiri-

Epla. Qui gloriatur. clxi ℟. Propter veritate. clxi. Eua. Simile est regnum celorum thesauro. clxii Off. Offerent. ij. clxii. Co. Simile. clxii.

Lini. Offic. Statuit. clviii. Ep. Nemo militans. cl. ℟. Jurauit. clix. Alla. Posuisti. cl. Eua. Si quis vult post me. cli. Of. Veritas. clx. Co. Beatus ser. clx.

tus instrui disciplinis: vt dignum tibi munus deuoti pectoris offeramus. Per dominum nostrum. Epistola. Ego quasi vitis. quere in natiuitate. R. Benedicta et venera. Alleluya. Felix virgo que mundum edita matris aluo repletur gratia et in templo dei reposita illustrat summa peritia. Sequentia

Altissima prouidente cuncta recte disponente dei sapientia. Vno nexu coniugatis ioachim et anna gratis iuga sunt sterilia. Ex cordis affectu toto domini fide liboto se strinxerunt pariter. Vox si prolem illis dare dignetur hanc dedicare in templo perenniter. Angelus apparuit lucidus qui docuit exaudita vota. Regi summi gratia vt detur his filia gratiosa tota. In vtero consecrata miro modo generata gignet mirabilius. Altissimi patris natum virgo manens qui reatum mundi tollet gratius Benedicta virgo nata templo trima presentata iit terquinis gradibus. Erecta velox ascendit et vterque parens tendit ornando se vestibus. Noua fulsit gloria templum dum eximia virgo presentatur. Edocta diuinitus visitata celitus angelis letatur. Dum vt nubant iubet multis princeps puellis adultis primo virgo renuit. Ipsam namque deuouere parentes ipsa manere virgo voto statuit. Consultus deus responsum dat vt virgo sumat sponsum quem pandet flos editus. Ostensus ioseph puellam ad parentum duxit cellam nuptiis sollicitus. Tunc gabriel ad virginem ferens conceptus ordinem delegatur. Erudita stat tacita verba que sunt insolita meditatur. At cum ille tradidit modum virgo credidit sicque sacro flamine. Vox verbo concipitur et quod nusquam clauditur conditur in virgine. Ecce virgo singularis quanta laude sublimaris quanta fulges gloria. Nos ergo sic tuearis vt fructu quo gloriaris fruamur in patria. Amen. Euangelium Liber generationis. Offertorium. Felix namque. Secreta.

Hec munera quesumus domine beate marie semper virginis intercessione sanctifica. quam in templo tuo munus tibi gratissimum offerri parentum manibus voluisti. Per dominum nostrum Prefatio Et te in presentatione. Communio. Beata viscera. Postcommunio.

Sacramenta que sumpsimus domine beate marie semper virginis intercessione nos saluent que deuotione sui cordis piissimi acceptabile tibi sacrificium iugiter immolauit. Per dominum. ¶ Missa pro infirmo. Officium.

Respice in me et miserere mei domine quoniam vnicus et pauper sum ego vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea deus meus. Ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

Deus qui famulo tuo ezechie terquinos annos ad vitam donasti ita famulum tuum. N. a lecto egritudinis tua potentia erigas ad salutem. Per dominum. ¶ Lectio epistole beati iacobi. vltimo.

Fratres. Tristatur aliquis vestrum: oret equo animo et psallat. Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros ecclesie et orent super eum vngentes cum oleo in nomine domini. et oratio fi-

dei saluabit infirmum. Et alleuia
bit eum dominus: et si in peccatis
sit dimittentur ei. Confitemini er
go alterutrum peccata vestra et
orate pro inuicem: vt saluemini. R.
Miserere michi domine quoniam infirmus
sum sana me domine. V. Cōturbata sunt om
nia ossa mea et anima mea turbata est valde
Alleluya. V. Qui sanat contritos corde & alli
gat cōtritiones eorum. ¶ Secūdū lucā. vij.

In illo tempore. Intrauit ie
sus in capharnaum. Centu
riōis autem cuiusdam seruus ma=
le habens erat moriturus: qui illi
erat preciosus. Et cum audisset de
iesu: misit ad eum seniores iudeorum
rogans eum vt veniret et saluaret
seruum eius. At illi cum venissent
ad iesum: rogabant eum sollicite
dicentes ei quia dignus est: vt hoc
illi prestes. Diligit enim gentem
nostram: et synagogam ipse edifi=
cauit nobis. Jesus autem: ibat cum
illis. Et cum iam nō longe esset a
domo: misit ad eum centurio ami
co dicens. Domine noli vexari. Nō
enim dignus sum: vt sub tectū me
um intres. Propter quod et meip=
sum non sum dignum arbitratus
vt venirem ad te. Sed dic verbo: &
sanabitur puer meus. Nam & ego
homo sum sub potestate constitu=
tus: habens sub me milites. Et di
co huic vade: et vadit. Et alio veni:
et venit. Et seruo meo fac hoc: & fa
cit. Quo audito iesus miratus est:
& conuersus sequentibus se turbis
dixit. Amē dico vobis: nec in israel
tantam fidem inueni. Et reuersi
qui missi fuerant domum: inuene=
runt seruum qui languerat sanū.
Offerto. Miserere michi domine secundum
magnam misericordiam tuam dele iniquita
tem meam. Secreta.

Deus qui humano generi et
salutis remediū & vite eter
ne munera contulisti. conserua fa
mulo tuo. N. tuarum dona virtu=
tutum / & concede: vt medelam tu
am non solum in corpore sed etiam
in anima sentiat. Per dominum.
Communio. Redime me deus israel ex omni=
bus angustiis meis. Postcommunio.

Respice domine famulum tu
um. N. in īfirmitate sui cor=
poris laborantem et animam re=
foue quam creasti: vt castigationi
bus tuis emendatus / continuo se
sentiat tua medicina esse saluatū.
Per dominum nostrum iesum chri
stum. Pro bello contra paganos. Officium

Exurge quare obdormis
domine exurge & ne re=
pellas in finem quare fa
ciem tuam auertis obli
uisceris tribulationem nostram:
adhesit in terra vēter noster exur=
ge domīe adiuua nos & libera nos
Ps. Deus auribus nostris audiuimus: patres
nostri annunciauerunt nobis. Oratio.

Omnipotens sempiterne de=
us: christiani nominis inimi
cos quesumus tue comprime glo=
ria maiestatis. vt populus tuus fi
dei integritate letetur: et serena
tranquillitate semper exultet.
Per dominum nostrum iesum chri=
stum filium tuum. Qui tecum vi=
uit et regnat in vnitate spiritussā=
cti deus. Per oīa secula seculorum.
¶ Lectio hieremie prophete. xxij.

Hec dicit dominus deus. Fa=
cite iudicium et iusticiam: &
liberate vi oppressum de manu ca
lumniatoris. Et aduenam et pu=
pillū & viduā nolite contristari: neque
opprimatis iniq. Et sanguinē inocē=
tē ne effūdatis: i loco isto. Si enim fa

cientes feceritis verbum istud: ingredientur per portas domus huius regentes sedētes de genere dauid super thronum eius. et ascendentes currus & equos ipsi et serui & populi eorum. Ait dominus omnipotens. R. Sciant gētes quoniam nomen tibi deus tu solus altissimus super omnem terram. V. Deus meus pone illos vt rotam et sicut stipulam ante faciem venti. Alleluya. V. Propicius esto domine peccatis nostris nequando dicant gentes vbi est deus eorum. ¶ Secundum lucam. vi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis: neque corpori quid vestiamini. Anima plus est quam esca: et corpus quam vestimentum. Cōsiderate coruos quia non seminant neque metunt: quibus non est cellarium neque horreum / et deus pascit illos. Quāto magis vos pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitando potest adiicere ad staturam suam cubitū vnum? Si ergo neque quod minimū est potestis: quid de ceteris solliciti estis? Considerate lilia agri: quomodo crescunt. Non laborant neque nent. Dico autem vobis: nec salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autem fenū quod hodie in agro est & cras in clibanum mittitur deus sic vestit quāto magis vos pusille fidei? Et vos nolite querere quid manducetis aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli. Hec enim omnia gētes mundi querunt. Pater autem vester scit quoniam his īdigetis. Veruntamē querite primum regnū dei et iusticiam eius: et hec omnia adiicientur vobis. Offerto. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine quoniam nō derelinquis querentes te psallite domino qui habitat in syon quoniam nō est oblitus orationes pauperum. Secreta.

Huius nos domine quesumus virtute mysterii & a nostris mundemur occultis: & ab inimicorum liberemur insidiis. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecū viuit & regnat. Communio. Erubescant et conturbētur omnes inimici mei auertantur retrorsum & erubescant valde velociter. Postcommunio.

Viuificet nos quesumus domine participatio tui sancta mysterii: et pariter expiationē nobis tribuat & munimen. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. ¶ Initium sancti euangelii secundum iohannem. Gloria tibi domine. qui natus es de virgine cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.

In principio erat verbum et verbum erat apud deum & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsū facta sunt: et sine ipso factum est nichil. Quod factum est in ipso vita erat et vita erat lux hominum et lux in tenebris lucet: et tenebre eā non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomē erat iohannes. Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hūc mundum. In mundo erat: et mundus per ipsum factus est: et mundus eum non cognouit.

In propria venit et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Qui nō ex sanguinibus neqꝫ ex voluntate carnis neqꝫ ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre: plenum gratie et veritatis. Deo gratias. Te inuocamus te adoramus te laudamus, o beata et gloriosa trinitas. V. Sit nomen domini benedictum R. Ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum. Oremus.

Protector in te sperantium deus sine quo nichil est validum nichil sanctum multiplica super nos misericordiam tuaz: vt te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia: vt non amittamus eterna.

Ecclesiam tuam quesumus domine benignus illustra: vt beati iohānis apostoli tui ⁊ euāgeliste illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna. Per christum dominum nostrum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Benedicamus domino. Deo gratias. Benedicite. Dominus. A subitanea ⁊ improuisa morte et a damnatione perpetua liberet nos pater et filius et spiritussāctus. Et benedictio domini nostri iesu christi descendat super nos et maneat semper. In nomine patris et filii et spiritussancti. Amen.

¶ Omnibus finitis sacerdos dicat sequentes gratias. An. Trium puerorum. Ps.

Benedicite sacerdotes domini domino: benedicite serui domini domino. Benedicite spiritus et anime iustorum domino: benedicite sancti ⁊ humiles corde domino. Benedicite anania azaria misael domino: laudate ⁊ superexaltate eum in secula. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu: laudemus et superexaltemus eum in secula. Benedictus es domine in firmamento celi: ⁊ laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula.

Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eū in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio ⁊ cithara. Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in cordis et organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eū in cymbalis iubilatiōis omnis spiritus laudet dominum.

Nunc dimittis seruum tuuz domine: secundum verbuz tuum in pace. Quia viderūt oculi mei: salutare tuum. Quod parasti: ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationez gentium: et gloriam plebis tue israel. An. Trium puerorum cantemus hymnum quem cantabant in camino ignis benedicentes dominum. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos a malo. Dominus vobiscuz Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium. concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per dominum. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus viciorum nostrorum flamas extinguere / qui beato lau-

rentio tribuisti tormentorum suo
rum incendia superare. Oratio.

Ure igne sancti spiritꝰ renes
nostros et cor nostrum do-
mine: vt tibi casto corpore seruia-
mus/et mundo corde placeamus.

Actiones nostras q̄- Oratio.
sumus domīe aspirādo pre-
ueni et adiuuando prosequere: vt
cuncta nostra operatio et a te sem
per incipiat/⁊ per te cepta finiatur
⁊ nos famulos tuos et famulas tu
as ab omni aduersitate custodi: et
ab ecclesia tua cunctam repelle ne
quiciam. Per christum dominum
nostrum. amen. Benedicamꝰ do-
mino. Deo gratias.

Gratias ago tibi domine san
cte pater omnipotens eter-
ne deus. qui me refecisti de sacratis
simo corpore et sanguīe filii tui do
mini nostri iesu christi ⁊ precor vt
non veniat michi ad iudicium ani
me et corporis mei/neq̧ ad condē-
nationem/et illis qui a me miserri
mo peccatore in tuo sancto nomi-
ne receperunt cum omnibus cre-
dentibus salus fiat in vitam eter-
nam. Amen. ¶ In vig. vniꝰ apo. Offm

Ego autē sicut oliua fru-
ctificaui in domo domi-
ni speraui in misericor-
dia dei mei ⁊ expectabo
nomē tuum quoniam bonum est
ante conspectum sanctorum tuo-
rum. ps. Quid gloriaris in malicia qui po
tens es in iniquitate. Non dicitur Gloria in
excelsis. nisi fuerit do. Oratio.

Concede quesumꝰ omnipo-
tens deus: vt sicut apostoli
tui gloriosa natalicia preuenimꝰ:
sic ad tua beneficia ꝓmerāda ma-
iestatem tuam pro nobis ipse pre-
ueniat. Per. Lectio libri sapie eccli. xliiii.

Benedictio domini super ca
put iusti. ideo dedit illi here
ditatem/et diuisit ei partem in tri
bubus duodecim. et inuenit grati
am in conspectu omnis carnis. Et
magnificauit eum in timore ini-
micorum et in verbis suis mōstra
placauit. Glorificauit illum in cō-
spectu regum: et ostendit illi glori
am suam. In fide ⁊ lenitate ipsius
sanctum fecit illum. et elegit eum
ex omni carne. Dedit illi precepta
et legem vite et discipline: et excel
sum fecit illū. Statuit ei testamē-
tum eternum: circūcinxit eum zo-
na iusticie. Et induit eum dominꝰ
corona glorie. Lec. libri sapie prouer. iii.

Beatus homo qui inuenit sa
pientiam: et qui affluit pru-
dentia. Melior est acquisitio eius
negociatione argenti ⁊ auri primi
et purissimi. Fructus eius precio-
sior est cunctis opibus: et omnia q̄
desiderantur huic non valent com
parari. Longitudo dierum in dex-
tera eius: ⁊ in sinistra illius diuitie
⁊ gloria. Vie eius vie pulchre: ⁊ om
nes semite eius pacifice. Lignum
vite est his qui apprehenderint eā:
et qui tenuerit eam beatus. Domi
nus sapiētia fundauit terram: sta
biliuit celos prudentia. Sapiētia
illius eruperūt abyssi: et nubes ro-
re concrescunt. R. Iustus vt palma flo
rebit sicut cedrus libani multiplicabitur in
domo domini. V. Ad annunciandum mane
misericordiam tuam et veritatem tuam per
noctem. Si dominica fuerit Alleluya. Vsus
Per manus autem apostolorū fiebant signa
et prodigia multa in plebe. ¶ Secun
dum matheum. xv.

In illo tempore. Dixit iesus
discipulis suis. Hec mando
vobis: vt diligatis inuicem. Si

mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. Qr vero de mũdo nõ estis: sed ego elegi vos de mũdo. propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis: nõ est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt: et vos persequentur. Si sermonez meum servaverunt: ꝛ vestrum servabunt. Sed hec omnia faciẽt vobis propter nomẽ meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si nõ venissem et locutus fuissem eis: peccatum non haberent. Nunc autẽ excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit et patrẽ meum odit. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatuz non haberent. Nunc autem et viderunt et oderunt. ꝛ me ꝛ patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis.

Secundum iohannem. xv.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vos palmites. Qui manet i me et ego in eo. Hic fert fructum multum: quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes ꝛ arescet. Et colligent eum et in ignem mittent: et ardet. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint: quodcunqꝫ volueritis petetis ꝛ fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: ut fructum plurimum afferatis / et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater / ꝛ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea servaveritis: manebitis in dilectione mea sicut et ego precepta patris mei servavi / et maneo in eius dilectione. Hec locutus sum vobis: ut gaudium meum in vobis sit. Et gaudiũ vestrum impleatur. Offertoriũ. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eũ super opera manuum tuarum dñe. Secreta.

Apostolici reverẽtia culminis offerẽtes tibi sacra misteria domine quesumus: ut beati apostoli tui. N. suffragiis cuius natalicia preuenimus / hec plebs tua semper vota depromat / et desiderata percipiat. Per dominum. Cõmunio. Posuisti domine in capite eius coronã de lapide precioso. Postcommunio.

Beati apostoli tui. N. quesumus domine supplicatione placatus: et veniam nobis tribue et remedia sempiterna concede. Per dominuz nostrum iesum christum filium. In vigilia plurimorum apostolorum. Ad missam. Officiũ. Intret in conspectu. in cõi plurimorum mar. Oro.

Deus qui nos annua apostolorum tuorum. N. solennitate letificas: presta quesumus. ut quorum gaudemus meritis: istruamur exemplis. Per. Epistola. Iustorum anime. In communi mar. R. Vindica. in communi mar. Si do. fuerit unicum Alla. de aplis. Euang. ut supra. in vigil. unius apli. Offer. Exultabũt. in cõi mar. Secreta

Munera domine que pro apostolorum tuorum. N. solennitatate deferimus propicius suscipe: et omnia mala que meremur adverte. Per dominum. Communio Iustorum aie. in cõi mar. Postcommunio.

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis ut quorum solennia celebramus / eorum orationibus adiuuemur. Per do.

In nata. unius apli sive plurimorum. Offim

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus ē principatus eorum. ps. Dñe probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā et resurrectionem meam. Oratio.

Quesumus omnipotens de⁹ vt beatus. N. apostolus tuum pro nobis imploret auxiliū: vt a nostris reatibus absoluti: a cunctis etiam periculis eruamur. Per dominum. vel. De⁹ qui nos annua apostolorū. quere supra in vigilia. Actuū apłorꝝ. v.

In diebus illis exurgens princeps sacerdotum et omnes qui cum illo erant: que est heresis saduceorum repleti sunt zelo. Et iniecerunt manus in apostolos et posuerunt illos in custodia publica. Angelus autem dñi per noctem aperiens ianuas carceris et educens eos dixit. Ite ⁊ stantes in templo loquimini plebi omnia verba vite huius. Qui cum audissent: intrauerunt diluculo in templum et docebāt. Ad ephesios. secundo

Fratres: Jam nō estis hospites et aduene: sed estis ciues sanctorum et domestici dei. Superedificati super fundamentū apostolorum et prophetarum ipso sūmo āgulari lapide xp̄o iesu. In quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In quo et vos coedificamini in habitaculum dei: in spiritu sancto. Secunde. Ad corinthios. primo.

Fratres. Benedictus deus ⁊ pater domini nostri iesu xp̄i pater misericordiarum et deus totius consolationis qui consolatur nos ī omni tribulatione nostra vt possimus et ipsi consolari eos qui ī omni pressura sunt per exhortationem qua exhortamur et ipsi a deo Quoniam sicut abundant passiones xp̄i in nobis. ita et per christuꝫ abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur: pro vestra exhortatione et salute. Siue consolamur pro vestra consolatiōe. Siue exhortamur pro vestra exhortatione et salute que operatur tolerātiam earumdem passionum quas et nos patimur vt spes nostra firma sit pro vobis. Scientes quoniā sicut socii passionum estis: sic eritis et consolationis. In christo iesu: domino nostro. ℟ Nimis honorati sūt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos et super arenaꝫ multiplicabūtur. ℟. In omnē terram exiuit sonus eorū et in fines orbis terre verba eorū ℣. Celi enarrant gloriā dei et opa manuum eius annunciat firmamētum. ℟. Constitues eos principes super omnem terrā memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tui nati sunt tibi filii propterea populi cōfitebuntur tibi. Allā. ℣. Nō vos me elegistis sed ego elegi vos et posui vos vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Alleluya. ℣. Per manus autē apostolorꝫ fiebāt signa et ꝓdigia multa in plebe. Allā. ℣⁹ In omnē terrā exiuit sonus eorū ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Allā. ℣. Isti sunt due oliue et duo candelebra lucētia ante dn̄m habēt potestatē claudere celū nubib⁹ et aperire portas eius quia ligue eorū claues celi facte sunt Allā. ℣. Primus ad syon dicet ecce assū et hierusalem euangelistam dabo. Sequentia.

Clare sanctorum senat⁹ apostolorum. Princeps orbis terrarum rectorꝗ regnorum. Ecclesiarum mores et vitam moderare Que per doctrinam tuā fideles sūt vbiꝗ. Anthiochus et remus concedunt tibi petre regni soliū. Tyrannidem tu paule alexandrinam in

Alleluya. ℣. Hoc est preceptū meū ut diligatis inuicem sicut dilexi vos.

uasisti greciam. Ethiopes horri-
dos mathee agnelli vellere. Qui
maculas nesciat aliquas vestisti
candido. Thoma bartholomee io
hannes philippe symō Jacobi qꝫ pa
riles andrea thadee dei. Bellato-
res icliti. En vos oriens et occidēs
immo teres mundi circulus se pa-
tres habere gaudet et expectat iu-
dices. Et idcirco omnis mundꝰ lau
des vobis et honorem sanctis debi
tum supplex impendit. Amen. Se-
cundum iohannem. xv. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus
discipulis suis. Hoc est prece
ptum meum vt diligatis inuicem
sicut dilexi vos. Maiorem hanc di-
lectionem nemo habet. vt animā
suam ponat quis pro amicis suis.
Uos amici mei estis si feceritꝫ q̄ ego
ꝑcipio vobis Jā nō dicā vos seruos
quia seruus nescit quid faciat dn̄s
eius. Uos autem dixi amicos: quia
omnia quecūqꝫ audiui a p̄re meo
nota feci vobis. Non vos me elegi
stis: sed ego elegi vos. Et posui vos
vt eatis et fructū afferatis: et fru-
ctus vester maneat. Ut quodcūqꝫ
petieritis. patrem in nomine meo
det vobis. Offerto. Michi aūt nimis ho-
norificati sūt amici tui deꝰ nimis cōfortatus
est principatꝰ eorū. Offer. Constitues eos pri
cipes sup omnē terrā memores ert nominis
tui i omni progenie ⁊ generatione. Offerto.
In omnem terram exiuit sonus eorum et in
fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Sacrandum tibi domine mu
nus offerimꝰ quo beati. N.
apostoli solennia recolētes purifi-
cationem quoqꝫ nostris mentibus
imploremus. per. vel. Munera do-
mine quesumus. vt i vigilia plurimo-
rum apl'or. Communio. Amen dico vobis q̄
vos qui reliquistis oīa et secuti estis me centu
plū accipietis et vitam eternam possidebitis
Cōio. Uos qui secuti estis me sedebitis super
sedes iudicantes duodeci tribꝰ israel dicit dn̄s
Cōio. Ego vos elegi de mūdo vt eatis et fru-
ctum afferatꝫ ⁊ fructus vr̄ maneat. Postcōio.

Perceptis domine sacramē-
tis suppliciter exoramus: vt
intercedēte beato N. apostolo tuo
que pro illius veneranda solenni-
tate gerimus nobis proficiant ad
medelam. per. vel. Quesumus do-
mine salutaribus. vt su. De euāgelistis
Allā. V. Primus ad syō dicet ecce assū ⁊ hie-
rusalē euangelistam dabo. Sequētia.

Iocundare plebs fidelis cuiꝰ
pater est in celis recolēs eze
chielis prophete preconia. Et iohā
nes testis. ipsi scribens de apocali-
psi vera vidi vera scripsi vera testi-
monia. Circa thronum maiestatis
cum spiritibus beatis quattuor di
uersitatis astant animalia. Formā
primum aquilinam et secundum
leoninam sed humanam et boui-
nam duo gerunt alia. Forme for-
mant figurarum formas euange-
listarum quibus ymber doctrina-
rum stillat in ecclesia. Hi sunt mar
cus et matheus lucas et quem ze-
bedeus pater misit tibi deus dum
laxaret retia. Lucas bos ē i figura
vt premonstrat in scriptura hostia
rum tangens iura legis sub vela-
mine. Formam viri dant matheo
quia scripsit sic de deo sicut descen-
dit ab eo quem plasmauit homine
Marcus leo per desertum clamās
rugit in apertum iter fiat deo cer-
tum mundum cor a crimine. Sed
iohannes ala bina caritatis aquili
na forma fertur i diuina puriori lu-
mine. Quattuor describūt isti qua
dri formes actus christi et figurant
vt audisti quisqꝫ sua formula: Na

tus homo declaratur vitulus sacrificatur. leo mortem depredatur et ascendit aquila. Ecce forma bestialis quam scriptura prophetalis notat sed materialis hec est impositio. Currunt rotis volant alis visus sensus spiritalis rota gressus est equalis ala comtemplatio paradisus his rigatur viret floret fecundatur his abundat his letatur quattuor fluminibus. Fons ē christus hi sunt riui fons est altus hi pcliui vt saporē fōtis viui ministrēt fidelibus Horuꝫ trahat nos doctrina viciorꝫ de sentina ne sub morte repentina damnemur cum impiis. Horum riuo debriatis sitis crescat caritatis vt superne claritatis perfruamur gaudiis. Amē. Secūdū lucā. x.

In illo tempore. Designauit dominus iesus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam in omnē ciuitatem et locū quo ipse erat vēturus. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarii autem pauci Rogate ergo dñm messis: vt mittat operarios ī messam suam. Ite ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū neqꝫ peram neqꝫ calciamēta: et neminem per viam salutaueritiꝫ. In quācunqꝫ domum intraueritis primum dicite. pax huic domui. Et si fuerit ibi filius pacis: requiescet super illum pax vestra. Si autem ad vos reuertetur. In eadem aūt domo manete: edentes et bibentes que apud illos sūt. Dignus est enim operarius mercede sua. Unius martyris. Officium.

Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. ps. Exaudi deus orationē meā cum depcor a timore iīmici eripe aīam meā. Offm

In virtute tua dñe letabitur iustus et super salutare tuum exultabit vehementer desiderium anime eius tribuisti ei. ps. Quoniam preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronā de lapide pcioso.

Protexisti me deus Offm. a conuentu malignantium alleluya a multitudine operātiū iniquitatem alleluya. ps. Exaudi deus orationē meam cum deprecor a tiomre inimici eripe animam meam. Officium.

Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo domini in atriis domus dei nostri. ps. Bonum est confiteri domino: et psallere noī tuo altissie Offm

Iustus non conturbabitur quia dñs firmat manum eius tota die miseretur et cōmodat et semen eius ī benedictione erit ī eternum conseruabitur. ps. Noli emulari in malignantibus. neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Officium.

Gloria et honore coronasti eum et constituisti eū super opa manuum tuarum. ps. Domine dominus noster q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt qui beati. N. martyris tui natalicia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per dominum. ¶ Lectio libri sapientie. ecclesiastici. xiiii.

Beatus vir qui in sapientia morabitur et qui in iusticia

meditabitur: et in sensu cogitabit
circunspectionem dei. Cibabit il=
lum pane vite et itellectus ⁊ aqua
sapientie salutaris potabit illum.
Et firmabitur in illo et non flecte
tur ⁊ cōtinebit illū et nō cōfūdetur
et exultabit illum apud ꝓximos
suos. Et nomine eterno heredita=
bit illū dominus deus noster. Lctō
libri sapientie. Ecclesiastici. xxxi.

Beatus vir qui inuentus est
sine macula: et qui post au=
rum non abiit nec sperauit in the=
sauris pecunie. Quis est hic et lau=
dabimus eum. Fecit enim mirabi
lia in vita sua. Quis probatus est i
illo et perfectus inuentus est ⁊ erit
illi gloria eterna. Qui potuit trans
gredi et non est transgress⁹ et face=
re mala et non fecit. Ideo stabilita
sunt bona illius in domino et ele=
mosinas illius enarrabit: oīs eccle
sia sctōꝝ. Lctō libri sapientie. iiij.

Iustus si morte preoccupa=
tus fuerit: in refrigerio erit
Senectus enim venerabilis est nō
diuturna neq̃ annorum numero
computata. Cani sunt autem sen
s⁹ hominis: et etas senectutis vita
immaculata. Placens deo factus
dilectus: et viuens inter peccato=
res translatus est. Rapt⁹ est ne ma
licia mutaret intellectum ei⁹: aut
ne fictio deciperet animam illius.
Consūmatus in breui expleuit tē=
pora multa placita enim erat deo
anima illius. Propter hoc propera
uit educere eum de medio iniquita
tum: quoniam gratia dei et miseri
cordia est in sanctos eius: et respe=
ctus in electos illius. prime Ad thimo=
theū. ij. ca.

Karissime. Nemo
militans deo implicat se ne
gociis secularib⁹: vt ei placeat cui
se probauit. Nam et qui certat in
agone non coronabitur: nisi legi=
time certauerit. Laborātem agri
colam oportet primum de fructi=
bus percipere. Intellige que dico
Dabit enim tibi dn̄s in omnib⁹ in
tellectum. Memor esto dn̄m iesū
xp̄m resurrexisse a mortuis ex se=
mine dauid secūdū euangeliū me
um: in quo laboro vsq̃ ad vincula
quasi male operās. Sed verbū dei
non est alligatū Ideo omnia susti
neo propter electos vt et ipsi salu=
tem consequantur. Que est i xp̄o
iesu cum gloria celesti. ℟. Posuisti do
mine sup caput eius coronā de lapide precio
so. ℣. Desideriū anime eius tribuisti ei et vo
luntate labioꝝ eius non fraudasti eum. ℟.
Beatus vir qui timet dn̄m i mandatis eius
cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semē ei⁹
generatio rectorum benedicetur. ℟. Iust⁹
vt palma florebit sicut cedrus libani multi=
plicabitur in domo dn̄i. ℣. Ad annunciā=
dum mane misericordiā tuam et veritatem
tuam per noctem. ℟. Iust⁹ nō conturbabi
tur q2 dn̄s firmat manū ei⁹. ℣. Tota die mi
seretur et cōmodat ⁊ semē eius in benedictio
ne erit. Allā. ℣. Beatus vir qui timet dn̄m i
mādatis eius cupit nimis. Allā. ℣. Letabit
iustus in domino et sperabit in eo. et lauda=
buntur omnes recti corde. Allā. ℣. Beatus
vir qui suffert tentationē qm̄ cū probat⁹ fu=
erit accipiet coronā vite. Allā. ℣. Iust⁹ ger
minabit sicut lilium et florebit in eternū āte
dn̄m. Allā. ℣. Iustus vt palma florebit et si=
cut cedrus multiplicabitur. Allā. ℣. Iustus
non conturbabitur quia domin⁹ firmat ma
num eius. Allā. ℣. Posuisti domine sup ca=
put ei⁹ coronā de lapide precioso. Seqn̄.

Superne matris gaudia rep
sētet ecclesia. Dum festa co
lit annua suspiret ad ꝑpetua. In
hac valle miserie mater succurrat
filie Hic celestes excubie nobiscum

℟. Gliā et honore corōsti eū ⁊ cōstituisti eū sup
opa manuū tuarū. ℣. Qm̄ eleuata ē ma
gnificentia tua sup celos deus.

sunt in acie. Mūdus caro demonia aduersa mouēt plia. In cursu tot fantasmatū turbatcordis sabbatū. Dies festos cognatio simul hec habet odio. Certantqꝫ pari federe pacem de terra tollere. Cōfusa sūt hec omnia spes metus meror gaudium. Vix hora vel dimidia fit i celo silentium. Quam felix illa ciuitas i qua iugis solennitas. Et ꝙ iocunda curia que cure prorsꝰ nescia Nec languor hic nec seniū nec fraux nec terror hostium sed vna vox letantium et vnus amor cordiū Illic ciues angelici sub hierachia triplici trine gaudent et simplici monarchie subici. Mirantur et deficiunt i illum quem prospiciūt fruūtur nec fastidiūt quo frui magis sitiunt. Illic patres dispositi ꝑ dignitate meriti semota iam caligine lumē vident in lumine. Hic sanctus cuius hodie celebrantur solennia. Jā reuelata facie regē cernit i glia. Illic regina virginū transcēdēs culmē ordinū. Excuset apud dominum nostrorum lapsꝰ criminū. Nos ad sanctorum gloriā per ipsius suffragia. Post presentā victoriam xpi ꝑducat gratia. Amen. ¶ Secundum matheum. xvi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si quis vult post me venire: abneget semetipꝫ et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim voluerit animā suam saluam facere perdet eā. Qui autem perdiderit animam suā ꝓpter me inueniet eam. Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur aīe vero sue detrimētū patiatur. Aut quā dabit homo commutationem ꝓ anima sua. Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: et tunc reddet vnicuiqꝫ secundum opera eius. Amen dico vobis sunt quidam de hic stantibus qui nō gustabunt mortem: donec videant filium hominis venientem i regno suo. ¶ Secundum lucam. xiiii. ca.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si quis venit ad me ⁊ non odit patrem suū ⁊ matrem et vxorem et filios ⁊ fratres ⁊ sorores adhuc autem et animā suā non potest meus esse discipulꝰ. Et qui non baiulat crucem suā et venit post me nō potest meꝰ discipulꝰ esse: Quis enim ex vobis volēs turrim edificare non prius sedens cōputat sūptus qui necessarii sunt si habeat ad perficiēdum. Ne postea ꝙ posuerit fundamentum ⁊ nō potuerit perficere omnes qui viderit incipiant illudere ei dicētes: qꝛ hic homo cepit edificare et non potuit consummare. Aut quis rex iturus cōmittere bellum aduersus alium regem non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum vigiti milibus venit ad se. Alioquin adhuc eo longe agēte legationem mittens: rogat ea q̄ pacis sūt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus q̄ possidet non potest meus esse discipulus. ¶ Secundum matheum. x. ca.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite arbitrari: quia venerim pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere: sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum ⁊ filiam aduersus matrē suam nurum aduersꝰ socrum suam Et inimici hominis domestici eius ¶ Diuisio. Qui amat patrem aut ma-

trē plusꝗ̃ me: non est me dignus. Et qui amat filiū aut filiam super me: non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam ꝛ sequitur me non est me dign⁹. Qui inuenit animam suā: perdet illā. Et qui perdiderit animam suam ꝑpter me: inueniet eā. Qui recipit vos: me recipit. Et qui me recipit: recipit eum qui me misit Et q̃ recipit prophetā i noīe ꝓphete mercedē ꝓphete accipiet. Et q̃ recipit iustū in noīe iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicūqꝫ dederit potū vni ex minimis istis calicem aque frigide tantū in nomine discipuli: amē dico vobis: nō perdet mercedē suā. Scdm iohānē. xii

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amē amen dico vobis: nisi granū frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multū fructū affert. Qui amat animam: suam perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Si q̃s michi ministrat: me sequatur. Et vbi sū ego: illic et minister meus erit. Si quis michi ministrauerit: honorificabit eum pater me⁹ qui ē i celis. Scdʒ matheū. x

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nichil opertū est quod non reueletur. et occultū quod nō sciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine. Et q̃d in aure auditis: predicate super tecta. Et nollite timere eos qui corpus occidunt: animam autem nō possunt occidere. Sed potius timete eum qui potest ꝛ animā et corp⁹ perdere in gehennam. Nōne duo passeres asse veneunt: et vn⁹ ex illis non cadet super terrā sine patre vestro. Vestri autem et capilli capitis: omnes numerati sunt. Nolite ergo timere Multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo q̃ confitebitur me coram hominibus confitebor ꝛ ego eum coram patre meo: qui est in celis. Offr. Gloria et honore coronasti eū et cōstituisti eū super opera manuū tuarū dn̄e. Offr. Iustus vt palma florebit sicut cedrus q̃ in libano est multiplicabitur. Offr. Desideriū anime ei⁹ tribuisti ei dn̄e et voluntate labiorꝫ eius non fraudasti eum posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide ꝓcioso. Offr. In virtute tua dn̄e letabitur iustus et super salutare tuū exultabit vehementer desideriū anime ei⁹ tribuisti ei. Offr. Posuisti dn̄e i capite eius coronā de lapide precioso. vitam petiit a te tribuisti ei allā. V. Se.

Muneribus nostris quesum⁹ domine precibusqꝫ susceptis et celestibus nos munda mysteriis et clementer exaudi. Per. Cōio. Posuisti dn̄e in capite eius coronam de lapide precioso. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucē suā et sequatur me Cōio. Letabitur iustus i dn̄o et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. allā. allā. Cōio. Magna est glīa eius i salutari tuo gloriam et magnū decorē ipones super eū domine. Cōio. Qui michi ministrat me sequatur ꝛ vbi ego sū illic ꝛ minister me⁹ erit. Postcō.

Da quesumus domine de⁹ noster: vt sicut tuorū commemoratione sāctorum tēporali gratulamur officio. ita perpetuo letemur aspectu. Per dn̄m. Officia plurimorum martyrum. distincta per ordinem.

Intret in cōspectu tuo domine gemitus compeditorum redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. ps. De⁹ venerūt gentes in hereditatē tuam: polluerūt

Cō Glīa et honore corōsti eū et cōstituisti eū sup opa manuū tuarum dn̄e.

templum sanctum tuum posuerunt hierusalē in pomorum custodiam. Officium.

SAncti tui domine benedicent te et gloriā regni tui dicent alleluya. ps. Exaltabo te deus meus rex: et benedicam nomini tuo in seculum et in seculum seculi. Offm.

EXclamauerūt ad te domine in tempore afflictionis sue et tu de celo exaudisti eos alleluya alleluya. ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Officium.

CLamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos ps. Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo. Officium.

ECce oculi domini sup metuentes eum sperantes in misericordia eius allā vt eripiat a morte aīas eorum quoniam adiutor et protector noster est alleluya alleluya. ps Exultate iusti i dño, rectos decet collaudatio.

SApientiam sanctorū narrant populi et laudē eorum nunciat ecclesia nomina autem eorum viuent in seculum seculi. ps. Exultate iusti i dño rectos decet collaudatio. Officium

SAlus autē iustorum a domino et protector eorū est in tempore tribulatinis. ps. Noli emulari in malignātibꝰ neqꝫ zelaueris faciētes iniqtatē. Offm

LOquetur dominus pacē in plebem suam et super sanctos suos et i eos qui conuertuntur ad ipsum. psalmus. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatē iacob. Gloria patri. Loquetur dominus. Officium.

MUlte tribulatiōes iustoꝝ et de oibꝰ his liberauit eos dñs/dñs custodit omnia ossa eoꝝ vnū ex his nō cōteretur. ps. Benedicā dominū i omni tempore: semper laus eius in ore meo. Officium

IUdicant sancti gentes et dominantur populis regnabit dominus deus illorum in perpetuum. ps. Exultate iusti i dño rectos decet collaudatio

LAudate pueri dominum laudate nomen domini. qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum letantem. ps. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum. Officiū. Officium.

SAcerdotes eius induant salutari et sancti eius exultatione exultabunt. ps. Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Officium

TImete dominū omnes sancti eius quoniam nichil deest timentibus eū diuites eguerunt et esurierunt inquirentes autem dominum non deficient omni bono. ps. Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo: Officium.

IUsti epulentur et exultent in conspectu dei et delectentur in leticia. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiāt q̄ oderūt eū a facie eiꝰ. Or.

DEus qui nos cōcedis sāctorum martyrum tuorum. N. et N. natalicia colere da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per dominum.

PResta quesumus omnipotens deus vt qui gloriosos

martyres tuos. N. et. N. fortes in sua confessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiam⁹. per. Lectō libri sapiē. puerbiorum. x.

Expectatio iustorum leticia spes autem impiorum peribit Fortitudo simplicis via domini et pauorum his qui operantur malum. Justus in eternū nō commouebitur: impii autem non habitabunt in terra. Os iusti parturiet sapiētiam: lingua prauorum peribit Labia iusti considerant placita: et os impiorū peruersa. Simplicitas iustorum diriget eos: et supplantatio peruersorum vastabit illos. Justicia rectorū liberabit eos: et in insidiis suis capientur iniqui. Justus de angustia liberatus est: et tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suū: iusti autem liberabuntur scientia. Jn bonis iustorum exaltabitur ciuitas & in perditione impiorum erit laudatio. Benedictione iustorum: exaltabitur ciuitas. prime. Ad corinthios. iiii. ca

Fratres. Spectaculum facti sumus mundo: et angelis & hominib⁹. Nos stulti propter xp̄m vos autem prudentes in xp̄o. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Usqꝫ in hanc horam et esurimus et sitimus: et nudi sum⁹ et colaphis cedimur et instabiles sum⁹ et laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur: et benedicimus. Persecutionē patimur: et sustinemus Blasphemamur: et obsecramus. Tanq̄ purgamenta huius mundi facti sumus: omnium peripsima vsqꝫ adhuc. Non vt confundam vos hec scribo: sed vt filios meos carissimos moneo. Jn xp̄o iesu: domino nostro. ¶ Ad hebreos. xi.

Fratres. Sancti per fidē vicerunt regna: operati sunt iusticiā: adepti sūt repromissiones Obturauerunt ora leonum extinxerunt impetum ignis effugarunt aciē gladii conualuerunt de infirmitate fortes facti sūt in bello. Castra verterunt exterorum: acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem distēti sunt non suscipientes redemptionē: vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alii vero ludibria et verbera experti: insuper et vincula et carceres. Lapidati sunt secti sunt temptati sūt: in occisione gladii mortui sūt Circuierunt in melotis: in pellib⁹ caprinis egentes angustiati / afflicti quibus dignus non erat mūd⁹ Jn sollitudinibus errātes: et i mōtibus et speluncis et i cauernis terre. Et hi oēs testimonio fidei probati inuenti sunt in christo iesu domino nr̄o. Lectō libri sapiē. puerbiorum. xv.

Lingua sapientium ornat scientiam: os fatuorum ebulit stulticiam. Jn omni loco: oculi dn̄i contemplantur bonos et malos. Lingua placabilis lignum vite: q̄ autem immoderata est conteret spiritum. Dom⁹ iusti plurima fortitudo: et in fructibus impii conturbatio. Labia sapientium dissemínabunt scientiam: cor stultorū dissimile erit. Victime impiorum abominabiles domino: vota iustorum placabilia. Qui sequitur iusticiam diligitur a domino. ¶ Lectio libri sapientie. tercio. capitulo.

Justorum anime i manu dei sunt: et non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: et estimata est

afflictio exitus illoꝛum. Et quod a
nobis est iter extermini: illi autē
sunt in pace. Et si coꝛam homini-
bus toꝛmenta passi sunt: spes illo-
rum immoꝛtalitate plena est. In
paucis vexati: in multis bene di-
sponentur. Quoniam deus tenta
uit illos: et inuenit illos dignos se.
Tanꝙ aurum ī foꝛnace pꝛobauit
illos: et quasi olocausti hostiam ac
cepit illos. et in tempoꝛe erit respe
ctus illoꝛum. Fulgebunt iusti ⁊ tā
ꝙ scintille in arundineto discurrēt
Judicabunt nationes: et domina
buntur populis. Et regnabit dn̄s
illoꝝ in perpetuum. ¶ Ad hebꝛeos. x

F Ratres. Rememoꝛamini
pꝛistinos dies in quibus illu
minati magnum certamen susti-
nuistis passionum. Et in altero q̄-
dem oppꝛobꝛiis et tribulationibꝰ
spectaculum facti / in altero autē
socii taliter conuersantium effecti
Nam et vinctis compassi estis ⁊ ra
pinam bonoꝛum vestroꝛum cum
gaudio suscepistis: cognoscentes
vos habere melioꝛem et manen-
tem substantiā. Nolite itaqꝫ amit
tere confidentiam vestram: q̄ ma-
gnam habet remunerationem.
Patientia enim vobis necessaria
est. vt voluntatem dei faciētes re-
poꝛtetis pꝛomissionem. Adhuc eñ
modicum aliquantulumqꝫ: qui vē
turꝰ est veniet et non tardabit. Ju
stus autem meus ex fide viuit. Le-
ctio libꝛi sapientie. x.

R Eddidit deus iustis merce-
dem laboꝛum suoꝛum: ⁊ de-
duxit illos in via mirabili. Et fuit
illis in velamēto diei: et in luce stel
larum nocte. Transtulit illos per
mare rubꝛum: et transuexit illos
per aquam nimiam. Inimicos au-
tem illoꝛum demersit in mare: et
ab altitudine inferoꝛum eduxit il-
los. Ideo iusti tulerunt spolia im-
pioꝛum: et decantauerunt domine
nomen sanctum tuum. Et victri-
cē manū tuā laudauerūt pariter
dn̄e deus nr̄. ¶ Lectio libꝛi sapientie. v.

I Usti in perpetuum viuent:
et apud dominum est mer-
ces eoꝛum et cogitatio eoꝛum apd̄
altissimum. Ideo accipient regnū
decoꝛis: et diadema speciei de ma-
nu domini. Quoniam dextera sua
reget eos: et bꝛachio sancto suo de-
fendet illos. Accipient armaturā
zeli illius: et armabit creaturam
ad vltionem inimicoꝛum: Indu
ent pꝛo thoꝛace iusticiam: et accipi
ent pꝛo galea. iudicium certū. Su
ment scutum inexpugnabile equi
tatem: ibunt directe pꝛomissiones
Et ad certum locum deducet illos
dominus deus noster. ¶ Lectio libꝛi
apocalipsis beati iohānis apostoli. vij.

I N diebus illis. Respondens
vnus de senioꝛibus dixit mi
chi. Hi qui amicti sunt stolis albis:
qui sunt et vnde venerunt? Et di-
xi illi. Domine mi tu scis. Et dixit
michi. Hi sunt qui venerunt ex tri-
bulatione magna: et lauerunt sto
las suas ⁊ dealbauerūt eas ī sāgui-
ne agni. Ideo sūt āte thꝛonū dei et
seruiūt ei die ac nocte ī tēplo eius.
Et q̄ sedet ī thꝛono habitat sup il-
los. Nō esuriēt neqꝫ sitiēt āpliꝰ ne-
qꝫ cadet sup illos sol neqꝫ vllꝰ estus
qm̄ agnꝰ q̄ in medio thꝛoni ē reget
eos ⁊ deducet eos ad vite fontes a-
quaꝝ. Et absterget deꝰ omnē la-
chꝛimam: ab oclis eoꝛū. Ad rom. viii.

F Ratres. Scimꝰ qm̄ diligēti
bus deum omnia cooperan
tur in bonum: his qui secundū pꝛo

℟. Cōfitebūt celi mirabilia tua do[e] eterni vitate tua in eccliā scōꝝ. ℣. Misericordias tuas do[e] in eternum cantabo i generatione et progenie.

propositum vocati sunt sancti. Nā quos presciuit et predestinauit cō= formes fieri ymaginis filii sui: vt sit ipe primogenitus in multis fra tribus. Quos autem predestinauit hos et vocauit. Et quos vocauit: hos et iustificauit. Quos autem iu stificauit: illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si de= us pro nobis: quis cōtra nos? Qui etiam proprio filio suo non peper= cit: sed pro nobꝫ omnibus tradidit illum. Diuisio. Quis nos separabit a caritate christi? Tribulatio / an āgustia / an psecutio / an fames an nuditas / an periculum / an gladi⁹? Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die: estimati sumus vt oues occisionis. Sed in his omn bus superamus: propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim: quia neqꝫ mors neqꝫ vita ne= qꝫ angelus neqꝫ principatus neqꝫ potestates neqꝫ virtutes neqꝫ instā tia neqꝫ futura neqꝫ fortitudo neqꝫ altitudo neqꝫ profundum neqꝫ cre atura alia poterit nos separare a caritate dei: que est in christo iesu: domino nostro. ℟. Gloriosus de⁹ in san ctis suis mirabilis in maiestate faciens prodi gia. ℣. Dextera tua domie glorificata est in virtute dextera manus tua confregit inimi= cum. ℟. Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori illi autē sunt in pace. ℟. Vindica domine sanguinē sanctorum tuorum qui effusus est. ℣. Posue= runt mortalia seruorum tuorum escas vola= tilibus celi carnes sanctorum tuorum bestijs terre. ℟. Exultabunt sancti in gloria leta= buntur in cubilibus suis. ℣. Cantate domio canticum nouum laus eius in ecclesia sancto rum. ℟. Ecce q̄ bonum et q̄ iocundum ha= bitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentū

Alleluya. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua do[e] etenim veritate tua in eccliā sanctorum.

in capite quod descendit in barbam barbam aaron. ℟. Timete dominum omnes sancti eius quoniam nichil deest timentibus eum. ℣. Inquirentes autem dominum non defici ent omni bono. ℟. Anima nostra sicut pas= ser erepta est de laqueo venantiū. ℣. Laqus contritus est ⁊ nos liberati sumus adiutoriū nostrum in nomine domini qui fecit celum ⁊ terram. ℟. Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos. ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde et humiles spiri= tu saluabit. Alleluya. ℣⁹. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei delectentur in leti= cia. Alleluya. ℣. Sancti et iusti in dn̄o gau= dete vos elegit deus in hereditatem sibi. Al= leluya. ℣. Gaudete iusti in domino rectos de cet collaudatio. Alleluya. ℣. Vox exultatio= nis et salutis in tabernaculis iustorum. Alle luya. ℣. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerūt. Alleluya ℣. Mirabilis dominus noster in sanctis suis Alleluya. ℣. Fulgebunt iusti ⁊ tanq̄ scintille in arundineto discurrent in eternum. Allā. ℣. Reddet deus mercedem laborum sancto rum suorum et deducet illos in via mirabili. Allā. ℣. Letamini in dn̄o et exultate iusti et gl'iamini oēs recti corde. Alla. ℣. Iudicabūt scti natiōes et dn̄abūtur populis et regnabit illoꝝ rex in eternū. Alla. ℣. Scti tui dn̄e bn̄di cēt te gl'iam regni tui dicēt. Alla. ℣. Lauda= te pueri dn̄m laudate nomē dn̄i. Alla. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercit⁹ dn̄e. Allā. ℣. Isti sunt due oliue cādelabra lucen tia ante dn̄m habēt potestatē claudere celū nubibus et aperire portas eius quia lingue eo rum claues celi facte sunt. Sequentia.

Ecce pulchra canorum reso net voce alleluya. Intimās requiem sanctorum iclitā. Felicia nimium angelorum rutilāt agmi na. Sancte sancte sancte xp̄o ouā= ter proclamantia. Sublimi in ca thedra apostolorum sede fulgida

lampada tribus et linguas iudicātia. Omnia vt stercora reputarūt tumida propter hoc emicāt velut stella firmamenti clara. Stolis cādidis martyrum adornātur colla. Hic sunt milites qui mundi preliarunt bella. Coronis albis coronātur sancti. Qui cōfitentes crediderunt iuste. Uel fide certātes respuerunt vana. Modo habent celestia regna. In qua triumphant dicentes optime. Siue canticant psallētes carmina. Arte laudiflua. Uoce dulcissona. Regi christo submittētes colla. Multum recitaris laude spirituum. Atq; iubilaris in choro virginum. Alleluya. Multimode. Te decantant pudicum agmina. Laus tibi sit semper christe ꝑ omnia. Qui opitularis cantantes talia. Uoce pulchra. Alleluya. Et nos ipsi proclamemus vna. Da nobis eterna regna florida. Ubi cantemus omnes alleluya. Ista sequentia predicta dicitur tam ĩ festis duplicibus ꝙ in festis nouem lectionum et in tempore paschali dicitur Uictime paschali. ¶ Secundum lucam. xxi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cum audieritis prelia et seditiones: nolite terreri. Oportet enim primum hec fieri: sed nundum statim finis. Tūc dicebat illis. Surget gens contra gentem et regnum aduersus regnum. et terremotus magni erūt ꝑ loca et pestilētie ⁊ fames. Terroresq; de celo: et signa magna erūt. Sed ante hec oīa inicient vobis manus suas et persequentur tradentes in synagogas et custodias trahentes ad reges ⁊ presides propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium. Diuisio. Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari. quemadmodum respondeatis Ego enim dabo vobis os et sapientiam: cui non poterūt resistere et contradicere omnes aduersarii vestri. Trademini autem a parentibus ⁊ fratribus et cognatis et amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Et capill⁹ de capite vestro: non peribit. In patientia vestra: possidebitis animas vestras. ¶ Secundum lucam. vi.

In illo tempore. Descendēs iesus de monte: stetit in loco campestri. Et turba discipulorum eius ⁊ multitudo copiosa plebis ab omni iudea et hierusalem ⁊ maritima et tyri et sydonis qui venerant vt audirent eum: et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis: curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere: quia virt⁹ de illo exibat / et sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos: dicebat. Beati pauperes quoniam vestrum est regnum dei Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: qr ridebitis. Beati eritis cuz vos oderint homines ⁊ cum separauerint vos et exprobrauerint et eiecerint nomē vestrum tanꝙ malum: propter filium hominis. Gaudete in illa die: ⁊ exultate. Ecce enim merces vestra: multa est in celo. ¶ Secundum matheum. xxiiii.

In illo tempore. Sedente iesu super montem oliueti: accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis quando hec erunt: et quod signum aduentus tui et consummationis se-

celi? Et respondens iesus: dixit eis Uidete ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes ego sum christus: et multos seducent. Audituri enim estis prelia et opiniones preliorum. Uidete ne turbemini. Oportet enim hec fieri sed nundum est finis. Consurget enim gens in gentem: et regnum in regnum: et erunt pestilentie et fames et terremotus per loca. Hec autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem et occident vos: et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi: et inuicem tradent: et odio habebunt inuicem. Et multi pseudo prophete surgent: et seducent multos Et quoniam abundabit iniquitas refrigescet caritas multorum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit. ¶ Secundum matheum. x.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cum persequentur vos in ciuitate ista: fugite in aliam. Amen dico vobis: non consummabitis ciuitates israel: donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum: nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: et seruo sicut dominus eius. Si patrem familias beelzebub vocauerunt quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos Nichil enim est opertum quod non reuelabitur: et occultum quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine. Et quod in aure auditis: predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere Sed potius eum timete: qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt? Et vnus ex illis: non cadet super terram sine patre vestro Uestri autem et capilli capitis. omnes numerati sunt. Nolite ergo timere. Multis enim passeribus: meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus: confitebor et ego eum coram patre meo: qui est in celis. Secundum lucam. xi.

In illo tempore. Dicebat iesus turbis in deorum: et principibus sacerdotum. Ue vobis qui edificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini: quod consentitis operibus patrum vestrorum. Quoniam quidem ipsi occiderunt eos. vos autem edificatis eorum sepulchra. Propterea et sapientia dei dicit. Mittam ad illos prophetas et apostolos: et ex illis occident et persequentur. Ut inquiratur sanguis omnium prophetarum qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista: a sanguine abel vsque ad sanguinem zacharie qui periit inter altare et edem. Ita dico vobis: requiretur ab hac generatione. Ue vobis legisperitis quia tulistis clauem scientie. Ipsi non introistis: et eos qui introibant prohibuistis. Cum hec ad illos diceret: ceperunt pharisei et legisperiti grauiter insistere/et os eius opprimere de multis insidientes ei. Et querentes capere aliquid ex ore eius: vt accusarent eum. ¶ Secundum lucam. xxii.

In illo tempore. Facta est contentio inter discipulos iesu quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium

dominantur eorum: ⁊ qui potestatem habent super eos/benefici vocantur. Vos autem non sic: sed q̄ maior est in vobis fiat sicut iunior: ⁊ qui precessor est sicut ministrator Nam quis maior est qui recumbit an qui ministrat? Nonne qui recū-bit? Ego autem in medio vestrū sum sicut qui ministrat. Vos autē estis qui permansistis mecum ī tē-tationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pr̄ me-us regnum: vt edatis et bibatis su per mensam meam in regno meo Et sedeatis super thronos: iudicā-tes duodecim tribus israel. ¶ Secundum marcum. xiii.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Videte ne q̄s vos seducat. Multi enim venient ī nomine meo dicentes quia ego sū et multos seducent. Cum audieritis bella ⁊ opiniones bellorum: ne timueritis. Oportet enim hec fieri sed nundum finis. Exurget autē gens super gentem et regnum super regnum: et erunt terremotus per loca et fames. Initium doloꝝ hec. Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis: ⁊ in synagogis vapulabitis. Et āte reges ⁊ presides stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes: primum oportet predicari euangelium. Et cum duxerit vos tradentes nolite precogitare quid loquamini. sed quod datum vobis fuerit in illa hora/id loquamini. Non enim estis vos loquentes: sed spiritus sāctus. Tradet autem frater fratrem in mortem: ⁊ pater filium. Et consurgent filii in parētes ⁊ morte afficiēt eos. Et eritis odio omībꝰ: ꝑpter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem: hic saluus erit. Secundū matheū. x.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos: sicut oues in medio luporū. Estote ergo prudentes sicut serpē-tes: et simplices sicut columbe. Cauete autē ab hoībꝰ. Tradent enī vos in conciliis: et in synagogis suis flagellabunt vos. Et ad reges ⁊ presides ducemini propter me: ī testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora: quid loquamini. Non enī vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem: et pater filium. Et insurgent filii in parentes: et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus: propter nomē meum. Qui autem perseuerauerit vsq; in finē: hic saluus erit. ¶ Secūdū lucam. xii.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Attendite a fermento phariseorum: quod est hypocrisis. Nichil autem opertū est quod non reueletur: neq; abscō-ditum quod non sciatur. Quoniā que in tenebris dixistis: in lumine dicentur. Et quod in aurem locuti estis in cubiculis: predicabitur in tectis. Dico autē vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidūt corpꝰ: ⁊ post hec nō habēt amplius qd̄ faciāt. Ostēdā aūt vobis: quem timeatis. Timete eū qui postq̄ occiderit: habet potestatem mittere in gehēnam. Ita dico vobis: hunc timete. Nonne quinq; passeres veneunt dipondio? Et vnꝰ ex illis nō est in obliuione coram deo. Sed et

capilli capitis vestri: omnes nume-
rati sũt. Nolite ergo timere. Mul-
tis passerib⁹: pluris estis. Dico au-
tem vobis. Omnis quicũq confes-
sus fuerit me corã hominibus: et
filius hominis confitebitur illũ: co-
ram angelis dei. ¶ Secũdũ matheũ. v.

In illo tempore. Videns ie-
sus turbas: ascendit in mon-
tem. Et cum sedisset: accesserunt
ad eum discipuli eius. Et aperiẽs
os suum: docebat eos dicens. Bea-
ti pauperes spiritu: quoniam ipso-
rum est regnum celorũ. Beati mi-
tes: quoniam ipsi possidebunt ter-
ram. Beati qui lugent: quoniam
ipsi consolabuntur. Beati qui esu-
riunt et sitiunt iusticiam: quoniã
ipsi saturabũtur. Beati misericor-
des: quoniam ipsi misericordiã cõ-
seq̃ntur. Beati mundo corde: quo-
niam ipsi deum videbũt. Beati pa-
cifici: quoniam filii dei vocabũtur.
Beati qui persecutionem patiun-
tur propter iusticiam: quoniam ip-
sorum est regnum celorum. Beati
estis cum maledixerint vobis ho-
mines et persecuti vos fuerint et di-
xerint omne malũ aduersum vos
mentientes: propter me. Gaude-
te et exultate. ecce enim merces ve-
stra: copiosa est in celis. Offertorium.
Letamini in domino et exultate iusti et glo-
riamini omnes recti corde. Offerto. Confi-
tebuntur celi mirabilia tua domine et verita-
tem tuam in ecclesia sanctorum alleluya alle-
luya. Offertorium. Repleti sumus mane mi-
sericordia tua exultauimus et delectati sum⁹
alleluya. Offertorium. Mirabilis deus in sã-
ctis suis deus israel ipse dabit virtutem et for-
titudinem plebi sue benedictus de⁹ alleluya
Offertorium. Exultabunt sancti in gloria le-
tabuntur in cubilibus suis exultationes dei
in faucibus eorum. Offertorium. Anima no-
stra sicut passer erepta est de laqueo venanti-
um. Laqueus contritus est et nos liberati su-
mus. Offerto. Gloriabuntur in te omnes q̃
diligunt nomen tuum quoniam tu domine
benedices iusto domine vt scuto bone volũta-
tis tue coronasti nos. Secreta.

Munera tibi domine nostre
deuotionis offerimus: que
et pro tuorum tibi honore sint gra-
ta sanctorum: et nobis salutaria
te miserante reddãtur. Per domi-
num nostrum. Alia secreta.

Benedictio tua domine lar-
ga descendat que et mune-
ra nostra deprecantibus sanctis
martyribus tuis reddat accepta.
et nobis sacramentũ redemptiõis
efficiat. Per dominum nostrum
Communio. Multitudo languentium et qui
vexabantur a spiritibus immũdis veniebãt
ad eum quia virtus de illo exibat et sanabat
omnes. Communio. Gaudete iusti in domi-
no alleluya rectos decet collaudatio alleluya
Communio. Ego sum vitis vera et vos palmi-
tes qui manet in me et ego in eo hic fert fru-
ctum multum alleluya alleluya. Cõmunio.
Iustorum anime in manu dei sunt et non tã-
get illos tormentum malicie visi sunt oculis
insipientium mori illi autẽ sunt in pace. Cõ-
munio. Ego vos elegi de mũdo vt eatis et fru-
ctum afferatis et fructus vester maneat. Cõ-
munio. Posuerunt mortalia seruorum tuo-
rum domine escas volatilibus celi carnes sã-
ctorum tuorum bestiis terre secundum ma-
gnitudinẽ brachii tui posside filios morti pu-
nitorum. Communio. Amen dico vobis q̃d
vni ex minimis meis fecistis: michi fecistis
venite benedicti patris mei possidete pre-
paratum vobis regnum ab initio seculi. Cõ-
munio. Etsi coram hoib⁹ tormẽta passi sunt
de⁹ tẽtauit eos tãq̃ aurũ in fornace probauit
eos et quasi olocausta accepit illos. Cõio. Ani-
ma nr̃a sicut passer erepta ẽ de laq̃o venãtiũ. Cõ.
Quicunq fecerit voluntatem patris mei qui

in celis est ipse meus frater et soꝛoꝛ et mater est dicit dominus. Communio. Signa eos q̄ in me credent hec sequentur demonia eiicient super egros manus imponent et bene habebunt. Communio. Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab his qui vos persequūtur. Postcommunio.

Presta nobis quesumus dn̄e intercedētibus sanctis martyꝛibus tuis. N. vt que oꝛe contigimus pura mente capiamus. Per dominum. Alia postcommunio.

Celestibus refecti sacramentis ⁊ gaudiis supplices te domine depꝛecamur. vt quoꝛum gloriamur triumphis pꝛotegamꝰ subsidiis. Per do. ¶ De confesso. Officium.

Sacerdotes tui domie induant iusticiam et sancti tui exultent pꝛopter dauid seruum tuum nō auertas faciem chꝛisti tui. p̄s. Memēto dn̄e dauid ⁊ oīs mās̄uetudinis eiꝰ. Officiū

Sacerdotes eius induant salutare et sancti eius exultatione exultabūt. p̄s. Memento domine dauid ⁊ omnis mansuetudinis eius. Officium.

Sacerdotes dei benedicite domino sancti ⁊ humiles coꝛde laudate deum. p̄s. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Officium.

Statuit ei dominus testamentum pacis et pꝛincipem fecit eū vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. p̄s. Misericoꝛdias domini in eternū cantabo. ¶ Item de abbatibus. Officium.

Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudiciū lex dei eius in coꝛde ipsius. p̄s. Noli emulari in malignātibus: neq̄ zelaueris facientes iniquitatem. De vno doctoꝛe. Offi.

In medio ecclie apuit os eiꝰ ⁊ ipleuit eū dn̄s spū sapiētie ⁊ itellectꝰ stola glorie iduit eū. p̄s. Iocūditatē ⁊ exultationē thesaurizauit sup eū. vel p̄s. Bonum est cōfiteri dn̄o: ⁊ psallere noi tuo altissime. Oꝛatio.

Da q̄s oīps deꝰ: vt bti. N. ꝯfessoꝛis tui atq̄ pontificis venerāda solēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ salutē. Per.

¶ Lectio libꝛi sapie. eccliastici. xliiii.

Ecce sacerdos magnꝰ q̄ in diebus suis placuit deo ⁊ inuētus est iustꝰ. Et in tpe iracundie: factus est recōsiliatio. Nō est iuētꝰ similis illi: q̄ cōseruaret legē excelsi. Ideo iureiurādo: fecit illū dn̄s crescere in plebē suā. Bn̄dictionē oīū gētiū dedit illi: ⁊ testamētū suū cōfirmauit sup caput eiꝰ. Cognouit eū in bn̄dictōibꝰ suis: ꝯseruauit illi miam suā ⁊ iuenit grām coꝛā oculis dn̄i. Magnificauit eū i cōspectu regū: ⁊ dedit illi coꝛonā glie. Statuit illi testamētū sempiternū: et dedit illi sacerdotiū magnū: ⁊ btificauit illū in glia. Fūgi sacerdotio ⁊ hr̄e laudē in noīe ipiꝰ. Et offerre illi icēsum dignū: in odoꝛē suauitatis. Unius abbatis. Oꝛatio.

Intercessio nos quesumꝰ domine beati. N. abbatis tibi commendet: vt quod nostris meritis non valemus: eius patrocinio assequamur. Per dominum nr̄m iesum chꝛistum filium tuum.

¶ Lectio libꝛi sapientie. Ecclesiastici. xxxix.

Iustus coꝛ suū tradet ad vigilādum diluculo ad dominum qui fecit illum: et in cōspectu altissimi depcabit. Apiet os suum in oꝛatione: et pꝛo dilectis suis de-

precabitur. Si enim magnus dominus voluerit: spiritu intelligentie replebit illum. Et ipse tā ꝙ ymbres mittet eloquia sapientie sue: et in oratione confitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius et disciplinam et in absconditis suis conciliabitur. Et ipse palam faciet disciplinam doctrine sue: et in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius: et vsqꝫ in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius: ⁊ nomen eius requiretur a generatione in generationē. Ad hebreos. viij.

Fratres: Plures facti sunt sacerdotes secundum legem: idcirco ꝙ morte prohiberētur permanere. Jesus autem eo ꝙ maneat ineternum: sempiternū habet sacerdotium. Unde et saluare in perpetuum potest accedens per semetipsum ad deum semper viuēs ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat: vt nobis esset pōtifex sanctus innocens impollut⁹ segregatus a peccatoribus. ⁊ excelsior celis factus. Qui nō habet quotidie necessitatē queadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre: deinde pro populis. Hoc enim fecit semel se offerendo: dominus noster iesus christus.

¶ Ad hebreos. vltimo.

Fratres. Doctrinis variis et peregrinis: nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor: non escis que non profuerūt ambulantibus in eis. Habemus altare: de quo edere nō habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. Quorū enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem: horum corpora cremantur extra castra. Propter quod et iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populū: extra portam passus est. Exeam⁹ igitur ad eum extra castra: improperium eius portantes. Non enī habem⁹ hic manētē ciuitatē: sed futuram inquirim⁹. Per ipsum ergo offeram⁹ hostias laudis semper deo: id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficētie autem et communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostiis promeretur deus. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xlvij.

Dedit domin⁹ confessionem sancto suo: ⁊ excelso in verbo glorie. De omni corde suo laudauit dominū: et dilexit deum qui fecit illum. Et dedit illi contra inimicos potentiam: et stare fecit cantores contra altare: ⁊ in sono eorum dulces fecit modulos. Et dedit in celebrationibus decus et ornauit tempora vsqꝫ ad cōsummationem vite vt laudarent sanctum nomen domini: et amplificarent mane dei sanctitatē. Christus purgauit peccata ipsius: et exaltauit in eternum cornu eius. Et dedit illi testamētū eternū: ⁊ sedē glorie in israel. Ad hebreos. v.

Fratres. Omnis pontifex ex hoīb⁹ assumpt⁹ ꝓ hoīb⁹ constituitur in his q̄ sunt ad deū: vt offerat dona ⁊ sacrificia pro pctīs. Qui condolere possit his q̄ ignorāt ⁊ errāt qm̄ ⁊ ipe circūdat⁹ est infirmitate. Et propterea debet quemadmodū ⁊ ꝓ plebe ita etiā ⁊ ꝓ semetipso offerre ꝓ pctīs. Nec q̄sq̄ sumit sibi honorē: sed q̄ vocat a deo tāq̄ aarō queadmodū scriptū ē. Tu es sacerdos in eternum: secundum ordinē melchisedech. ¶ Sapientie. x.

IUstum deduxit dominus ꝑ
vias rectas et ostendit illi re
gnum dei: et dedit illi scientiam sā
ctorum. Honestauit illum in labo
ribus: et compleuit labores illius.
In fraude circumuenientium illi af
fuit et honestum fecit illum. custo=
diuit eum ab inimicis. et a seducto
ribus tutauit illum. Et certamen
forte dedit illi vt vinceret ⁊ sciret qm̄
omniū potentior est sapiētia. Hec
venditum iustum nō derelinquit
sed a peccatoribus liberauit illum
Descenditqꝫ cum illo in foueam: et
in vinculis non dereliquit illū. do=
nec afferret illi sceptrū regni: ⁊ po
tentiam aduersus eos qui eum de
primebāt. Et mendaces ostendit
qui maculauerunt illum Et dedit
illi claritatem eternam dominus
deus noster. Lectio libri sapientie. vii.

OPtaui et datus est michi sen
sus. Et in vocaui: et veni in
me spiritus sapientie. Et preposui
illā regnis ⁊ sedibꝰ ⁊ diuitias nichil
esse duxi ī cōparatione illiꝰ Nec cōpa
raui illi lapidē ꝑciosū. quoniā om=
ne aurum in comparatione illius
arena est exigua ⁊ tanq̄ lutum esti
mabitur argentum in conspectu il
lius. Super salutem et speciem di=
lexi illam. et proposui pro luce ha=
bere illam quoniam ī extinguibile
est lumen eius. Venerunt autem
michi omnia bona pariter cū illa
et inumerabilis honestas per ma=
nus illius. Et letatus sum in om=
nibus quoniam antecedebat me
ista sapientia. et ignorabam quo=
niam omnium bonorum mater ē
Quam sine fictione didici et sine in
uidia cōico. Et honestatem illiꝰ nō
abscōdo. Lctō libri sapie ecclesia=
DIlectus a deo et ho stici: xlv.
minibꝰ cuiꝰ memoria in benedictio
ne est. Similem illum fecit in glo=
ria sanctorum: et manificauit eum
in timore inimicorum et in verbis
suis monstra placuit. Glorificauit
illum in conspectu regum: et iussit
illi coram populo suo et ostendit il
li gloriam suam. In fide ⁊ lenitate
ipsius sanctum fecit illum et elegit
eum ex omni carne. Audiuit enī vo
cem ipsius: ⁊ induxit illum in nube
Et dedit illi cor ad precepta et legē
vite: et discipline. ℟. Ecce sacerdos ma
gnus qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non
est inuentus similis illi qui conseruaret legem
excelsi. ℟. Iurauit dominus et non penite=
bit eum tu es sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech. ℣. Dixit dominus do
mino meo: sede ad dextris meis. ℟. Inueni
dauid seruum meum oleo sācto meo vnxi eū
manus enim mea auxiliabitur ei et brachiū
meum confortabit eum. ℣. Nichil proficiet it
micus in eo et filius iniquitatis non nocebit
eum. ℟. Domine preuenisti eum in benedi
ctionibus dulcedinis posuisti in capite eius co
ronam de lapide precioso. ℣. Vitam petiit et
⁊ tribuisti ei lōgitudinem dierum in seculum
seculi. ℟. Sacerdotes eius induant saluta=
ri et sancti eius exultatione exultabunt. ℣.
Illuc producam cornu dauid parauit lucer=
nam xp̄o meo. ℟. Os iusti meditabitur sapi
entiam et lingua eius loquetur iudicium. ℣
Lex dei eius in corde ipsius et non supplanta
buntur gressus eius. Allā. ℣. Disposui testa=
mentum electis meis iuraui dauid seruo meo
Allā. ℣. Iustus non conturbabitur quia do=
minus firmat manum eius. Allā. ℣. Iste san
ctus digne in memoriam vertitur hominum
qui ad gaudium transiit angelorum. Allā. ℣.
Inueni dauid seruum meum oleo sācto meo
vnxi eum. Allā. ℣: Iurauit dominus et non
penitebit eum tu es sacerdos in eternum secū
dum ordinem melchisedech. Allā. ℣. Posui
adiutorium super potentem et exaltaui ele=

ctum de plebe mea. Alla. V. Iustum deduxit dominus per vias rectas et ostendit illi regnū dei. Alla. V. Iustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur. Alla. V. Iustus germinabit sicut liliū et florebit in eternum ante dominum. Sequentia.

Adest nobis dies alma et magno gaudio plena In qua sancta deo grata congaudet ecclesia: Hodie celestis letatur turba q̄ gloriam cantat in excelsis voce dulcisona cum simphonia Hodie polorum sancta agmina collaudant regem deum nostrum natum ex virgine sancta maria. Aue īclitē presul christi. N. flos pulcherrime. Tu vestigia xp̄i secutus es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Iam gratularis in domo superna possidēs sedes almas. Quam postulamus et poscimus vna. Adiuua tuo sancto suffragio cōsona voces nostras O beate. o scte. N. pro nobis supplica. O beate a sancte. N. salua cateruam hanc. Ut vna mereamur sancta celorum templa. possidere leti cernentes alma gaudia que sūt plena. Sit deo laus honor et iubilatio casta. Qui regnat per omnia secula seculorum. Amen. dicant omnia Ista sequentia dicitur tam in festis duplicibus q̄ i festis. ix. lectionū. Scd̄m math. xxv.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc Homo quidam peregre proficiscēs vocauit seruos suos et tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talēta alii autem duo: alii vero vnum Unicuique secundum propriam virtutem et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat: et operatus est in eis et lucratus est alia quinque. Similiter qui duo acceperat lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat: abiens fodit in terram et abscondit pecuniā domini sui. Post multum vero tēporis venit dominus seruorum illorū et posuit rationem cū eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat obtulit alia quinque talenta dicens Domine quinque talenta tradidisti michi: ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituā Intra in gaudium domini tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat: et ait. Dn̄e duo talēta tradidisti michi ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone et fidelis quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. Secundum lucam. xi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: Nemo accendit lucernam et in abscondito ponit neque sub modio sed super candelabrum vt qui ingrediuntur lumē videāt Lucerna corporis tui. ē oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex totū corpus tuū lucidum erit. Si autem nequam fuerit etiam corpus tuū tenebrosum erit. Uide ergo ne lumen quod in te est tenebre sint Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit nō habēs aliquam partem tenebrarum erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Secūdum matheū. xxiiii.

In illo tempore. Dixit iesus Uigilate: quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit Illud autem scitote: quoniam si sciret pater familias qua hora fur venturus esset vigilaret vtique et nō sineret perfodi domū suam Ideoque

et vos estote parati: quia qua nescitis hora filius hominis ventur⁹ est. Quis putas est fidelis seruus ⁊ prudens quem constituit domin⁹ suus supra familiam suam vt det illis cibum in tempore. Beatus ille seruus quem cum venerit dominus eius: inuenerit sic facientem. Amen dico vobis: quoniam super omnia bona sua constituet eum.

¶ Secundum lucam. x.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Qui vos audit: me audit. Et qui vos spernit: me spernit. Qui autem me spernit spernit eum qui me misit. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio: dicentes. Domine: etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Uidebam sathanā sicut fulgur. de celo cadentē Ecce dedi vobis potestatem calcādi supra serpentes et scorpiones: et supra omnem virtutem inimici et nichil vobis nocebit. Uerūtamen in hoc nolite gaudere: quia spirit⁹ vobis subiiciuntur Gaudete autē ꝙ nomina vestra scripta sunt in celis. ¶ Secundum lucam. xix.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum ⁊ reuerti. Uocatis autem decem seruis suis: dedit illis decem mnas Et ait ad illos. Negociamini dum venio. Ciues autem eius oderant illum: et miserunt legationē post illum dicentes. Nolumus hūc regnare super nos. Et factum ē vt rediret accepto regno et iussit vocari seruos suos quibus dederat pecuniam: vt sciret quantum quisqꝫ negociatus esset. Uenit autem primus dicens. Domine: mna tua decē mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone quia in modico fuisti fidelis: eris potestatem habens super decē ciuitates. Et alter venit dicens. Domine: mna tua fecit quinqꝫ mnas. Et huic ait. Et tu esto supra quinqꝫ ciuitates. Et alter venit dicens. Domine: ecce mna tua quam habui repositam in sudario Timui enim te: quia homo austerus es. Tollis quod non posuisti: ⁊ metis quod non seminasti. Dicit ei De ore tuo te iudico serue nequam Sciebas ꝙ ego homo austerus sū tollens quod non posui et metens quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensā et ego veniens cum vsuris vtiqꝫ exegissem illud. Et astantibus dixit Auferte ab eo mnam et date illi ꝗ decem mnas habet. Et dixerūt ei Domine habet decem mnas. Dico autem vobis: quia omni habēti dabitur et abundabit. Ei autem qui non habet et quod habet auferet ab eo. Ueruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se: adducite huc et interficite ante me. Et his dictis ꝑcedebat ascēdēs hierosolimā. Secdm lucam. xii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardētes Et vos similes hominib⁹ expectātibus dominum suum quando reuertatur a nuptiis vt cum venerit et pulsauerit confestim aperiāt ei. Beati serui illi quos cum venerit dominus īuenerit vigilātes. Amē dico vobis: ꝙ precinget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secūda vigilia et si in tercia vigilia venerit

et ita inuenerit beati sunt serui illi Hoc autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiqȝ et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora nō putatis: filius hominis veniet. ¶ Secundum marcum. xiii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uidete vigilate et orate. Nescitis enim: quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domū suā et dedit seruis suis potestatem cuiusqȝ operis: et ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo: nescitis enī quando dominus domus veniat. Sero an media nocte an gallicantu an mane. Ne cum venerit repē te inueniat vos dormiētes. Quod autem dico vobis: oib᷒ dico vigilate. Offertorium. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitꝰ cornu eius. Offertorium. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. man᷒ enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum. Offer. Posuisti domine super caput eius coronā de lapide precioso vitā petiit a te et tribuisti ei. allā. Offer. Iust᷒ vt palma florebit sicut cedrus que ī libano ē multiplicabitur. Offer. Desiderium anime eius tribuisti ei domine et volūtate labiorum ei᷒ nō fraudasti eum posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Secreta.

Sancti tui quesumus domine nos vbiqȝ letificent: vt dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum. ¶ De non pontifice. Secreta.

Sacris altaribus domine hostias superpositas sanctus. N. quesumus in salutem nobis puenire deposcat. Per dominū. Cōio. Domine quinqȝ talenta tradidisti michi ecce alia quiqȝ superlucrat᷒ sū euge serue fidelis q: ī pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā intra in gaudiū dñi tui. Cōio. Beat᷒ seru᷒ quē cū venerit dñs īuenerit vigilātē amē dico vobis sup omnia bona sua constituet eū. Cōio. Fidelis seru᷒ et prudens quē cōstituit dñs sup familiā suā vt det illis in tēpore tritici mensuram. Cōio. Semel iuraui in sancto meo semen eius ī eternū manebit et thronus ei᷒ sicut sol in conspectu meo et sicut luna perfecta in eternū et testis ī celo fidelis. Postcōmunio

Presta quesum᷒ omnipotēs deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes intercedente beato. N. confessore tuo atqȝ pontifice beneficia potiora sumamus. Unius abbatis. Postcommunio.

Protegat nos domine cum tui perceptione sacramenti beatus. N. abbas pro nobis. intercedendo. vt et conuersationis eius experiamur insignia: et intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per. Unius virginis. Officium.

Loquebar de testimoniis tuis in conspetu regumꝫ non confundebar et mediatbar in mādatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via qui ambulāt in lege domini. Officium

Me expectauerunt peccatores vt perderent me testimonia tua domine intellexi omnis consūmationis vbi finem latum mandatū tuum nimis. ps. Beati immaculati ī via qui ambulant in lege domini. Officium.

Uultum tuum deprecabūtur omnes diuites plebis adducentur regi virgines post eam proxime eius adducentur tibi in leticia et exultatione. ps. Eructauit cor meū verbum bonū dico ego opera mea regi Officium.

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore beate. N. virginis de cuius passione gaudent angeli et collaudãt filiũ dei. ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opera mea regi. Officium.

Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatẽ propterea vnxit te deus deꝰ tuus oleo leticie pre consortibꝰ tuis. ps. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Officium.

Cognoui domine quia equitas iudicia tua et in veritate tua humiliasti me cõfige timore tuo carnes meas a mãdatis tuis nõ me repellas. ps. Beati imaculati i via ꝙ ãbulãt in lege dñi. Or.

Deus qui inter cetera potẽtie tue miracula etiam in sexu fragili victoriam martirii contulisti: concede propicius: vt qui beate. N. virginis et martyris tue natalicia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per. Or.

Omnipotens sempiterne deꝰ qui infirma mundi eligis vt fortia queqꝫ confundas: concede propicius: vt qui beate. N. virginis et martyris tue solennia colimus: eiꝰ apud te patrocinia sẽtiamꝰ. P. Or.

Exaudi nos deꝰ salutaris noster vt sicut de beate. N. virginis et martiris tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum.

secunde. Ad corinthios. x.

Fratres. Qui gloriatur: i domino glorietur. Non enim qui semetipsum commendat ille probatus est: sed quẽ deus commẽdat. Utinam sustineretis modicũ quid insipiẽtie mee. Sed et supportate me. Emulor enĩ vos: dei emulatione. Despondi enim vos vni viro virginem castem exhibere xpo.

Sapientie ecclesiastici. Ultimo.

Domine deus meꝰ exaltasti super terram habitationem meam et pro morte defluenti depcata sum. Inuocaui dominum patrem domini mei: vt non derelinquat me in die tribulationis mee ⁊ in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue et collodabo illud in confessione. Et exaudita est oratio mea. Liberasti me de perditione: et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea cõfitebor ⁊ laudem dicam tibi et benedicam nomen tuum domine deus meus. Lectõ libri sapiẽtie. viii.

Sapientia vincit maliciã. Attingit ergo a fine vsqꝫ ad finẽ fortiter et disponit omnia suauiter. Hanc amaui et exquisiui a iuuẽtute mea ⁊ quesiui sponsam michi eã assumere et amator factus sum forme illiꝰ. Generositatem glorificat contubernium habens dei: sed ⁊ dominus omnium dilexit eam. Doctrix est enim discipline dei. et electrix operũ illiꝰ. Sapiẽtie. Ecclesiastici vltio.

Confitebor tibi domine rex et collaudabo te deũ saluatorem meum. Cõfitebor nomini tuo: quoniam adiutor et protector factus es michi et liberasti corpus meum a perditione. A laqueo lingue inique: et a labiis operantium mandacium et in conspectu astantium factus es michi adiutor Et liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui Arugientibus preparatis ad escã de manibus querentium animam meam ⁊ de multis tribulationibꝰ

Comiquata

que circundederũt me. A pressura flame que circundedit me et in medio ignis non sum estuata. De altitudine ventris inferi: et a lingua coinquinata et a verbo mendacii. A rege iniquo: et a lingua iniusta liberasti me. Laudabit usqꝫ ad mortem anima mea dominum et vita mea appropinquans erat ĩ inferno deorsum. Circundederũt me undiqꝫ: et non erat qui adiuuaret Respiciens eram ad adiutoriũ hominum: et non erat. Memorata sũ misericordie tue domine: et cooperationis tue que a seculo sũt. Quoniam eruis sustinentes te: et liberas eos de manibus odientium domine de⁹ noster. ℟. Specie tua et pulchritudie tua ĩtende ꝓspere procede et regna. ℣. Propter veritatẽ et mãsuetudinẽ et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. ℟. Diffusa ẽ gratia in labiis tuis ꝓpterea bene dixit te de⁹ ĩ eternũ. ℣. Propter veritatẽ ⁊ mãsuetudinem et iusticiã et deducet te mirabiliter dextera tua. ℟. Adiuuabit eã deus vultu suo de⁹ ĩ medio ei⁹ non cõmouebitur. ℣. Fluminis impetus letificat ciuitatẽ dei sãctificauit tabernaculũ suum altissim⁹. ℟. Audi filia et vide et ĩclina aurem tuam qꝛ cõcupiuit rex speciem tuã. ℣. Specie tua et pulchritudine tua intende ꝓspere procede ⁊ regna. ℟. Dilexisti iusticiã et odisti ĩiquitatẽ. ℣s⁹. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. ℟. Propter veritatem et mãsuetudinẽ et iusticiam ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurẽ tuã qꝛ cõcupiuit rex speciem tuã. Allã. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis ꝓpterea bñdixit te deus in eternum Allã. ℣. Specie tua et pulchritudine tua intẽde ꝓspere ꝓcede et regna. Allã. ℣. Ueni electa mea et ponã ĩ te thronũ meũ qꝛ cõcupiuit rex speciem tuã. Allã. ℣. Emulor enim vos dei emulatione despõdi enim vos uni viro virginem castã exhibere xpo. Allã. ℣. Ueni spõ

Allã. Dilexisti iusticiã ⁊ odisti iniquitatẽ. ꝓptea vnxit te de⁹ d⁹ tu⁹ oleo leticie

sa christi accipe palmã ꝑparatã a dño. Alla. ℣. Surge ꝓpera amica mea colũba mea formosa mea. Allã. ℣. Adducentur regi virgines post eã proxime ei⁹ afferẽtur tibi ĩ leticia. Se.

Virginis venerãde de numero sapientum festa celebrem⁹ socii. Filie matris summi regis sacrosancte marie. Quam sibi in sororem dei adoptauit filius. Hec corpus suũ domuit freno ieiunii. Hec luxuriam secuit ense agonie. Hec contra cunctos mortis dimicauit impetus. Et ostem cruẽtum freta xpi dextra strauerat. Hec sponsum ab aula celi sese inuisẽtem alacris Corde iocundo secuta eius est ingressa thalamum. Tu te iam dulcibus plena deliciis. Christo miserias nostras suggerito. Nobis consolationem prestando. Amen. Ista sequẽtia dicitur in festis duplicibus ⁊ ix. lectio. ¶ Secundum matheum. xxv.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc Simile est regnum celorum decem virginibus que accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso ⁊ sponse. Quinqꝫ autem ex eis erant fatue ⁊ quinqꝫ prudẽtes Sed quinqꝫ fatue acceptis lampadibus non sũpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleũ ĩ vasis suis: cum lampadibus. Moram autem faciente sponso: dormitauerũt omnes et dormierũt Media aũt nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: et ornauerunt lampades suas Fatue aũt sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostre extingũtur. Responderũt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vẽ

dentes: et emite vobis. Dum aūt irent emere venit sponsus. Et que parate erant: intrauerunt cum eo ad nuptias Et clausa ē ianua. Nouissime vero veniunt et reliqueuirgines dicētes Domine domine aperi nobis. At ille respōdens ait Amē dico vobis: nescio vos. Uigilate itaqꝫ quia nescitis diem neqꝫ horam.

¶ Secundum matheum. xiii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc Simile est regnum celorū thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscōdit: et pre gaudio illius vadit et vendit vniuersa que habet et emit agrum illū. Iterum simile est regnum celorū homini negociatori querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita abijt et vendidit omnia que habuit et emit eam Iterum simile est regnum celorū sagene misse in mare et ex omni genere piscium congregati. Quā cū impleta esset educentes et secus litus sedentes elegerūt bonos in vasa sua: malos autem foras miserūt Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli et separabūt malos de medio iustorum: et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dētium. Intellexistis hec omnia. Dicunt ei. Etiam at illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum: similis est homini patrisfamilias qui profert de thesauro suo noua ꝛ vetera.

¶ Secūdū. lucā .xiii. ca.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: parabolam hanc. Simile est regnum celorum fermēto quod acceptum mulier abscondit in farine sata tria donec fermentaretur totū. Et ibat p ciuitates et castella docens: et iter faciens in hierusalem. Ait autem illi quidam. Domine si pauci sunt q̄ saluantur. Ipse autē dixit ad illos Contendite intrare per angustam portam quia multi dico vobis querent intrare et non poterunt. Cū autem intrauerit paterfamilias ꝛ clauserit hostium īcipietis foris stare et pulsare hostium dicentes. Domine dn̄e: aperi nobis. Et respondens dicet vobis. Nescio vos: vnde sitis. Tunc incipietis dicere. Mānducauimus coram te et bibimus: et ī plateis nostris docuisti Et dicet vobis. Nescio vos: vnde sitis. Discedite a me omnes operamini iniquitatis. Ibi erit fletus: et stridor dentium cum videritis abraham et ysaac et iacob et omnes prophetas in regno dei: vos autem expelli foras. Et venient ab oriente et occidente et aquilone et austro et accūbent in regno dei.

Offer. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Offer. Offerentur regi virgines proxime eius offerētur tibi i leticia et exultatione adducentur in tēplum regi domino Offer. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus i eternum et in seculum seculi. Offer. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi.

Secreta.

Suscipe munera quesumus domine que in beate. N. virginis et martyris tue solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominū nostrum.

Secreta.

Hostias domine quas tibi offerimus propicius suscipe et intercedente beata. N. virgine et martyre tua vincula peccatorum nostrorum absolue. Per.

Secreta.

Accepta tibi sit dñe sacrate plebis oblatio p̄ tue honore ꝟginis. N. cui⁹ meritis ꝑcepisse de tribulatione cognoscit auxiliū. P.

Cōio. Feci iudiciū et iusticiā dñe non calūnientur michi superbi ad oīa mādata tua dirigebar omnē viā īiquitatis odio habui. Cōio. Quinqꝫ prudentes virgines acceperūt oleū in vasis suis cū lampadibus media aūt nocte clamor fact⁹ est ecce spōsus venit exite obuiā xp̄o domino. Cōio. Simile est regnū celorū homini negociatori querēti bonas margaritas īuenta vna preciosa margarita dedit oīa sua ⁊ cōparauit eā. Cōio. Prīcipes persecuti sūt me gratis et a verbis tuis formidauit cor meū letabor ego sup̄ eloq̄a tua quasi qui īuenit spolia multa cōcupiuit aīa mea testimonia tua dñe ⁊ dilexit ea vehemēter. Cōio. Cōfūdant̄ superbi qꝛ iniuste iniq̄tatē fecerūt ī me ego aūt ī mādatis tuis exercebor in tuis iustificationib⁹ vt nō cōfūdar. Cōio. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus ī eternum. Postcommunio.

Auxilientur nobis dñe sumpta misteria et intercedente beata. N. virgine ⁊ martyre tua sempiterna nos protectione cōfirment. Per dominū. Postcommunio.

Refecti cibo potuqꝫ celesti deus noster te supplices exoramus: vt in cuius hec commemoratione ꝑcepimus: eius muniamur et precibus. Per. Postcommunio.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius quesumus semper interuentione nos refoue cuius solennia celebramus. Per dominum nostrū iesum.

¶ Oratio dicenda ante missam:

Deus q̄ de īdignis dignos de peccatoribus iustos de īmūdis mundos facis: munda cor ⁊ corpus meum ab omni contagione ⁊ sorde peccati: et fac me dignum altaribus tuis ministrum et concede propicius vt in hoc altari ad quod indignus accedo hostias acceptabiles offeram pietati tue pro peccatis et offensionibus meis ⁊ ī numeris quotidianisqꝫ excessibus. et pro omnibus hic circunstantibus vniuersisqꝫ michi familiaritate et affinitate coniunctis atqꝫ me odio aliquo insectantibus et aduersantibus cunctisqꝫ fidelibus christianis viuis et mortuis et per eum sit tibi meum votum atqꝫ sacrificiū acceptabile: qui se tibi deo patri obtulit in sacrificium iesus christus fili⁹ tu⁹ domin⁹ noster. Qui tecū viuis

¶ Oratio dicenda post missam.

Omnipotens sempiterne de⁹ iesu xp̄e domine esto propicius peccatis meis per assumptionē corporis et sanguinis tui tu enim loquens dixisti. qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo ideo te supplex deprecor vt ī me cor mūdum crees et spiritum rectum in visceribus meis innoues et spiritu principali me confirmare digneris atqꝫ ab omnibus īsidiis dyaboli ac viciis emundes: vt gaudiorum celestiū merear esse particeps. Qui

¶ Incipiunt commemoratiōes. Et primo de sancto spiritu. Officium.

Spiritus domini repleuit orbem terrarum alleluya et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis alleluya alleluya alleluya. P̄s. Exurgat de⁹ ⁊ dissipēt̄ īimici ei⁹ et fugiāt qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semp̄ consola

tione gaudere. Per dominum. In vnitate eiusdem. ¶ Actuum apostolorum. viii.

In diebus illis. Cum audissent apostoli qui erant hierosolimis quia recepit samaria verbum miserunt ad eos petrum et iohannē. Qui cū venissēt orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritū sanctum. Nundum enim in quem ꝙ illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine domini iesu. Tunc imponebant manus super illos: et accipiebant spiritum sanctum. ℞. Beata gens cuius est dominus deus eorum populus quem elegit dominus in hereditatē sibi. ℣. Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluya. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

Veni sancte spiritus et emitte celitus lucis tue radium. Veni pater pauperum veni dator munerum veni lumē cordium. Consolator optime dulcis hospes anime dulce refrigerium: In labore requies in estu temperies in flectu solatium. O lux beatissima reple cordis intima tuorum fidelium. Sine tuo numine nichil est in lumine nichil est in noxium. Laua quod est sordidum riga quod est aridum sana quod est saucium. Flecte quod est rigidum foue quod est frigidum rege quod est deuiū. Da tuis fidelibus in te confidentibus sacrum septenarium. Da virtutis meritū da salutis exitū da perēne gaudiū amen. ¶ Secundū iohānē. xiiii.

In illo tpe. Dixit ies9 discipulis suis. Si quis diligit me sermonē meū seruabit. Et pr̄ me9 diliget eū: & ad eū veniem9 & mansionē apd̄ eū faciem9. Qui nō diligit me sermones meos nō seruat. Et sermonē quē audistis non est me9: sed eius qui misit me patris. Hec locut9 sū vobis apud vos manēs. Paraclitus autem spiritussanct9 quē mittet pr̄ in nomine meo ille vos docebit omnia & suggeret vobis omnia quecunqꝫ dixero vobis. Pacem relinquo vobis. pacem meam do vobis. Non quomodo mund9 dat ego do vobis. Non turbetur cor vestrum neqꝫ formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqꝫ quia vado ad patrem quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusqꝫ fiat vt cū factū fuerit credatis. Iam non multa: loquar vobiscum. Venit enim princeps mūdi huius: et in me non habet quicqꝫ Sed vt cognoscat mundus qꝛ diligo patrem: et sicut mandatum dedit michi pater sic facio. Offer. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalem tibi offerent reges munera alleluya. Secreta.

Munera domine quesumus oblata sanctifica et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per eiusdem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Communio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis vbi erant sedentes alleluya & repleti sunt omnes spiritussancto loquentes magnalia dei alleluya. alleluya. Postcommunio.

Sancti spirit9 domine corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fecundet. Per. Commemoratio de beata maria.

Salue sancta parēs enixa puerpera regē qui celū terramqꝫ regit in secula seculorum. psalmus. Post

psalm9 Virgo dei genitrix quē tot9 [illegible] orbis [illegible] se clau [illegible] factus ho.

partum virgo inuiolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. Oratio.

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia et eterna perfrui leticia. Per. Lectio libri sapientie ecclesiastici. xxiiii.

Ab initio et ante secula creata sum: et vsque ad futurum seculum nō desinā: et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum: et in ciuitate sanctificata similiter requieui et in hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato et in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sanctorum detentio mea. Rem. Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. versus. Virgo dei genitrix quem tot9 nō capit orbis in tua se clausit viscera factus hō. Alleluya. versus. Post partum virgo inuiolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. Sequentia.

Benedicta es celorum regina: et mundi totius domina et egris medicina Tu preclara maris stella vocaris que solē iusticie pariś a quo illuminaris. Tu deus pater vt dei mater fieres et ipse frater cui9 eras filia. Sāctificauit sanctā seruauit et mittēs sic salutauit aue plena grā. Per illud aue platū et tuum responsum gratum est ex te verbum i carnatū quo saluāt oīa Nunc mater exora natum vt nostrū tollat reatū et regnū det nobis paratū i celesti patria ā. S. lucā. xi ca

In illo tpe Factū ē cū loq̄ret iesus ad turbas extollēs vocē quedam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Secundum lucam. primo.

In illo tempore. Repleta est spiritu sancto helizabeth: et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres. et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi vt veniat mater domini mei ad me Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in auribus meis: exultauit in gaudio īfās in vtero meo. Et beata que credisti: quoniam perficientur in te que dicta sunt tibi a domino Et ait maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus i deo salutari meo. Offertoriū. Felix nāque es sacra virgo maria et omni laude dignissima quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster. allelupa. Secreta.

Tua domine propiciatione et beate marie semper virginis intercessione: ad perpetuam atque presentem hec oblatio nobis proficiant prosperitatem et pacē Per. Cōio. Btā viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium. Pplcōio.

Sumptis domine salutis nostre subsidiis: da quesumus beate marie semper virginis nos patrociniis vbique protegi: in cuius veneratione hec tue obtulim9 maiestati. Per dominum In tempore paschali de sancta maria totum officium predictum. Alleluya. versus. Angel9 domini nūciauit virgini q̄ in tacta pareret filium creatorem omnium. Sequentia.

Virgini marie laudes intonant christiani. Eua tristis abstulit sed maria protulit natum qui redemit peccatores. Lux

Alla Ora p nobis pia virgo m̄ vnde x nat̄ e nob̄ p pctis sa miseria.

et virtus modulo conuenere mi-
rando marie filius regnat de⁹. Dic
nobis maria virgo clemens et pia
Quomodo facta es genitrix cū tu
sis plasma de te nascentis. Angel⁹
est testis ad me miss⁹ celestis Nat⁹ ē
ex me spes mea sed incredula ma-
net iudea. Credendum est magis
soli gabrieli forti q̄ iudeorum pra-
ue cohorti. Scimus xp̄m processisse
de maria vere tu nobis nate rex mi
serere. Allā. ℂ Secundum iohannē. xix.

In illo tēpore. Stabant iux-
ta crucem iesu mater eius et
soror matris eius maria cleophe et
maria magdalene. Cū vidisset er-
go iesus matrem et discipulum stā
tem quē diligebat: dixit matri sue
Mulier: ecce fili⁹ tu⁹. Deinde dixit di
scipulo. Ecce mater tua. Et ex illa
hora: accepit eam discipulus in suā
Offer. Angelus domini descendit de celo ad
mariam dicens aue gratia plena spiritus san
ctus in te descendet allelupa. Cōio. Regina ce
li letare allā. quia quem meruisti portare al-
lelupa resurrexit sicut dixit allā ora pro nobis
deū allā. Itē de beata maria in aduēt. Offm

Rorate celi de super et nu-
bes pluant iustum aperi
atur terra et germinet
saluatorem. ps. Et iusticia
oriatur simul ego dn̄s creaui eum. Oratio.

Deus qui de beate marie vir-
ginis vtero verbum tuum
angelo nunciante carnem suscipe
re voluisti: presta supplicibus tuis
vt qui vere eā dei genitricem credi
mus eius apud te intercessionibus
adiuuemur. Per eundem dominū
nostrum iesum christum filiū tuū
ℂ Lectio ysaye prophete. vii.

In diebus illis: Locutus ē do
minus ad achaz dicens. Pe
te tibi signum a domino deo tuo in
profundum inferni: siue in excelsū
supra. Et dixit achaz. Non petā
et nō tentabo dominum. Et dixit
Audite ergo domus dauid. Nun-
quid parum vobis est molestos es-
se hominibus: quia molesti estis et
deo meo. Propter hoc dabit domi-
nus ipse vobis signum. Ecce virgo
concipiet et pariet filium: et voca-
bitur nomen eius emmanuel. Bu
tirū et mel comedet vt sciat repro-
bare malū et eligē bonū. R. Tollite portas
principes vestras et eleuamini porte eterna-
les et introibit rex glorie. versus. Quis ascē
det in montem domini aut quis stabit in lo-
co sancto eius innocens manibus et mundo
corde. Alleluya. versus. Ecce virgo concipi-
et et pariet filium iesum christum. Alleluya.

Missus gabriel Sequentia.
de celis verbi baiulus fidelis
sacris disserit loquelis cum beata
virgine. Verbum bonum et sua-
ue pandit intus in conclaue et ex
eua formans aue eue verso nomi-
ne. Consequenter iuxta pactum
adest verbum caro factum sem-
per tamen est intactum puellare
gremium. Patrem pariens igno-
rat et quam homo non deflorat nō
torquetur nec laborat quando pa-
rit filium. Signum audis noui-
tatis crede solum et est satis non est
tue facultatis soluere corrigiam.
Grāde signum et insigne est in ru-
bo et in igne ne appropiet indigne
calciatus quispiam. Virga sicca
sine rore nouo ritu nouo more fru-
ctum protulit cum flore sic et vir-
go peperit. Benedictus talis fru-
ctus fructus gaudii non luctus
non erit adam seductus si de hoc
gustauerit. Jesus noster iesus bo
nus pie matris pium onus cuius ē
in celo thron⁹ nascit̄ i stabulo. Qui

ps. Celi enarrant gliām dei etc. R. Prope ē dn̄e. folio .v.

sic est pro nobis natus nostros de-leat reatus quia noster incolatus hic est in periculo. Amen. Secundū

lucam. i.

In illo tempore. Missus est āgelus gabriel a deo i ciuitatem galilee cui nomē nazareth ad virginem desponsatā viro cui nomen erat ioseph de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eam: dixit. Aue gratia plena domin⁹ tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est i sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei Ne timeas maria: iuenisti eni gratiam apud deum. Ecce concipies i vtero et paries filium et vocabis nomen eius iesum. Hic erit man⁹ et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob ineternum et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud quoniam virum nō cognosco. Et respondens angelus: dixit ei. Spiritussanctus superueniet in te ꝛ virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoqꝫ et quod nascetur ex te sanctū vocabitur fili⁹ dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa concepit filiuꝫ in senectute sua Et hic mēsis ē sextus illi q̄ vocatur sterilis qꝛ nō erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini. Fiat michi secundum verbum tuum. Offr. Aue maria gratia plena dominus tecum benedicta tu i mulieribus et benedictus fructus vētris tui Se.

In mentibus nostris quesumus domine vere fidei sacramenta confirma: vt qui cōceptū de v̄gine deū verū ꝛ hoiem cōfitemur per eiusdem salutifere resurrectionis potentiam adeternam mereamur peruenire leticiā per eūdē. Cōio. Ecce virgo cōcipiet ꝛ pariet filiū ꝛ vocabit nomē ei⁹ emanuel Postcōio.

Gratiam tuam quesum⁹ domine mentibus nostris infunde vt qui angelo nūciante christi filii tui incarnationem cognouimus: per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eūdem dnm̄ nostrū

¶ Post natiuitatem domini de beata maria vsqꝫ ad purificationem eiusdem. Officium. Salue sancta parēs. et cetera. Oratio

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi premia prestiti sti tribue quesumus: vt ipsā p nobis intercedere sentiamus per quā meruimus auctorem vite suscipere dominum nostrum iesum christū filiū tuū. Qui tecū vi. Ad tytū. iii.

Karissime. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei. Non ex operib⁹ iusticie que fecimus nos: sed secundū suā miam saluos nos fecit. per lauachrum regenerationis ꝛ renouationis spiritussancti quē effudit in nos abunde per iesum christum saluatorem nostrum. Ut iustificati gratia ipsius heredes simus secū dum spem vite eterne. In christo iesu: domino nostro. ℟. Benedicta et venerabilis. et cetera. Sequentia.

Letabundus exultet fidelis chorus alleluya. Regem regum intacte profuit thorus res miranda. Angelus consilii natus est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciens stella semper rutilans semper clara. Sicut syd⁹ radium profert virgo filiū

Off Confortamini. folio v.

Officium Vultu tuū. folio. xi. ℟ Diffusa. fo. xi. Alla. ℣ Specie tua. fo xi.

parif orma. Necque sydus radio neque mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani conformatur ysopo valle nostra. Verbum ens altissimi corporali passum est carne sūpta. ysayas cecinit synagoga meminit nūq̄ tamen desinit esse ceca. Si nō suis vatibus credat vel gentilib⁹ sibillinis versibus hec predicta. Infelix propera crede vel vetera cur damnaberis gēs misera. Quem docet littera natum considera ipsum genuit puerpera. Alleluya. ¶ Secundum lucam. secundo.

In illo tempore. Pastores loquebantur adinuicem. Trāseamus usque bethleem. et videamus hoc verbum quod factum est: quod fecit dominus et ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et inuenerunt mariam et ioseph et infantem positum in presepio. Vidētes autem cognouerunt de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt: et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem cōseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudātes deum: in omnibus que audierant et viderāt: sicut dictum est ad illos. Offer. Felix namque. &c. Secreta.

Muneribus nostris quesum⁹ domine precibusque susceptis et celestibus nos munda misteriis et intercedente beata virgine dei genitrice maria clementer exaudi. Per eundem dominum nr̄m iesum christum. Communio. Beata viscera. Postcommunio.

Hec nos communio domine purget a crimine: et intercedente beata dei genitrice maria celestis remedii faciat esse consortes: Per eundem. ¶ De sanctis geruasio et prothasio. Officium.

Sapientiam sanctorum narrant populi et laudē eorum nunciat ecclesia: nomina autem eorum viuent in seculum seculi. Ps. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Orō

Deus qui nos cōcedis sanctorum martyrum tuorū geruasii & pthasii memoriā agere: da nobis in eterna beatitudine de eorū societate gaudere. P. Ad rom. viii.

Fratres: Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos presciuit et predestinauit conformes fieri ymaginis filii sui: vt sit ipse primogenit⁹ in multis fratribus. Quos autem predestinauit: hos et vocauit. Et quos vocauit: hos et iustificauit. Quos autē iustificauit: illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis: quis cōtra nos? Qui etiā proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnib⁹ tradidit illum. R. Exultabūt scti in glīa letabuntur in cubilib⁹ suis. V. Cātate dn̄o canticum nouum laus eius in ecclesia sanctorum. Alleluya. V. Reddet deus mercedem laborū sanctorum suorum et deducet illos in via mirabili. Sequentia

Beati geruasii fratrisque prothasii merita martyrii recolantur. Martyres egregii qui martyrum filii iam glorie socii colletātur. Dato patrimonio de christi consilio reclusi decennio stant orātes. Quorum reclusorio carent vaticinio a suo demonio immolantes. Dicto ad astasium mox iubet

Off' Offerentur fo.xi. Cō. Sile est. fo.xi

geruasiũ simulq3 prothasium ad se
duci. Stãtes ad pretorium terret
per supplicium diisq3 sacrificiuz ne
gant duci. Primus plumba sterni-
tur alter fuste ceditur cui caput ab
sciditur post tormẽta. His corona
redditur quorum vita scribitur tu
mulo recõditur post inuenta. Lõ-
go secli spacio apparent ambrosio
quos transfert cum gaudio et ho-
nore. Celesti palatio rosa fulgent
lilio placent nos iudicio cum victo
re. Amen. Secundum matheum. xxiiij.

In illo tempore. Sedente ie
su super montem oliueti: ac
cesserunt ad eum discipuli eius se-
creto dicentes. Dic nobis quando
hec erunt: et quod signum aduen-
tus tui et consummationis seculi:
Et respondens iesus: dixit eis. Ui-
dete ne quis vos seducat. Multi em̃
venient in nomine meo dicentes
ego sum christus: et multos sedu-
cent. Audituri enim estis prelia: et
opiniones preliorum. Uidete: ne
turbemini. Oportet enim hec fie-
ri sed nondum est finis. Cõsurget
enim gens in gentem: et regnum
in regnum: et erunt pestilentie et
fames ⁊ terremotus per loca. Hec
autem omnia initia sunt doloruz.
Tunc tradent vos in tribulationẽ
et occident vos. Et eritis odio om-
nibus gentibus propter nomẽ me
um. Et tunc scandalizabunt mul
ti et inuicem tradent: et odio habe
bunt inuicem. Et multi pseudo ꝓ
phete surgent: ⁊ seducent multos
Et quoniam abundauit iniquitas
refrigescet caritas multorũ. Qui
autem perseuerauerit vsq3 in finẽ:
hic saluus erit. Offer. Mirabilis deus in
sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem ⁊
fortitudinẽ plebi sue bñdictꝰ deꝰ allã. Secr.

Munera tibi domine nostre
deuotionis offerimus: que ⁊
pro tuorum tibi honore sint grata
iustorum: et nobis salutaria te mi
serante reddantur. Per. Communio.
Iustorum anime in manu dei sunt et nõ tã-
get illos tormentum malicie visi sunt oculis
insipientiũ mori illi aũt sunt i pace. Postcõio

Presta nobis quesumus do-
mine intercedentibus san-
ctis martyribus tuis geruasio at-
q3 prothasio vt que ore contigimꝰ:
pura mente capiamus. Per dñm.

De reliquiis. Officium

Sancti tui domine bene-
dicent te et gloriam re-
gni tui dicent alleluya.
Ps. Exaltabo te deus meus rex
et benedicam nomini tuo in seculum et in se-
culum seculi. Oratio.

Propiciare quesumus domi
ne nobis famulis tuis ꝑ san
ctorum tuorum quorum reliquie
in presenti requiescunt ecclesia me
rita gloriosa: vt eorum pia itercES-
sione / ab omnibus semper prote-
gamur aduersis. Per dominum.

Lectio libri sapientie. iij.

Iustorũ anime in manu dei
sunt et non tanget illos tor
mentum mortis. Uisi sunt oculis
insipientium mori: et estimata est
afflictio exitus illorum. Et quod a
nobis est iter extermini: illi autez
sunt in pace. Et si coram homini-
bus tormenta passi sunt: spes illo-
rum immortalitate plena est. In
paucis vexati i multis bene dispo-
nentur. Quoniam deus tentauit
illos: ⁊ iuenit eos dignos se. Tãq3
aurũ in fornace ꝓbauit illos: ⁊ qua
si olocausta hostie accepit illos. et
in tꝑe erit respectꝰ illoꝝ Fulgebũt
iusti ⁊ tãq3 scintille in arũdineto di

scutrent. Judicabunt nationes: et dominabūtur populis. Et regnabit dominus illorum: in perpetuū Allā. V. Gaudete iusti in domino rectos decet collaudatio. Alleluya. de tpe. Se. iohā. xv.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: & pater meus agricola est Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: & omnem qui fert fructum purgabit eū vt fructum plus afferat. Jam vos mundi estis: propter sermonē quē locutus sum vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semet ipso nisi māserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis vos palmites. Qui manet ī me et ego in eo / hic fert fructum multum: quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes et arescet. Et colligent eum & in ignem mittent: & ardet. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint: quodcunqz volueritis petetis et fiet vobis. Jn hoc glorificat° est pater meus vt fructum plurimū afferatis: & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater: et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea Si precepta mea seruaueritis: manebitis in dilectione mea. Sicut & ego patris mei precepta seruaui: & maneo in eius dilectiōe. Hec locutus sum vobis: vt gaudium meū in vobis sit. Et gaudium vestrum impleatur. Offer. Confitebuntur celi mirabilia tua domine et veritatem tuam in ecclesia sanctorum allā allā. Secreta.

Munera misericors deus tue maiestati oblata benigno quesumus suscipe intuitu vt eorū precibus fiāt nobis salutaria / quorum sacratissime in hac basilica reliquie recunduntur. Per dnm. Cōio. Gaudete iusti in domino allā rectos decet collaudatio alleluya. Postcommunio.

Diuina libātes misteria quesumus domine: vt eorū vbi qz ītercessio gloriosa nos protegat quorū hic sacro gaudem° pcinio. Per dominum nostrū iesum christum filiū tuum. De pace. Officium.

Da pacem domine sustinētibus te vt prophete tui fideles inueniantur exaudi preces serui tui & plebi tue israel. Ps. Dilexi quoniam exaudiet dns vocem orationis mee. Oratio.

Deus a quo sancta desideria recta cōsilia et iusta sūt opera: da seruis tuis illam quam mūdus dare non potest pacem vt & corda nostra mandatis tuis dedita: et hostium sublata formidine tempora sint tua ptectione tranquilla. P. Lectio libri machabeorum. j. ij.

In diebus illis. Orationem faciebāt sacerdotes dum offerent sacrificium pro populo israel: ionatha incohante ceteris autē respondentibus et dicentibus. Benefaciat vobis deus et meminerit testamenti sui quod ad abraham et ysaac et iacob locutus est. seruorum suorum fidelium. Et det vobis cor omnibus vt colatis eum: et faciatis eius voluntatem. Adaperiat cor vestrum in lege sua: & in preceptis suis et faciat pacem. Exaudiat orationes vestras / et reconsiletur vobis: nec vos deserat in tempore malo: dominus deus vester. R. Letatus sum in his que dicta sunt michi in domum domini ibimus. V. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis allā V. Qui sanat contritos corde et alligat con-

fritiones eorum.

¶ Secundum iohannem. xvj.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ecce venit hora etiam venit: vt dispergamini vnusquisque in propria. et me solum relinquatis. Et non sum solus: quia pater mecum est. Hec locutus sum vobis: vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis sed confidite ego vici mundum. Offertorium. Expectans expectaui dominum et respexit me et exaudiuit deprecationem meam et immisit in os meum canticum nouum hymnum deo nostro alleluya. Secreta.

DEus qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus: dignare preces et hostias dicate plebis suscipere vt pax tua pietate concessa christianorum fines ab omni hoste facias esse securos. Per dominum nostrum. Communio. Pacem meam do vobis alleluya. pacem relinquo vobis alleluya alleluya. Postcõio.

DEus auctor pacis et amator quem nosse viuere cui seruire regnare est. protege ab omnibus inpugnationibus supplices tuos: vt qui in defensione tua confidimus nullius hostilitatis arma timeamus. Per. ¶ Item de beata maria quando missa matutinalis dicitur de ipsa in choro inter natiuitatem domini et purificationem eiusdem virg. Officium. Vultum tuum. etc. oratio. Deus qui salutis eterne. Epistola. Apparuit benignitas et humanitas. ℟. Diffusa est gratia in labiis. Alleluya. ℣. Specie tua et pulchritudine. Euangelium. Pastores loquebantur ad inuicem. Offertorium. Offerentur regi. Secreta. Muneribus nostris. Communio. Simile est regnum celorum homini negociato. Postcommunio. Hec nos communio. ¶ De sctã cruce. Officium.

NOs autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi in quo est salus vita et resurrectio nostra per quem saluati et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Oratio.

DEus qui vnigeniti filii tui domini nostri iesu christi precioso sanguine viuifice crucis vexillum sanctificare voluisti: concede propicius eos qui eiusdem sancte crucis gaudent honore: tua quoque vbique protectione gaudere. Per eundem. ¶ Ad philippenses. ij.

FRatres. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomen quod est super omne nomen. Vt in nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Et omnis lingua confiteatur: quia dominus iesus christus in gloria est dei patris. ℟. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem mortem autem crucis. ℣. Propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Alleluya. ℣. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum

¶ Secundum matheum. xx.

IN illo tempore. Ascendens iesus hierosolimam assumpsit duodecim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascendimus hierosolimam et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis. Et condenabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum: et crucifigendum. Et tercia die: resurget

Offr. Protege domine plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus insidiis inimicorum oim ut tibi gratã exibeam9 servitutẽ acceptabile tibi fiat sacrificiũ nr̃z. allã. Se.

Hec oblatio domine quesumus ab omnibus nos mundet offensis que in ara crucis etiam totius mundi offensam. Per dñm Cõio. Per linũ servi factisum9 et p sanctã crucẽ liberatisum9 fructus arboris seduxit nos filius dei reddemit nos allã. Postcommunio.

Refecti cibo potuqꝫ celesti q̃sumus oipotẽs deus: ut ab hostium defendas formidine quos precioso sãguine filii tui domini nostri iesu christi redemisti. Qui tecũ vivit. De angelis. Officium.

Benedicite dominuz omnes angeli eius potẽtes virtute qui facitis verbũ eius ad audiendam vocem sermonum eius. Ps. Benedic anima mea dño et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Oratio.

Perpetuum nobis domine tue miserationis presta subsidium quibus et angelica prestitisti suffragia non de esse. Per. Lctõ. libri apocalipsis bti iohannis apostoli. xix.

In dieb9 illis. Dixit michi angelus. Scribe: beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sũt Et dixit michi. Hec verba dei vera sunt. Et cecidi ante pedes eius: ut adorarem eum. Et dixit michi. Vide ne feceris: conservus tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium iesu. Deum adora. Rx. Benedicite dño oẽs ãgeli eius potẽtes virtute q̃ facitis verbũ ei9. V. Benedic anima mea dño et omnia ĩteriora mea nomẽ sanctum ei9. Alleluya. V. In conspctu ãgelor psallã tibi dñe deus meus. ¶ Secũdũ iohannẽ. v

In illo tempore Ascendit ie-

Orõ Deus qui miro ordine. folio: cxl.

Secreta et postcõio: ut hic patet

sus hierosolimam. Est autem hierosolimus probatica piscina que cognominabatur hebraice bethsaida quinqꝫ porticus habens. In his iacebat multitudo magna lãguẽtium cecorum claudorum aridorum expectantium aque motum. Angelus autem domini secũdum tempus descendebat in piscinam: et movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aque: san9 fiebat a quacũqꝫ detinebatur infirmitate. Offr. Stetit angelus iuxta aram tẽpli habẽs thuribulũ aureũ ĩ manu sua et data sũt ei icẽsa multa et ascẽdit fum9 aromatũ ĩ cõspectu dei allã. Se.

Hostias tibi dñe laudis offerimus suppliciter deprecãtes ut easdem angelico pro nobis interveniente suffragio: et placatus accipias: et ad salutem nostram provenire concedas. Per dominũ. Cõio. Benedicite oẽs angeli dñi dño hymnũ dicite et superexaltate eum in secula. Postcõmunio

Repleti domine benedictione celesti suppliciter imploramus: ut quod fragili celebram9 officio sanctorum angelorum atqꝫ archangelorum nobis prodesse sẽtiamus auxilio. Per dominum. De fraternitate. Officium.

Salus populi ego sum dicit dominus de quacunqꝫ tribulatiõne clamaverint ad me exaudiã eos et ero illorum dominus in perpetuũ. Ps. Attendite popule meus legẽ meã: iclinate aurẽ vestrã ĩ verba oris mei. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus pretende super famulos tuos et super omnes congregationes illis cõmissas spiritum gratie salutaris: et ut in veritate tibi cõ-

placeant: perpetuum eis rorē tue benedictionis infunde. Per dñm.

¶ Ysaye prophete. xix.

Hec dicit dominus deus. In die illa deferetur munus domino exercituum: et rex fortis dominabitur eorum. In die illa erit altare domini in medio terre egypti et titulus domini iuxta terminum eius. Et cognoscetur dominus ab egypto et cognoscent egypti dominum in die illa: et colent eum in hostiis et muneribus et vota vouebunt domino et soluent. Et reuertentur ad dominum et placabitur eis: et sanabit eos. In die illa erit israel benedictio in medio terre: cui benedixit dominus exercituum dicens. Benedictus populus meus: et opus manuum mearum hereditas mea israel: dicit dominus omnipotens. R. Propicius esto dñe peccatis nostris nequā dicāt gētes vbi est deus eorum. V. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorē nois tui dñe libera nos. Allā. V. Redēptionē misit dñs pplō suo. S. matheum. xii

In illo tempore. Sedens dominus iesus contra gazophilacium: aspiciebat quomodo turba iactaret es in gazophilaciū. Et multi diuites iactabāt multa. Cū autem venisset vna vidua pauper misit duo minuta: qđ est quadrans. Et conuocans discipulos suos ait illis. Amen dico vobis: quia vidua hec pauper plus omnibus misit: qui miserunt in gazophilacio. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt. Hec enim de penuria sua omnia que habuit: misit totum victum suum. Offer. Domine exaudi orationē meā et clamor meus ad te perueniat. Secre.

Hostias tibi domine famulorum tuorum placatus intēde et quos in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebramus proficere sibi sentiant ad medelam. Per. Cōio. Amen dico vobis quicquid orātes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Postcō.

Quos celesti recreas munere perpetuo domine comitare presidio et quos fouere non desinis dignos fieri sempiterna redemptione concede. P. De omnibus sanctis. Or.

Infirmitatem nostram que sumus domine propicius respice: et mala omnia que iuste meremur omnium sanctorum tuorū intercessione auerte. P. Secreta.

Adesto domine supplicationibus nostris quas in omnium sanctorum commemoratione deferimus: vt qui nostre iusticie fiduciam non habemus eorum qui tibi placuerunt meritis et precibus adiuuemur. Per. Postcommunio.

Quesumus domine salutaribus repleti mysteriis: vt quorum commemorationem agimus eorum orationibus adiuuemur. P.

¶ Item de omnibus sanctis in tempore paschali. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs et misericors deus: vt in resurrectione domini nostri iesu christi cum omnibus sanctis: percipiamus veraciter portionem. Per eundem. Secreta.

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui festa paschalia venerando egimus. per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. Per dominū. Postcommunio

Presta quesumus omnipotens deus vt qui gratiā dominice resurrectionis agnouimus ipsi per amorem spiritus a morte anime resurgamus. Per eundem.

in vnit eiusdē. De oib⁹ sctis i aduē.. Or.
Conscientias nostras quesu-
mus domine visitando pu-
rifica. vt veniens iesus christus fili⁹
tuus dominus noster cum omnib⁹
sanctis paratam sibi in nobis inue
niat mansionem. Qui te. Secreta.
Concede quesumus omnipo
tens deus: vt magne festiui-
tatis ventura solennia prospero ce
lebremus effectu pariterq; redda-
mur et in tenti celestibus discipli-
nis: et de nostris temporalibus le-
ctiores. Per. Postcommunio.
Mentes nostras quesumus
domine lumine tue visitati-
onis illustra intercedentibus om-
nibus sanctis: vt esse te largiente
mereamur et inter prospera humi
les et inter aduersa securi. Per. do.
Item de omnibus sanctis. Oratio.
Concede quesumus omni-
potens et misericors deus:
vt itercessio nos sctē dei genitricis
et virginis marie sanctarumq; om
nium celestium virtutum et bea-
torum patriarcharum propheta-
rum apostolorum martyrum con
fessorum atq; virginum: et omniū
electorum tuorum vbiq; letificet.
vt dum eorum merita recolimus
patrocinia sētiam⁹. p eūdē. Secreta.
Oblatis quesumus domine
placare muneribus et inter
cedente beata virgine dei genitri-
ce maria cum omnibus sanctis tu-
is a cunctis nos defende periculis.
Per eūdem dominum. Postcōmunio.
Sumpsimus domine sancte
marie virginis et omnium
sanctorum tuorum memoriam ce
lebrantes sacramenta celestia pre-
sta quesumus. vt quod temporali-
ter gerimus: eorum precibus adiu
ti eternis gaudiis cōsequamur. P.
Item pro ecclesia. Oratio.
Ecclesie tue domine p̄ces pla
catus admitte vt destructis
aduersitatibus & erroribus vniuer
sis secura tibi seruiat libertate. P. Se
Protege nos domine quesu-
mus tuis mysteriis seruien-
tes: vt diuinis rebus et corpore fa-
mulemur et mēte. Per. Postcōmunio
Quesumus domine deus no
ster vt quos diuina tribuis
participatione gaudere: humanis
nō sinas subiacere periculis. Per.
Pro beatissimo papa. Oratio.
Deus omnium pastor et re-
ctor famulum tuū. N. quē
pastorem ecclesie tue preesse volui
sti propicius respice: et da ei quesu
mus verbo et exemplo quibus pre
est proficere: et ad vitam vna cum
grege sibi credito veniat sempiter-
nam. Per. Secreta.
Oblatis quesumus domine
placare muneribus & famu
lū tuū. N. quē ecclesie tue p̄esse vo-
luisti: assidua protectione guberna
Per dominum. Postcommunio.
Hec nos quesumus domine
sacramēti pceptio ptegat &
famulum tuum. N. quem ecclesie
tue preesse voluisti vna cum cōmis
so sibi grege saluet semper et muni
at. Per dominum nostrum. Pro
rege nostro christianissimo. Oratio.
Quesumus omnipotens de⁹
vt famulus tuus. N. rex no
ster qui tua miseratione suscepit re
gni gubernacula: virtutum etiā
omnium percipiat incrementa q̄
bus decenter ornatum et viciorū
monstra deuitare et hostes super
are et ad te qui via veritas et vita
es gratiosus valeat cum suis per-

uenire. Per. Secreta.

Munera quesumus domine oblata sanctifica ut et nobis unigeniti tui corpus et sanguis fiant et .N. regi nostro ad obtinendum corporis et anime salutem et ad peragendum sibi iniunctum officium: te largiente usquequaque proficiant. Per. Postcommunio.

Hec domine salutaris sacramenti perceptio famulum tuum .N. regem nostrum ab omnibus tueatur aduersis quatinus et ecclesiastice pacis obtineat tranquillitatem: et post istius temporis cursum ad eternam perueniat hereditatem. P. Pro semetipso. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus gratiam pietatis tue supplici deuotione deposco: ut omnium malorum meorum uincula soluas cunctisque meis criminibus et peccatis clementer ignoscas: et quia me indignum et peccatorem ad ministerium tuum uocare dignatus es sic me ydoneum tibi ministrum efficias ut sacrificium de manibus meis placide ac benigne suscipias electorumque sacerdotum me participem facias et de preceptis tuis in nullo me oberrare permittas. P. Se.

Sanctifica domine hec tibi sacrificia libata et sumentium corda pietate solida me a malis omnibus placatus emunda: ut tibi domino merear incessanter sine offensione seruire: et eterne uite hereditatem sine fine percipere. Postcommunio

Deus qui me indignum sacris mysteriis corpore et sanguine filii tui domini nostri iesu christi confortare dignatus es: ut non sit ad iudicium anime mee presta queso domine indulgentiam michi peccatori quam mea non exigunt merita porrige manum lapso et aperi ianuam regni tui per quam intrare possim in requiem sempiternam. Per eundem. Pro infirmo. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus salus eterna credentium exaudi nos pro famulo tuo pro quo misericordie tue imploramus auxilium. ut reddita sibi sanitate gratiarum tibi in ecclesia tua referat actionem. Per. Secreta.

Deus cuius nutibus uite nostre momenta decurrunt: suscipe preces et hostias famuli tui pro quo egrotante tuam imploramus misericordiam ut de cuius periculo metuimus: de eius salute letemur. Per dominum. Postcommunio

Deus infirmitatis humane singulare presidium auxilii tui super infirmum nostrum ostende uirtutem ut ope misericordie tue adiutus ecclesie tue sancte incolumis representari mereatur. P. Pro amicis.

Deus qui uiuificas impium et non uis mortem peccatorum maiestatem tuam supplices deprecamur: ut famulos tuos de tua misericordia confidentes celesti protegas benignus auxilio et assidua protectione conserues ut tibi iugiter famulentur et nullis temptationibus a te separentur. P. Secre.

Huius quesumus domine uirtute misterii et a propriis nos munda delictis et famulos tuos ab omnibus absolue peccatis. Per. Postcommunio

Purificent nos quesumus domine sacramenta que sumpsimus et famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede: ut qui conscientie reatu constringuntur celestis remedii plenitudine glo

rientur. Per. Pro familiaribus. Oratio.

Deus qui caritatis dona per gratiam sancti spirit⁹ tuorum cordibus fidelium infudisti da famulis et famulabus tuis pro quibus tuam deprecamur clementiã salutem mentis et corporis ut te tota virtute diligant et que tibi placita sũt tota dilectiõe pficiãt. p. Secre

Miserere quesumus domine famulis et famulabus tuis pro quib⁹ hoc sacrificium laudis tue offerimus maiestati: ut per hec sancta superne benedictionis gratiam obtineant et gloriam eterne beatitudinis acquirant. p. Postcommunio.

Divina libantes misteria que sumus domine ut hec salutaria sacramenta illis proficiãt ad prosperitatem et pacem. pro quorum quarumcꝫ dilectione hec tue obtulimus maiestati. Per dominũ

Pro iter agentibus. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris et viã famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: ut inter omnes vie et vite hui⁹ varietates: tuo semper protegãtur auxilio. Per. Secre.

Propiciare domine supplicationibus nostris et has oblationes quas tibi offerimus pro famulis tuis benignus assume viãcꝫ illorum precedente gratia tua dirigas et subsequente comitare digneris: ut de actu atcꝫ icolumitate eorum secundum misericordie tue p̄sidia gaudeamus. Per. Postcõmunio.

Sumpta domine quesumus celestis misterii sacramenta ad prosperitatem itineris famulorum tuorum proficiãt: et eos ad salutaria cuncta perducant. Per. do.

Pro tribulatione.

Ineffabilem misericordiam tuam domine nobis clemẽter ostende. ut simul nos et a peccatis exuas et a penis quas pro his meremur eripias. p. dñm. Secreta.

Purificet nos domine quesumus muneris presentis oblatio: et dignos sacra participatione perficiat per. Postcommunio

Presta quesumus domine ut terrenis affectibus expiati ad superni plenitudinem sacramenti cuius libauimus sancta tendamus. Per. Oratio communis.

Pietate tua quesumus domine nostrorũ absolue vincula delictorum. et intercedente p nobis beata et gloriosa sẽpercꝫ virgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis nos famulos tuos sacerdotes atcꝫ principes nostros et omnem populum catholicum in omni sanctitate. custodi. omnescꝫ consãguinitate fraternitate familiarite confessione beneficio et oratione nobis iunctos a viciis omnibus purga virtutibus tuis illustra pacem et salutem nobis tribue hostes visibiles et inuisibilies remoue pestem et famen repelle: et omnibus fidelibus viuis ac defunctis ĩ terra viuentium vitam et requiem eternam concede. Per eũdẽ. Secre.

Deus qui singulari corporis tui hostia totius mundi soluisti delicta: hac oblatione placat⁹ maculas scelerum nostrorum absterge et intercedente beata et gloriosa sempercꝫ virgine dei genitrice maria cum omnib⁹ sanctis: omnium fidelium xpianorum viuorũ atcꝫ mortuorum peccata dimitte nobiscꝫ premia eterna cõcede. Per eundem. Postcommunio.

Sumpta sacramenta quesu-
mꝰ domine crimina nostra
detergant omnemqꝫ prauitatem
et infirmitatem seu etiam hostilē
impugnationem visibilem et inui
sibilem atqꝫ subitaneam mortem
meritis sancte dei genitricis et vir
ginis marie omniumqꝫ sanctorum
tuorum a nobis procul repellant ꝫ
omnibus fidelibus xp̄ianis seu eti
am cunctis familiaribus nostris vi
uis ac defunctis prosint ad veniam
pro quorum quarūqꝫ tibi sūt obla-
ta salute. Per eū dñ. Missa ꝑ defūctis.

Requiem eternam dona
eis domine et lux perpe
tua luceat eis. ps. Te de-
cet hymnus deus in syon et tibi
reddetur votum in hierusalem: exaudi oratio
nem meam ad te omnis caro veniet. secunde

Lectio libri machabeorum. xii.

In diebꝰ illis. Uir fortissimꝰ
iudas collatione facta: duo-
decim milia dragmas argenti mi-
sit hierosolimam offerri ea ibi pro
peccatis mortuorum: iuste et religi
ose de resurrectione cogitans. Ni-
si enim eos qui ceciderant resurre-
cturos speraret: superfluum videre-
tur et vanum orare pro mortuis.
Sed quia considerabat ꝙ hi qui cū
pietate dormitionē acceperāt. Op
timam haberent repositam grati
am. Sancta ergo et salubris est co
gitatio pro defunctis exorare: vt a
peccatis soluantur. R. Requiem eter-
nam dona eis domine et lux perpetua luceat
eis. V. In memoria eterna erunt iusti ab au
ditione mala non timebunt. Tractus.

De profundis clamaui ad te domine
domine exaudi vocem meam. Fiant
aures tue intendentes in orationem serui tui
V. Si iniquitates obseruaueris domine do-
mine quis sustinebit. V. Quia apud te propi-
ciatio ē ꝫ ꝓpter legē tuā sustinui te dñe. Trā.

Sicut ceruus desiderat ad fōtes aqua
rum ita desiderat anima mea ad te
deus. V. Sitiuit anima mea ad deum viuum
quando veniam et apparebo ante faciam dei
mei. V. Fuerunt michi lachrime mee panes
die ac nocte dum dicitur michi per singulos di
es vbi est deus tuꝰ. Secundum iohannē vi.

In illo tempore. Dixit iesus
discipulis suis: et turbis iu-
deorum. Ego sum panis viuus: qui
de celo descendi. Si quis manduca
uerit ex hoc pane: viuet in eternuꝫ
Et panis quē ego dabo caro mea
est pro mundi vita. Litigabant er-
go iudei adinuicem dicentes. Quo
modo potest hic nobis carnem su-
am dare ad manducandum. Dixit
ergo eis iesus. Amen amen dico vo
bis: nisi manducaueritis carnem fi
lii hominis et biberitis eius sangui
nem: non habebitis vitam in vo-
bis. Qui manducat meam carneꝫ
et bibit meum sanguinem: habet
vitam eternam. Et ego resuscita-
bo eum: in nouissimo die. Offr. Dñe
iesu xp̄e rex glorie libera animas omnium fi-
delium defunctorum de manu inferni et de
profundo lacu libera eas de ore leonis ne ab-
sorbeat eas tartarꝰ ne cadāt in obscura tene-
brarum loca sed signifer sanctus michael ar-
changelus representet eas in lucem sanctam
Quam olim abrahe promisisti et semini eius
Hostias et preces tibi domine offerimꝰ. Tu
suscipe pro animabus illis quarum hodie me
moriam agimꝰ fac eas domine de morte trā
sire ad lucem sanctam. Quam olim abrahe ꝓ
misisti et semini eius. Alia pro defunctis.

Suscipe sancta trinitas hanc
oblationem quam tibi offe-
ro pro animabus famulorum fa-
mularumqꝫ tuarum. N. et omniū
in xp̄o quiescentium vt requiē eter
nam dones eis sanctos et electos

tuos: vt in illorum consortio vita perfruantur eterna. qui viuis. Cōio Lux eterna luceat eis domine cum sanctis tuis in eternum quia pius es. Requiem eternā dona eis domine et lux perpetua luceat eis. Cum sanctis. Lectio libri apocalipsis. beati iohannis apostoli. xxi.

In diebus illis: Audiui vocē de celo dicentem michi Scribe beati mortui: qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus vt requiescāt a laboribꝰ suis. Opera enim illorum: sequuntur illos.

¶ Secundum iohannem. xi.

In illo tempore. Dixit martha ad iesum. Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio quia quecūq poposceris a deo: dabit tibi deus Dixit illi iesus. Resurget frater tuꝰ Dixit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dixit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit et credit in me non morietur in eternum. Credis hoc. Ait illi. Utiq domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei: qui in hunc mundum venisti. ¶ Ad thessalonicenses. quarto capitulo.

Fratres. Nolumꝰ vos ignorare de dormientibꝰ vt non contristemini sicut et ceteri qui spē non habent. Si enim credimus q iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus qui residui sumus in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt. Quoniā ipse dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in xpo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiā xpo in aera et sic semper cum domino erimus. Itaq cōsolamini inuicem: in verbis istis. Secūdū iohānē. vi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Omne quod dat michi pater ad me veniet: et eū qui venit ad me non eiiciam foras Quia descendi de celo non vt faciam volūtatē meā sed volūtatē eiꝰ qui misit me. Hec est enim voluntas eius qui misit me patris vt omne quod dedit michi non perdam ex eo sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est enim voluntas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium et credit in eum: habeat vitam eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Pro episcopo. Offm. Requiem. Or. Deus qui inter apostolicos. i. Ad corinthios. xv.

Fratres. Ecce misterium vobis dico. Omnes quidē resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento in ictu oculi: in nouissima tuba. Canet enim tuba: et mortui resurgent incorrupti et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere in corruptionem: et mortale hoc induere imortalitatē. Cum aūt mortale hoc induerit immortalitatem tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua. Ubi est mors stimulꝰ tuꝰ. Stimulꝰ aūt mortis peccatum est. Uirtus vero peccati lex Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam [illegible] esum christum dominum nostrum. R. Si ambulem in medio vmbre mortis nō timebo mala qm̄

tū mecū es domine Uirga tua et baculꝰ tuus ipsa me consolata sunt. Tractus. De profundis. Euāg. Ego sum panis vi. Offer. O pie deus qui primum hominem ad eternam patriam reuocasti pastor bone qui ouam perditam pio humero ad ouile reportasti iuste iudex dum veneris iudicare libera de morte animas eorum quas redemisti. ne tradas bestiis animas confitentes tibi ne derelinquas eas in finem. Domine iesu xpe iudex mortuorū vna spes mortalium qui moriens morientium condoluit interitum ne intres in iudicium cum seruis et ancillis tuis ne damnemur cū impiis in aduentu tui districti iudicii. Ne tradas be. Cōio. Lux eterna. etc. In anniuersario defunctorum. Oratio.

Deus īdulgentiarum domine da animabus famulorū famularumq̄ tuarum quorum anniuersarium depositionis diem cōmemoramus refrigerii sedem quietis beatitudinem luminis claritatem. Per dominum. Secreta

Propiciare domine supplicationibus nostris pro animabus famulorum famularumq̄ tuarum quorum hodie ānua dies agitur pro quibus tibi offerimus hoc sacrificium laudis: vt eas consortio sāctorum tuorum sociare digneris. Per dominum. Postcōmunio.

Suscipe dñe p̄ces nostras p animabus famulorum famularumq̄ tuarum quorum anniuersarium depositionis diem celebremus vt que eis macule de terrenis contagiis adheserunt remissiōis tue mīa deleātur. Pro defūctis.

Omnipotens sempiterne deus cui nunq̄ sine spe misericordie supplicatur propiciare ani-

ctorū tuorū munero facias aggregari. Per eūdē dñm nostrū. Secreta

Propiciare domine q̄sumus animabus famulorum famularumq̄ tuarum pro quibus tibi placationis hostias offerimus: et quia in hac luce in fide manserunt catholica in futura vita eis retributio cōdonetur. Per dñm. Postcōio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt animas famulorum famularumq̄ tuarū ab angelis lucis susceptas: in preparato habitaculo deduci facias beatorū. Per.

Pro patre et matre. Oratio.

Deus qui nos patrem et matrem honorare p̄cepisti miserere clemēter animabus patrū et matrū nrōrum eorūq̄ peccata dimitte nosq̄ eos ī eterne claritatis gaudio fac videre. Per. Secreta.

Suscipe quesumus domine sacrificium quod tibi p animabus patrum et matrum nostrorum offerimus eisq̄ gaudium sempiternum in regione viuorum concede nos quoq̄ cum eis felicitati sāctorum coniuge. Per. Postcommunio

Celestis domine participatio sacramenti animabus patrum et matrum nostrorum requiem et lucem obtineat perpetuam. nosq̄ cum illis gratia tua gloria coronet eterna. Per dominum

Pro epyscopis siue sacerdotibus. Oratio.

Deus qui iter apostolicos sacerdotes famulos tuos. N. pontificali. vel sacerdotali fecisti dignitate vigere presta quesumꝰ vt quorum vicem gerebant ad horā in terris: eorum perpetuo cōsortio letentur in celis. Per dñm. Secreta.

Suscipe domine pro animabus famulorū tuorum. N.

Beati apostoli tui petri qs dne intercessione nos protege: et aiam famuli tui sacerdotis fris nri: sctor tuor iunge consortiis. per dnz Secreta

Suscipe qs dne hostias placationis et laudis: et i honore scti apostoli tui petri noi tuo cosecrandas deferimꝰ z pro requie aie famuli tui sacdotis fris nostri. tibi suppliciter immolamus. Per dnm. Postcommunio

Ascendant ad te dne preces nostre. et aiam famuli tui sacerdotis: fris nri. gaudia eterna suscipiant. et quē fecisti adoptionis participem iubeas hereditatis tue esse consortem. Per

quas tibi offerimus hostias: vt quibus pontificale vel sacerdotale donasti ministerium: dones et meritum. Per. dominum. Postcommunio.

PRopiciare domine supplicationibus nostris: et per hec sacro sācta misteria animas famulorum tuorum. N. pontificum: vel sacerdotum in regione viuorum eternis gaudiis iubeas sociari. Per dominum. Pro congregatione. Oratio.

DEus venie largitor ⁊ humane salutis auctor quesumus clementiam tuam: vt nostre congregationis fratres ⁊ sorores qui ex hoc seculo trāsierūt btā maria sē per virgine ītercedēte cū oibꝰ sctis ad perpetue beatitudīs consortiū peruenire concedas. Per. Secreta

DEus cuius mīe nō est nūerꝰ suscipe propiciꝰ preces hūilitatis nostre et animabus quibus tui nominis dedisti cōfessionē: per hec sancta sacramenta salutis nostre cunctorum remissionē tribue peccatorum. Per: Postcommunio.

PResta q̄s misericors deus: vt aīe ꝓ q̄bꝰ hoc sacrificiū laudis tue obtulimꝰ maiestati. per huius virtutē sacramēti a pctī oībus expiate: lucis ꝑpetue te miserante recipiant beatitudinem. Per. Or.

INclina dn̄e aurē tuā ad preces nr̄as: q̄bꝰ miam tuā supplices deprecamur vt aīas famulorū famularūqꝫ tuaꝝ quas de hoc seculo migrare iussisti. ī pacis ac lucis regiōe cōstituas et sanctoꝝ tuorū iubeas esse cōsortes. Per. Secre.

ABsolue dn̄e aīas famulorū famulaꝝqꝫ tuaꝝ ab oī vinculo delictoꝝ vt ī resurrectiōis gloria īter sctōs ⁊ electos tuos resuscitati respirēt. Per do. Postcommunio.

ANnue nobis domine vt anime famulorū famularū qꝫ tuarū remissionē quam semper optauerunt mereantur percipere delictorum. Per. Oratio.

FIdelium deus omniū cōditor et redēptor aīabꝰ famulorū famularūqꝫ tuarū remissionē cūctoꝝ tribue peccatorū vt īdulgētiā quā sēper optauerīt piis supplicationibꝰ cōsequātur Qui vi. Secre.

HOstias quesumus domine quas tibi pro animabus famulorum famularumqꝫ tuarum offerimus propiciatus intēde vt q̄bus fidei xp̄iane meritū contulisti: dones et p̄miū Per. Postcommunio.

ANimabꝰ q̄s dn̄e famulorū famularūqꝫ tuarū oratio ꝓficiat supplicātiū: vt eas et a ꝑctis omnibꝰ exuas ⁊ tue redēptionis facias esse participes. P. Pro femia Or.

QUesumꝰ dn̄e pro tua pietate miserere anime famule tue. N. et a contagiis mortalitatis exutam: in eterne saluationis partem restitue Per xp̄m. Secreta.

HIs sacrificiis quesumus domine anima famule tue. N. a peccatis omnibus exuatur sine q̄bus a culpa nemo liber extitit: vt ꝑ hec pie placationis officia: perpetuam misericordiā cōsequatur. Per dominum nostrum. Postcommunio.

INueniat quesumus domine anima famule tue. N. lucis eterne consortium: cuius perpetue misericordie cōsecuta est sacramentum. Per dominum nostrum

Pro benefactoribus. Oratio.

MIserere quesumꝰ dn̄e aīabꝰ omniū benefactoꝝ nr̄oꝝ defunctorum ⁊ pro beneficiis q̄ nobis largiti sunt in terris: premia eter=

na consequantur in celis. Per. Se.

SUscipe quesumus domine hec munera pꝛo animabus omnium benefactoꝛum nostroꝛũ requiescentium et pꝛo beneficiis eoꝛum quibus sustentamur da eis retributionem in regno celoꝛum: Per dominum nostrũ. Postcõmunio.

SUmpta sacramenta quesumus domine nos absoluant a vinculis peccatoꝛum et animabus nostroꝛum benefactoꝛum defunctoꝛum consoꝛtia obtineãt spirituum beatoꝛum. Per. Pꝛo quiescentibus. Oꝛatio.

DEus in cuius miseratione anime fidelium requiescũt famulis et famulabus tuis omnibus hic et vbiqꝫ in chꝛisto quiescẽtibus da pꝛopicius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti tecũ sine fine letẽtur. Per do. Se.

PRo animabus famuloꝛum famularumqꝫ tuarum hic et vbiqꝫ omnium catholicoꝛuꝫ doꝛmientium hostiam domine suscipe benignus oblatam vt hoc sacrificio singulari vĩculis hoꝛrẽde moꝛtis erute vitam mereantur eternam. Per dominum. Postcommunio.

DEus lumẽ animarum adesto supplicationib⁹ nostris et da famulis et famulabus tuis quoꝛum coꝛpoꝛa hic et vbiqꝫ requiescunt refrigerii sedem quietis beatitudinem luminis claritatẽ. Per.

¶ Pꝛo viuis et defunctis. Oꝛatio.

OMnipotẽs sempiterne deus qui viuoꝛum dominaris simul ⁊ moꝛtuoꝝ oĩmqꝫ misereris quos tuos fide ⁊ ope futuros esse p̃noscis te supplices exoꝛam⁹ vt p̱ q̃b⁹ effũdere p̃ces decreuim⁹ quosqꝫ vel p̃sens seculũ adhuc ĩ carne retinẽt vel futuꝝ iã exutos coꝛpoꝛe suscepit pietatꝭ tue clemẽtia oĩꝫ delictoꝝ suoꝝ veniã ⁊ gaudia cõseq̃ mereantur eterna. Per dñm. Secreta.

DEus qui soli cognit⁹ est numer⁹ electoꝝ ĩ sup̱na felicitate locandus tribue q̃s. vt vniuersi quos ĩ oꝛatiõe cõmẽdatos suscepim⁹: oẽsqꝫ fideles quoꝝ noĩa btẽ p̃destinatiõis liber ascripta retinet indulgentiam omnium peccatorum p̱ hec sctã misteria cõsequãtur. Per dominum. Postcommunio.

PUrificẽt nos q̃s op̃s ⁊ misericoꝛs deus sacramẽta q̃ sũpsimus ⁊ p̃sta ĩtercedẽtib⁹ sctis oĩbus vt hoc tuũ sacramẽtũ nõ sit nobis reat⁹ ad penã: sed ĩtercessio salutaris ad veniã. sit ablutio scelerũ sit foꝛtitudo fragiliũ sit cõtra mundi pericula firmamẽtũ sit viuoꝝ atqꝫ moꝛtuoꝝ fideliũ omniũ remissio pctõꝝ. P̱. Oꝛ. gñalis tã p̱ viuis q̃ defũctis

SAncte dei genitricis virginis marie omniumqꝫ celestium virtutũ cum choꝛo patriarcharum pꝛophetarum innocẽtiũ apostoloꝛũ euãgelistaꝝ doctoꝝ martyrum cõfessoꝛum virginũ cũctoꝛũqꝫ simul sãctoꝝ q̃s op̃s de⁹ meritis ac pꝛecibus placatus tribue nobis misericoꝛdiã tuã: et da populo tuo ĩuiolabilẽ fidei firmitatem et pacẽ repelle a nobis pestem et famem atqꝫ omnẽ ĩmũdiciam da nobis in tua virtute cõstantiam et foꝛtitudinem mitte hostibus nostris foꝛmidinẽ retribue oĩbus nobis bona facientib⁹ vite eterne beatitudinem da ĩimicis et p̱sequentibus nos recognitionem et indulgentiam concede [illegible] oĩb⁹ defũctis in chꝛisto quiescentibus remissionem omniũ peccatoꝛum et requiẽ sem-

piternam. Per dominum. Secreta.
IN conspectu maiestati tue
quesumus omnipotens de=
us intercedente beata dei genitri=
ce maria et omnibus sanctis tuis
oblationes nostre et preces ascen=
dant et tua propiciatione nobis be
niam et pacem tribue hostes famē
pestem et omnem immundiciam
a nobis repelle: fidem spem et cari
tatem nobis largire defēsione tua
nos semper circuntege. hostiū no=
strorum superbiam et virtutem cō
tere omnibus nobis bona facienti
bus abundantiam tribue discordā
tes ad bona pacis conuerte. defun
ctis nostris requiem concede et oī=
bus fidelibus tuis vitam eternam
largire. Per dominum. Postcōmunio
PEr huius sacramenti my=
sterium atq virtutem que
sumus domine deus noster omni=
potens beata maria semper virgi
ne cum omnibus sanctis intercedē
te viciorum nostrorum macule de
leantur preces nostre in conspectu
maiestatis tue acceptabiles inue=
niantur. populus tuus a peccatis
et hostibus liberetur. fidei fortitu=
dine roboretur hostium nostrorū
superbia et fortitudo conteratur
pestilentia et fames et omnis im=
mundicia procul pellantur: bona
nobis facientes gratie tue abundā
tia repleantur discordantes in fra=
terna pace reuocentur defuncti no
stri requiem consequantur et om=
nes fideles tui vitam eternam adi
pisci mereātur. P. Pro penitēte. Oratio
OMnipotens sēpiterne de⁹ cōfitēti fa
mulo tuo pietate tua pctā
relaxa. vt nō pl⁹ ei valeat cōsciētie
reat⁹ ad veniā sed īdulgētia tue pi
etatis ad veniam. Per dñm. Secreta.

PResta quesum⁹ omnipotēs
et misericors deus vt hec sa
lutaris oblatio famulum tuū. N.
et a propriis reatibus indesinēter
expediat et ab omnibus tueatur
aduersis. Per dominum. Postcōio.
OMps et misericors deus qui
omnem animā penitētē et
cōfitētem magis vis emendare q̄
perdere respice propicius super fa=
mulum tuum. N. et per hec sacra=
menta que sumpsimus auerse ab
eo iram indignationis tue & omnia
peccata sua ei dimitte. Per dominū.
¶ Pro sibi confessis. Oratio.
OMnipotens sempiterne de=
us clementiā tuam humili=
ter supplicamus p famulis & famu
labus tuis qui nobis cōfessi sūt sua
peccata vt digneris illis indulge=
re et vitam perpetuam retribuere
Per dominum nostrum Secreta.
PResta quesumus oīps deus
vt suscipere digneris sacrifi
cium pro famulis et famulabus tu
is qui nobis confessi sunt peccata
sua vt mereantur habere indulgē
tiam perpetuam. Per. Postcōmunio.
DA quesumus clementissime
pater indulgentiam perpe
tuam famulis & famulabus tuis q̄
nobis cōfessi sūt pctā sua & cōcede eis
vt in preceptis tuis perseuerent. P.
¶ Ordo ad benidicendum aquam diebus
dominicis per totum annum Et primo sic in
cipiat sacerdos. Adiutorium nostrum in no=
mine domini. Qui fecit celum et terram=
Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nūc
et vsq in seculum. Benedicite. Dominus
Exorcismus salis
EXorciso te creatura salis per
deum ✠ viuum. per deum
✠ verū. per deum ✠ sanctū. p deū
qui te per helyseū pphetā ī aquam

mitti iussit vt sanaretur sterilitas aque vt efficiaris sal exorcisatum in salutem credentium: et sis omnibus te sumentibus sanitas anime et corporis: et effugiat atque discedat ab eo loco quo aspersum fueris omnis fantasia et nequicia vel versutia dyabolice fraudis. omnisque spiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Amen. Oremus.

Immensam clementiam tuam omnipotens eterne deus humiliter imploramus: vt hanc creaturam salis. quam in vsum humani generis tribuisti: bene ✠ dicere et san ✠ ctificare tua pietate digneris vt sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis: vt quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit careat omni immundicia: omnique impugnatione spiritualis nequicie. Per virtutem domini nostri iesu christi qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Amen. Exorscimus aque.

Exorciso te creatura aque in nomine dei patris ✠ omnipotentis: et in nomine iesu ✠ christi filii tui domini nostri: in virtute spiritus ✠ sancti. vt fias aqua exorcisata ad effugandam omnem potestatem inimici et ipsum inimicum eradicare et explantare valeas cum angelis suis apostaticis. per virtutem eiusdem domini nostri iesu christi qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. amen. Oremus.

Deus qui ad salutem humani generis maxima queque sacramenta in aquarum substantia condidisti adesto propicius inuocationibus nostris et elemento huic multimodis purificationibus preparato. virtutem tue bene ✠ dictionis infunde vt creatura tua mysteriis tuis seruiens ad abiiciendos demones morbosque pellendos diuine gratie sumat effectum vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hec vnda resperserit. careat omni immundicia liberetur a noxa non illic resideat spiritus pestilens non aura corrumpens. discedant omnes insidie latentis inimici. et si quid est quod aut incolumitati habitantium inuidet aut quieti: aspersione huius aque effugiat: vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per virtutem domini nostri iesu christi qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. amen.

Hic mittat sacerdos sal in aquam in modum crucis dicendo. Commixtio salis et aque pariter fiat. In nomine patris ✠ et filii et spiritussancti. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Deus inuicte virtutis auctor et insuperabilis imperii rex ac semper magnificus triumphator: qui aduerse dominationis vires reprimis qui inimici rugientis seuiciam superas qui hostiles nequitias potens expugnas te domine trementes et supplices deprecamur ac petimus vt hanc creaturam salis et aque dignanter accipias benignus illustres pietatis tue more sanctifices: vt vbicunque aspersa fuerit per inuocationem sancti tui nominis omnis infestatio immundi spiritus abiiciatur terrorque venenosi serpentis procul pellatur et presentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus vbique adesse dignetur. Per virtutem domini nostri iesu christi qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Amen. Hoc facto aspergatur aqua bene

dicta cantando. Asperges me domine ysopo et mundabor lauabis me et super niuem dealbabor. ps. Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam. Asperges me domine. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio. &c. Iterum. Asperges me

His peractis: sacerdos dicat. Osten de nobis dñe misericordiã tuam. R. Et salutare tuum da nobis. Domine exaudi orationem meã. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cũ spiritu tuo. Oratio.

Exaudi nos domine sancte pater omnipotens eterne deus et mittere digneris sanctum angelum tuum de celis qui custodiat foueat protegat visitet et defendat omnes habitãtes in hoc habitaculo et cũctis habitaculis bonis. Per christum dominum nostrum Amẽ

Nota q in tempore paschali cantatur hec sola anthi. Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro alleluya. Et omnes aquos peruenit aqua ista salui facti sunt et dicent alleluya alleluya. ps. Cõfitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Iterum. Vidi aquam. Gloria patri. &c. Iterum Vidi aquam. V. In resurrectione tua christe. Allelupa. Celi et terra letentur. Allelupa. Oratio.

Presta quesum⁹ omnipotens deus: vt in resurrectione domini nostri iesu christi cũ omnib⁹ sanctis percipiamus veraciter portionem. Per dominum nostrum. iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Ordo spõsalium est talis verbis galicis Nous auons fait les bãs en saincte eglise par troys dimenches cõtinuelz entre tel. N. dune part: et telle. N. dautre part et ny auons trouue aucun empeschement par quoy le mariage ne doiue bien & loialment assembler Et de rechief nous en faisons premiere fois/seconde fois/tierce fois/ et quarte foys dabundant. Sil ya aucun ou aucunne qui y sache empeschement par quoy le mariage ne se doiue assembler sil le die. Et q̃ maintenant sen taira et apres en parlera on le denoncera pour excommunie. Et si tunc aliquod impedimentũ non inuenerit det eã marito. Et primo inquirat nomẽ vtriusq nisi sciuerit. Postea dicat verbis galicis ad virum. N. veulx tu auoir N. a femme & espouse et la garder saine et malade: et luy faire loyale partie de ton corps et de tes biens ne pour pire ne pour meilleure tu ne la changeras tout le temps de ta vie. Tunc vir respondeat. ouy. Postea dicat viro. Que luy en baillestu. Vir respondeat. Ma foy. Tunc pari forma querat a muliere omnia et singula supra dicta. Et respondeat mulier sicut vir. Tũc sacerdos det eam viro dicens verbis latinis. Hac cõditione do tibi eam: et coniungo vos. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Hoc dicto accedat sacerdos ad benedictionem anuli et argenti cum virga ita dicendo. Manda deus virtuti tue confirma hoc quod operatus es in nobis. A templo tuo qd̃ est in hierusalem: tibi offerent reges munera. Increpa feras arũdinis congregatio taurorum in vaccis populorum vt excludant eos q̃ probati sunt argento. Gloria patri et filio et spiritui sãcto. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Saluũ fac seruũ tuũ et ãcillã tuã. Deus meus sperãtes in te. Mitte eis auxiliũ de sãcto Et de syõ tuere eos

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum Et cum spiritu tuo. Oremus.

Creator et conservator humani generis dator gratie spiritualis largitor eterne salutis tu domine emitte spiritum sanctū tuum paraclitum super hunc anulum: ut que illum gestaverit sit armata virtute celestis defensionis et proficiat illi ad eternam salutez Per dominum. Benedictio super anulū.

Benedic ✠ domine hūc anulum quem nos in tuo nomine bene ✠ dicimus ut quicunq; portaverit in tua volantate permaneat et in amore tuo vivat et senescat et multiplicetur in longitudinem dierum per christum. Postea sacerdos doceat sponsum deducere anullum per digitos sponse. et accipiat sponsus dictuz anullum in manu dextra ita q omnes digiti viri tangant anullum et faciat tangere anulluz ad universos digitos mulieris primo ad policem et parvum digitum dicendo. In nomine patris post ad indicem et medicū dicendo et filii. deinde ad medium dicēs et spiritus sancti. Et in eodem digito dimitat: et dicat sponsus. post sacerdotem verbis galicis. De cest anel ie te espouse et de mon corps te honnoure: et de cest argent te doue. Vel verbis latinis. De isto anullo te desponso et de meo corpore te honoro: et de isto argēto te doto: secūdum statutuz sancte ecclesie. His peractis procedāt ad altare dicendo. ps. Beati omnes et cetera. Et sponso et sponsa genibus flexis ante altare dicat sacerdos Kyrie eleyson. cum precib⁹ et orationibus sequentes. ut post notatur.

Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in viis eius. Labores manuum tuarū quia manducabis: beatus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus dom⁹ tue. Filii tui sicut novelle olivarum in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex syon: et videas bona hierusalē omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum: pacem super israel. Gloria patri. Kyrie eleyson Xpeeleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Salvum fac servum tuum et ancillam tuam. Deus meus sperantes in te. Esto nobis domine turris fortitudinis. A facie inimici. Nichil proficiet inimicus in eis. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. Mitte eis auxilium de sācto. Et de syon tuere eos Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum Et cum spiritu tuo. Oratio.

Deus abraham deus ysaac et deus iacob sit vobiscum et ipse vos coniungat impleatq; benedictionem suam in vobis. Per dominum. Alia oratio.

Benedic domine adlescētes istos et semina semen vite eterne in mentib⁹ eorum: ut quicquid pro utilitate didicerint hoc semper proficere et adimplere mereantur per recuperatorem omnium hominum iesum christū dominū nostrū. Qui tecū vi. Alia oratio

Respice domine de celo super hanc conventionem: ut sicut misisti sanctum angelum tuum raphaelem ad thobiam et saram filiam raguelis: ita digneris domine mittere benedictionez tuam super istos adolescentes ut in tua voluntate permaneant et multiplicentur in longitudinem dierū per christum dominum nostrum. Ad missam. Officium. ter dicitur.

Benedicta sit sancta trinitas atq; indiuisa vnitas confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. ps. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. Gloria in excel. Iste due oratiões dicātur sub vno. Per. do. Or

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti nobis famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatem quesumus: vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Ambe orationes dicā tur sub vno. Per dominum nostrū.

Exaudi nos omnipotēs ⁊ misericors de⁹: vt quod nostro ministratur officio: tua benedictione poti⁹ impleatur. Per dominum. prime. Ad corinthios. sexto.

Fratres: Propter fornicationem vnusquisq; vxorem suam habeat: et vnaqueq; virum suum. Uxori vir debitum reddat: similiter: et vxor viro. Mulier sui corporis potestatem nō habet sed vir. Similiter et vir sui corporis potestatem non habet: sed mulier. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus: vt vacetis orationi. His autem qui matrimonio iuncti sūt. precipio non ego sed dominus: vxorem a viro non discedere. R. Benedictus es domine qui intueris abyssos et sedes super cherubin. V. Benedicite deū celi q2 fecit nobiscū mia3 suā. Allā. V. Bñdict⁹ es dñe de⁹ patrū nostrorū et laudabilis in secula. Alleluya. Sequentia.

Benedicta sit btā trinitas deitas etna pariter coequalis glīa De⁹ genitor nat⁹ genit⁹ i vtraq; sacer spūs deitatis soci⁹. Nō tres tamē dii sūt. de⁹ verus vnus est sit pt̄ dñs filius spūsq; dñs. Hic celum terrā condidit hic hostē falsū cōtriuit saluat hic hoīes oīa ptegit nascētia Proprietas i psonis vnitas est i essētia. Maiestas par et ptās decus honor eque p oīa. Sydera maria cōtinens arua simul ⁊ vniuersa cōdita Quē tremūt ipia tartara colit quoq; quē et abyssus infima. Angelorum cetus et thronorum milicia cātāt modulans allā. Apostolorū turma et martyrum confessorūq; virginum cui trifida seduli psallant cythara Per te sum⁹ creati vera eternitas. Per te sumus redempti summa tu caritas. Populū cūctū tu ptege salua libera eripe tu maiestas vnica Te adoram⁹ oēs teq; colimus tibi laus ⁊ gloria amen. Secūdū math. xix.

In illo tempore: Accesserūt ad iesū pharisei tētantes eum et dicentes. Si licet homini dimittere vxorem suam quacunq; ex causa. Qui respondens: ait eis. Nō legistis quia qui fecit hominem ab initio masculum et feminam fecit eos. Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna. Itaq; iam non sūt duo. sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit homo non separet. Credo. Offertorium. Benedictus sit deus pater vnigenitusq; dei filius sanctus quoq; spūs quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta

Sanctifica quesumus domine deus noster per tui nominis inuocationē hui⁹ oblationis hostiam: et per eam nosmetipsos tibi pfice mun⁹ eternum. Ambe orationes dicāt sub vno. Per dominum. Oratio.

Suscipe domine quesumus pro sacra connubii lege munus oblatum et cuius largitor es

operis: esto dispēsator sanctitatis. Per dominum. Prefatio. Qui cum unigenito. ꝛc. Post Agnus dei. accipiat sponsus pacem de ore sacerdotis et det sponse sue osculando ipsam. Et clericus post sponsū accipiat pacem a sacerdote ⁊ det aliis more solito. Deinde communicato sacerdote et manibus ablutis anteꝙ dicat communionem fiat benedictio super sponsum et sponsā ut sequitur dum tamen super nullum eorum alias fuerit facta benedictio predicta. quia si super alterum eorum alias fuerit facta non fiat. Cōuersus igitur sacerdos ad eos prostratos ante altare et pallio extento super eos extendēs manum suā presbiter dicat orationes sequentes. Oremus.

Propiciare domine supplicationibus nostris: et īstitutis tuis quibꝰ propagationem humani generis ordinasti benignus assiste: ut quod te auctore cōiungitur te auxiliante seruetur. Per dñm. Legatur admodum prefationis sequēs. Or.

Deus qui potestate virtutis tue de nichilo cūcta creasti: qui dispositis uniuersitatis exordiis homini ad ymaginem dei facto: ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti ut femineo corpori de virili carne dares principiū docēs ꝙ ex uno placuisset īstitui nū ꝙ liceret disiungi. Deus qui tam excellenti misterio coniugalem copulam consecrasti ut christi et ecclesie sacramentum presignares in federe nuptiarum. Deus per quē mulier iungitur viro et societas principaliter ordinata ea benedictione donatur: qua sola nec per originalis peccati penam nec per diluuii est ablata sententiam. Respice domine propicius super hāc famulam tuam que maritali iungenda est consortio tuaꝫ se expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis et pacis fidelis et casta nubat in christo imitatrixꝫ sāctarum permaneat feminarum. Sit amabilis ut rachel viro sapiens ut rebecca longeua et fidelis ut sarra nichil in ea ex actibus suis ille auctor preuaricationis usurpet. nexa fidei mandatisꝫ permaneat uni thoro iuncta contactus illicitos fugiat. muniatꝫ infirmitatem suam robore discipline. Sit verecunda grauis pudore venerabilis: doctrinis celestibus erudita. Sit fecunda ī sobole sit probata et innocens: et ad beatorum requiem atꝫ ad celestia regna perueniat et videat filios filiorum suorum usꝫ in terciā et quartam progeniem: ⁊ ad optatam perueniat senectutē. Per dominum. Communio. Benedicimus deum celi et coram omnibus viuentibus confitebimur ei quia fecit nobiscum miaꝫ suā. Postcō.

Proficiat nobis ad salutem anime ⁊ corporis domine deus noster huius sacramenti susceptio et sempiterne sancte trinitatis eiusdemꝫ īdiuidue unitatis cōfessio. Ambe orationes dicuntur sub uno. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum vi.

Quesumus omnipotens deꝰ instituta prouidētie tue pio amore prosequere ⁊ quos legitima societate connectis longeua pace custodias. Per dominum. Ite missa est. deo gratias. Benedictio.

Benedicat vos pater et filiꝰ et spiritussanctus: et custodiat vos ab omni malo omnibus diebus vite vestre. Amen. Seqitur benedictio thalami. Sacerdos intrando domū dicat. Pax huic domui. Et clericus respōdeat. Et omnibus habitantibus in

ea. Deinde sacerdos aspergat de aqua bene
dicta super coniugatos. et per thalamum
eorumdem dicendo. Asperges me domi
ne. Si in tempore paschali Uidi aquam
Sequitur. psalmus. Beati omnes qui. et ce-
tera. totus. ps̄. dicatur cum. Gloria patri
Saluum fac seruum tuum et ancillam tuam
Deus meus sperantes in te. Domine exau-
di. Et clamor. Dñs vobiscum. Bñdictio tha.

Bene ✠ dic domine omnipo
tens deus hunc thalamum
& omnes habitantes ī eo: vt in tua
pace consistant: et in tua volunta-
te permaneant: et in tuo amore vi
uant et senescant: et multiplicen-
tur in longitudinem dierum. Per.
Postea fiat benedictio panis, primo sacerdos
dicat euãgelium. In principio erat ver
bum. quo dicto dicat. Benedicite. Re-
spondeatur. Dominus. Oremus.

Benedic domine creaturam
istam panis. sicut benedixi-
sti quinqꝫ panes in deserto. vt om-
nes ex eo gustantes tam anime q̃
corporis recipiãt sanitatem. In no
mine patris. et cetera. Bñdictio potus.

Benedic domine hunc potũ
et hoc vasculum sicut bene
dixisti sex ydrias ī chana galilee qñ
fecisti vinum ex aqua: vt sint sani
et sobrii atqꝫ immaculati omnes q̃
ex eo biberint. In nomine patris.
et cetera. Quo facto distribuatur panis et vi-
num sponso et sponse et astantibus dicendo.

Rogamus te domine sancte
pater omnipotēs eterne de
us vt sicut hanc famulam tuam ad
etatem nuptiis congruentem ve-
nire tribuisti: sic eã dextera tua be-
ne ✠ dicere digneris. Per christum

In amore omnipotentis dei
qui ecclesiam suam filio suo
domino nostro iesu christo copula-
uit quiqꝫ etiam dixit quod deus cō
iunxit homo non separet: et qui ad
nuptias vocatus aquam cōuertit
in vinum dep̄cemur carissimi eius
dem dei misericordiã vt istis sit ad
incrementum pacis crescant in fa-
cultatibus bonis et post istius vite
decursum presentis concedat eter-
ne vite beatitudinem. Per christũ

¶ Nota ꝙ benedictiones nuptiarum primo
et semper clauduntur in primo sabbato aduē
tus. nona finita. et aperiuntur crastina die o-
cta. epy. Secundo clauduntur in sabbato se-
ptuagesime nona finita et aperiuntur in cra-
stino oct. pasche. Tercio clauduntur in domi-
nica. v. post pascha nona finita: et aperiũtur ī
die trinitatis. ¶ Sequitur absolutio peregrino
rum. ã. Parce domine. ps̄. Beati omnes
qui. et cetera. totꝰ psalmus dicitur cum. Glo
ria patri. ã. Parce domine parce famulo tuo
quem redemisti xp̄e sanguine tuo ne in eter-
num irascaris ei. Kyrie eleyson. Xp̄e eleyson.
Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne. Sed libe
ra. Saluos fac seruos tuos. Deus meus spe
rantes in te. Mitte eis domine auxiliũ de san
cto. Et de syon tuere eos. Angelis suis deus
mandauit de te. Ut custodiant te in omnibus
viis tuis. Domine ex. Et clamor. Oremus.

Deus cui proprium est mise-
reri semper et parcere susci-
pe dep̄cationem nostram vt quos
delictorum cathena cōstringit mi-
seratio tue pietatis absoluat. Per
dominum nostrum iesum. Oratio.

Deus qui misericordiam tuã
sperantibus ī te semper im
pendis et nusq̄ es a seruientibus ti
bi longinquꝰ cōcede famulis tuis
prosperum iter vt te protectore: te
duce per iusticiã talem sine offensi-
one gradiãtur. Oratio.

Domine sancte pater omni
potens eterne deus qui es
ductor sanctorum et dirigis itine-
ra iustorum dirige angelum pacis

cũ famulis tuis qui eos ad loca destinata perducat. sit illi comitat⁹ iocũdus vt nullus vie illorum surripiat inimicus procul ab eis sit inimicorum accessus et comes eis esse dignetur spiritussanct⁹. Qui viuis et regnas in vnitate eiusdem.

Adesto domine supplicationibus nostris. et viam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: vt inter omnes vie et vite huius varietates tuo sẽper protegantur auxilio. Per dñm nostrum iesum christum. Oratio.

In nomine domini nostri iesu christi accipe hanc peram habitum peregrinationis tue: vt bene castigatus peruenire merearis ad limina sanctorum quo peruenire cupis. et peracto itinere tuo ad nos incolumis reuertaris. Per dominum nostrum. Oratio.

Accipe hunc baculum sustẽtatiõis tui itineris ac laboris et peregrĩatiõis: vt deuicere valeas oẽs cateruas inimici. et peruenire securus ad limina sanctorum quo pergere cupis. et peracte obedientie cursu: ad nos iterum cum gaudio reuertaris. Per dominum

Sequentia de virgine maria.

Gaude dei genitrix gaude vite reparatrix reginarũ imperatrix. Gaude vitis fructifera. Dulcis fructu odore gratissima. Cui cedũt omnia aromata. Tu pulchra es vt cinthia. Et velut sol radians preelecta. Terribilis vt phalanx ordinata. Speciosa et suauis. Sola virgo mater in deliciis. Venerãda ciuib⁹ angelicis. Nobis succurre miseris. Ne damnemur cũ impiis. Sed percepta venia in celesti patria decantemus omnes alleluya. Sequentia.

Aue virgo virginum aue lumen luminum aue stella preuia. Mediatrix hominum ablutrixq criminũ aue virgo regia. Castitatis lilium consolatrix omniũ peccatorum venia. Munda sordes scelerum cicatrices vulnerum terge plena gratia. De peccati vinculo hoste carne seculo libera nos maria. Tu nostrum refugium da reis remedium procul pelle vicia. Infirmos tu visita mortuos resuscita da mestis solatia. Per te iustis gratia per te reis venia datur et leticia Virgo carens simili tu que mundo flebili cõtulisti gaudia Nos digneris visere vt cum xpo viuere possimus in gloria. Sequentia.

Aue maria gratia plena dominus tecum virgo serena. Benedicta tu in mulieribus. Que peperisti pacem hominibus et angelis gloria. Et benedictus fruct⁹ ventris tui Qui coheredes vt essemus sui. Nos fecit per gratiã. Per hoc autem aue mundo tam suaue contra carnis iura. Genuisti prolẽ nouum stella solem noua genitura. Tu parui et magni leonis et agni saluatoris xpi templum extitisti sed virgo intacta. Tu floris et roris panis et pastoris. Virginum regina rosa sine spina genitrix es facta. Tu ciuitas regis iusticie: Tu mater es misericordie. De lacu fecis et miserie. Theophilum reformans gratie Te collaudat celestis curia. Tibi nostra fauent obsequia Que mater es regis et filia. Per te reis datr venia per te iustis cõfertr grã Ergo maris stella verbi dei cella et solis aurora. Paradisi porta per quam lux est orta natũ tuum ora

Ut nos soluat a pctis ꝫ i regno claritatꝫ quo lux lucet sedula collocet per secula. Amen. Sequentia.

Gaude mater xpō gaude corde voce manu plaude in regine celi laude attollens preconiū Die ista domus dei pari voto psallat ei per quā flentes p quā rei nacti sunt remediū. Prima parēs paradisum clausit nobis trusit visuꝫ facti sumus in derisum in cōspectu hostiū. Stult⁹ adā prim⁹ hō est expulsus dei domo subiit penaꝫ pdit pomo patriā vitaliū. Per hūc fructum eue fruct⁹ ex natura fit corruptus vnde dolor vnde luct⁹ finib⁹ terrestriū. Hoc de fructu ꝯdolētes obstupescunt nr̄i dentes paradiso pulsi flētes subim⁹ exiliū. Nobꝫ diu exulatis dolet pr̄ pietatis ꝫ misertus desolatis suum misit filiū. Inclinauit maiestateꝫ nr̄am ad hūanitatē in ancille castitatē assumēs hospitiū. Hospitata dei ple stelle maris mixto sole graui datur sine mole ꝟginale gremiū. Quo pcedit specialis fruct⁹ egris medicalis aufert morbos cōfert malis pimit demoniū. Sic hic fruct⁹ bn̄dict⁹ cedit hostis ruit vict⁹ hō lapsus stat ascriptus i libro viuētiū. Bn̄dicta radix iesse nos vitali replens messe q̄ dat seruos saluos eē suū per obsequiū: Uirgo mater o maria ꝟgo clemēs ꝟgo pia p quē patet vite via ad celi palatiū. Pietatē iplorā am⁹ pclamātes te rogam⁹ ꝯfer nobis quod optam⁹ filiū ppiciū amē. Sequētia.

Ueneremur ꝟginē genitricem gr̄e salutis dulcedineꝫ fōtē sapiētie. Hec est aula regia regina prudētie ꝟgo plena gr̄a aurora leticie. Hec est melle dulcior castitatis liliū iaspide splēdidior gaudii solatiū. O fōs admirabilis fidei pricipiū mr̄ amicabilis vas odoris pciū. Tu es regꝫ speciosi mr̄ honestissima odor nardi preciosi rosa suauissima. Arbor vite digna laude stella fulgentissima. Generosa mr̄ gaude ꝟginū scīssima. Tu es via pctōꝝ regia ꝯsilii q̄ cōcepit florem floꝝ ipm fontē gaudii. Uirga iesse lux sctōꝝ donatrix auxilii memor esto miseroꝝ i die iudicii. Tu es mūdi gaudiū caritatꝫ regula tu chorus celestiū aromatuꝫ ꝟgula. Sit tibi flos oīm ꝟgo sine macula honor ꝫ ipiū p oia scl̄a. Amē. Seqn̄.

Salue lucis vere parēs oi labe semp carēs q̄ pceptꝫ pr̄is parēs sis mr̄ ꝫ filia. Salue mr̄ pietatis fons imēse caritatꝫ sūme stella claritatis illūinans maria. Salue ꝟgo ꝟga iesse p te fuit nr̄m esse repletū celesti messe destructa miseria. Salue ꝟgo mr̄ dei p te ꝯsolātur rei fiat laus hui⁹ diei in tui memoria. Salue luminare mūdi p te sum⁹ letabūdi p te rei fiūt mūdi paradisi requie. Ad te mr̄ cōfugimus ipetra ꝙ salui sim⁹ ne nos apphendat lim⁹ ifernalis curie. amē. Seqn̄.

Salue mr̄ mie spes lapsoꝝ quā plenā gr̄e salutauit gabriel. Salue mūdo merito celebris p quā lapsis lumē in tenebris effulsit ēmanuel. Salue sola q̄ mr̄ is virginis partu ples dei ꝫ hōis mr̄ es ꝫ filia. Medicinā q̄ cōfers vulneri qd̄ ifudit hūano gn̄i ꝫabuli pfidia. Castitatis ꝫ moꝝ formula quā btām dicit p scl̄a ois gn̄atio. Nr̄i tergēs reatū sceleris apud deū sis pia miseris reconsiliatio. Ut suspiret ab hoc exilio nr̄e mētis pura deuotio ad eterna gaudia. Quo nos ducat ei⁹ clemētia q̄ sol⁹ est oib⁹ oia in ce=

lesti patria. Amen. ¶ Quicunqꝫ hanc
missā celebrabit aut celebrari faciet: habebit
ꝓ qualibet missa milia ānoꝝ īdulgētiaꝝ con
cessa a papa bonifacio. Introitus.

IN noie dñi iesu oē genu
flectat celestium terre-
striū ⁊ īfernoꝝ ⁊ oīs lin-
gua ꝯfiteatur qꝛ dñs nr̄
iesus xp̄s in gl̄ia est dei pr̄is. ps. Lau
date dñm qꝛ bon⁹ est dñs: psallite noi ei⁹ qm̄
suaue. Gloria patri. Oratio.

DEus q̄ gloriosissimū nomē
dñi nr̄i iesu xp̄i vnigeniti fi-
lii tui fecisti fidelib⁹ tuis summo su
auitatis affectu amabile et mali-
gnis spiritib⁹ tremēdū atqꝫ terribi
le. ꝯcede ꝓpici⁹: vt oēs q̄ hoc nomē
iesus deuote venerant in terris: cō
solatiōis dulcedinē in p̄nti ꝑcipiāt
⁊ ī futuro gaudiū exultatōis ⁊ īter
minabilis iubilatōis obtineāt per
eundē. ¶ Lectio actuū apostolorum. iiij.

IN dieb⁹ illis. Petr⁹ repletus
spū sctō dixit. Principes ppl̄i
⁊ seniores audite. Si nos hodie di-
iudicamur in bn̄facto hois īfirmi
in quo iste salu⁹ fact⁹ est: notū sit oī
bus vobis ⁊ oī plebi israel qꝛ in no-
mine dñi iesu xp̄i nazareni quē vos
crucifixistꝫ quē de⁹ suscitauit a mor
tuis: in hoc iste astat corā vobis sa-
nus. Hic est eñ lapis q̄ reprobat⁹
est a vobis edificantib⁹ q̄ fact⁹ est in
caput anguli. Et nō est in alio ali-
quo salus. Nec eñ est aliud nomē
sub celo datū hoib⁹: in quo oporte
at nos saluos fieri. ℟. Cōstituit dñs de
us ad dexterā suaꝫ iesum xp̄m in celestib⁹ sup
oēm potestatē pricipatū virtutē ⁊ dñationeꝫ
⁊ sup oē nomē quod noiat nō solū in hoc sc̄lo
sed etiā in futuro ⁊ oīa subiecit sub pedib⁹ ei⁹
℣. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄ ⁊ ꝓpter glori
am nois tui dñe libera nos et ꝓpici⁹ esto pec-
catis nr̄is ꝓpter nomē tuum. Alla. ℣. Dulce
nomē dñi nr̄i iesu xp̄i melos auri mel in esu
corvertit in iubilū et fugat mōdi sybillū. Tē
pore paschali. Alla. ℣. Surgēs iesus dñs nr̄
stetit in medio discipuloꝝ suorū et dixit pax
vobis. Sequentia.

DUlcis iesus nazaren⁹ iudeo
rum rex amen⁹ pi⁹ pulcher
florid⁹. Pro salute sue gētis subiit
mortē cū tormētis factus pallēs li
uid⁹. Dulce nomē ⁊ cognomē hoc
trāscēdēs est prenomē oib⁹ noib⁹.
Mulcet reos sanat eos fouet reos
munit eos seruās ab insultib⁹. Hu
ius regis sub vexillo statu degis in
tranquillo hostes tui fugiunt. No
mē ei⁹ meditatū belli fugat appa-
ratum hostes victi rugiūt. Hoc no
men est recolēdū qd̄ semꝑ est cōtre
mēdū malignis spiritib⁹. Hoc est
nomē salutare ⁊ solamē singulare
quod succurrit tristib⁹. Hoc nos de
cet honorare arche cordis inserere
cogitare peramare amore sed he-
royco. Ignati⁹ hoc docuit hoc sapi-
ens insonuit cor ei⁹ in hoc patuit in
scriptū iesu celico. O q̄d maiora cu
pim⁹ q̄ quod iesus sit intim⁹ qui est
pre amātissim⁹ ⁊ sic q̄rit nos ama-
re. Amat feruentissime / amat fide
lissime / amat cōstantissime et suos
vult iuuare. Nomen suū fecit tale
vt sit cūctis cordiale capitale prici
pale dilectū ex ītimis. Hoc habent
nature iura vt amātē tota cura re
amemus placitura p̄stātes ex aīo.
Iesu nomē oē bonū tenet dulcē fa
cit sonū ꝓmeret regni thronū audi
tum letificat. In hoc lucet splēdor
pr̄is in hoc patet decor mr̄is in hoc
fulget honor fr̄is hoc frēs magnifi
cat. Caput iesu cor mēs man⁹ pes
⁊ corp⁹ vigor san⁹ sanguis xp̄i ⁊ hu
man⁹ parātur hoib⁹. Hec torquē-
tur passa dura his cessura ⁊ natura

reparātur pia cura purgatꝫ crimi-
nib⁹ Ergo si q̄s velit scire quale no
men iesu mire facit bonos cōcupi-
re sui inherētiā. Jesus pulcher ī de
coꝛe summe bonus in valoꝛe mitis
lenis cū dulcoꝛe pn⁹ ad clementiā.
Jesus est rex generos⁹ / iesus foꝛma
specios⁹ / iesus ligua gratiosus ꝛ mi
rād⁹ ope. Jesus foꝛtis aīosus iesus
pugil vigoꝛosus / iesus donis copio
sus ꝛ gaudet tribuere. Jesus pie vi
scerosus / iesus doctoꝛ lumiosus / ie
sus est deliciosus ꝛ sapit dulcissime
Jesus fama gloꝛiosus / iesus cūctis
fructuosus / iesus tot⁹ ꝟtuosus ꝛ fo
uet nos optime. Sūm⁹ potēs in vi
goꝛe summ⁹ celsus in honoꝛe sum-
m⁹ grat⁹ in amoꝛe omnē laudē ob
tinet. Jn sciēdo oē sapit ābiēdo cū-
cta capit diligēdo coꝛda rapit ꝛ illa
ta retiet. Eya nobis nomē gratuꝫ
dulcis iesus appellatū sit in coꝛde
sic firmatum vt nō possit exui. Hoc
reatū pctōꝝ tollat ꝑstet iubiloꝛuꝫ
odas soꝛte beatoꝛum donec nobis
perfrui. Amen. Tractus

Dulce nomē iesu xp̄i felix omē ferēs tri
sti iocūdās mētē iubilo. ℣. Tollit lu-
ctum affert fructū et obductū et seductū pur
gat coꝛ a nubilo. ℣. Noīatū inuocatū hono-
ratū p̄dicatū semp sonat dulciter. ℣. Tā pec-
catū tā reatū cōdonatū expurgatū reddit mul
cēs leniter. ℣. Hostes ferit et deperit moꝛes se
rit mala terit graues gerit plenū est pꝛesidiū
℣. Nos defēdit nos accēdit nos ītēdit et extē
dit hoc nomē in gaudiū. Secūdū matheuꝫ. j.

In illo tempoꝛe. Angel⁹ dn̄i
apparuit in somnis ioseph
dicēs. Joseph fili dauid noli timere
accipe mariā cōiugē tuā Quod eñ
in ea natū est: de spūsctō est. Pari-
et aūt filiū: ꝛ vocabis nomē ei⁹ iesū
Jp̄e eñ saluū faciet pp̄l'm suum: a
pctis eoꝝ. Hoc aūt totū factuꝫ est.
vt īpleret quod dictū est a dn̄o p ꝑ-
phetā dicētē. Ecce virgo in vtero
habebit ꝛ pariet filiū: ꝛ vocabit no-
men ei⁹ ēmanuel qđ est interpꝛeta
tum nobiscū de⁹. Offerto. Jn noīe iesu
demonia eijciēt liguis loquent nouis serpen
tes tollent et si moꝛtiferum quid biberint nō
eis nocebit super egros manus imponent et
bene habebunt. Secreta.

In veneratione dilectissimi
noīs filii tui dn̄i nr̄i iesu xp̄i
tibi de⁹ pr̄ miaꝝ deuotis mētibus
hostias imolam⁹ suppliciter depꝛe
cātes. vt eaꝝ ꝟtute cūctis ꝑstēt au
xiliū: ꝛ in eodē noīe delectantes: sa
lutarē sui ꝓpositi consequātur effe
ctum. Per eundem. Communio. Vin-
centi dabo manna absconditum et dabo illi
calculū candidum et in calculo nomen nouū
scriptum quod nemo scit nisi qui accipit alle
luya. Postcōio.

Sacrosancta
misteria que sumpsimus do-
mine in honoꝛe nominis compla-
centissimi filii tui domini nostri ie-
su chꝛisti deuotis pꝛecoꝛdiis recolē-
tes: quesumus vt incrementa spiri
tualis exultationis accumulent / ꝛ
affectum nostrum ad hoc salutife-
rum nobis nomē iugiter impꝛimē
dum accedant: ꝛ ad iubilādū in ie-
su saluatoꝛe nr̄o dilectissimo / toti⁹
mentis attentionem pꝛomoueāt.
Per eūdē dominū nostrum iesum.

¶ De sancta martha ad missam. Officium.

Gaudeamus oēs in domi
no diē festū celebꝛantes
sub honoꝛe btē marthe
de cuius solēnitate gau-
dēt angeli et collaudāt filiū dei. Ps.
Eructauit coꝛ meū verbū bonū dico ego ope-
ra mea regi. Oratio.

Omnipotēs clemētissime de⁹
cui⁹ filius in ede btē marthe
hospitari dignat⁹ est. q̄s: vt ei⁹ me-

ritis et intercessione quam illam placide suscepit: in ede polorum misericorditer hospitari valeamus. Qui tecum vivit et regnat in unitate. ¶ Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxvi.

Gratia mulieris sedule delectat virum suum: et ossa illius impinguabit. Disciplina illius datum dei. Mulier sensata et tacita: non est immutatio erudite anime. Gratia super gratiam: mulier sancta et pudorata. Omnis ponderatio autem: non est digna continentis anime. Sicut sol oriens mundo in altissimis dei: sic mulieris bone species in ornamentum domus sue. Lucerna splendens super candelabrum sanctum: et species faciei super etatem stabilem. Columne auree super bases argenteas: et pedes firmi super plantas stabilis mulieris. Fundamenta eterna super petram solidam: sic mandata dei in corde mulieris sancte. ℟. Congregati sunt deus ad devorandum me seductores mei scriptatenentes mala que gessi. ergo vociferantur dicentes deus dereliquit eum persequimini eam quia non est qui liberet eam deus meus ne elongaveris me/deus meus in auxilium meum respice deus meus in adiutorium meum intende. ℣. Delicta iuventutis mee ne memineris adonay et ne avertas faciem tuam a me quoniam tribulor velociter exaudi me. Alla. ℣. Intravit iesus in quoddam castellum mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. Alleluya. Sequentia.

In marthe solemnio pangat omnis concio xpo melos glorie. Quem hec carens vicio suscepit hospitio cum vultu leticie. Xpus hospes hospitem caritati deditam hospitavit hodie. Marthe frater mortuus erat iam quatriduus et fetens in tumulo. Cum christus hunc precibus marthe mortis viribus fratris reddit seculo. Huic dedit facundiam predicandi gratiam super egros etiam concessit potentiam. Erat fulgens facie repleta sciencie rivus amicitie impetratrix venie. Christum pavit quem amavit nomen eius predicavit coram omni populo. Hec serpentem sevientem atque quemque destruentem ligavit cum cingulo. Iuxta flumen stans ut numen dum permitte verbum vite infans mari mergitur. Illum gentes querunt flentes cui reperto in aperto per hanc vita reddit. Vina vitans hec degebat semel die comedebat glandes nuces quas legebat limpha sitim coercebat. Nuda pedes incedebat genu centies flectebat nocte die se strigebat sitis equi sic vivebat. Mortem suamque prescivit quia christus premunivit hanc in morte tumulavit cum frontone quem amavit. Martha celi sedes de tu pro nobis intercede ut nos tecum pro mercede poli collocemur cede. Amen. Secundum lucam. x.

In illo tempore. Intravit iesus in quoddam castellum: et mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine maria. Que etiam sedens secus pedes domini: audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Que stetit et ait. Domine: non est tibi cure quod soror mea reliquit me solam ministrare. Dic ergo illi ut me adiuvet Et respondens: dixit illi dominus Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro: unum est necessarium. Maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea. Offer. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum et

in seculum seculi. Secreta.
Suscipe et sanctifica adonay deus hoc munus oblatum et concede. vt ad salutem nostram caro et sanguis fiat filii tui domini nostri iesu christi meritis eius que illum gratanter hospicio suscepit. Qui tecum viuit. Communio. Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas inuenta vna preciosa margarita dedit omnia sua et comparauit eam. Postcommunio
Quesumus adonay deus vt amore beate marthe nos hospitari digneris in celis que filium tuum diligenter hospitata est in terris. Per eundem. Oro dicenda post missam.
Omnipotens sempiterne deus iesu christe domine esto propicius peccatis meis / per assumptionem corporis et sanguinis tui. tu enim loquens dixisti. qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet et ego in eo. ideo te supplex deprecor vt in me cor mundum crees / et spiritum rectum in visceribus meis innoues / et spiritu principali confirmare me digneris atque ab omnibus insidiis dyaboli ac viciis emundes vt gaudiorum celestium merear esse particeps. Qui vi.
¶ De sancto anthonio de padua. Ad mis. officium
In medio ecclesie apuit os eius et impleuit eum dominus spiritu sapientie et intellectus stolam glorie induit eum. ps. Bonum est confiteri domino et psallere nomini tuo altissime. In medio ec. Gloria patri. In medio. Oratio.
Ecclesiam tuam deus beati anthonii confessoris tui solemnitas votiua letificet. vt spiritualibus semper muniatur auxiliis. et gaudiis perfrui mereatur eternis. Per dominum
¶ Lectio libri sapientie. vii.
Optaui et datus est michi sensus et inuocaui et venit in me spiritus sapientie. Et preposui illam regnis et sedibus: et diuitias nichil esse dixi in comparatione illius. Nec comparaui illi lapidem preciosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua. et tamquam lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem et speciem dilexi eam: et proposui pro luce habere illam. quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem michi omnia bona pariter cum illa: et innumerabilis honestas per manus illius. Et letatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia et ignorabam quoniam bonorum omnium mater est. Quam sine fictione didici. et sine inuidia communico: et honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt: participes facti sunt amicitie dei. propter discipline dona commendati. Michi autem deus dedit dicere ex sententia et presumere digna horum que michi dantur quoniam ipse sapientie dux est: et sapientium emendator. R. Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei in corde ipsius et non supplantabuntur gressus eius. Alleluya. V. Anthoni compar inclite nostri quondam itineris tu nobis adhuc miseris in patria iam predite glorioso comite nos ora frui superis. In commemoratione illius. Alleluya. V. Iustus germinabit sicut lilium et florebit in eternum ante dominum. ¶ Secundum matheum. v.
In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Vos estis sal terre. quod si sal euanuerit: in quo salietur? Ad nichilum valet vltra: nisi vt mittatur foras et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: nec accendunt

lucernam et ponunt eam sub mo-
dio / sed super candelabrum. vt lu-
ceat omnibus qui in domo sunt.
Sic luceat lux vestra coram homi-
nibus: vt videant opera vestra bo-
na et glorificent patrem vestrum
qui in celis est. Nolite putare quo-
niam veni soluere legem: aut pro-
phetas. Non enim veni soluere le-
gem: sed adimplere. Amē quippe
dico vobis: donec transeat celum ⁊
terra. iota vnũ aut vnus apex non
preteribit a lege donec omnia fiãt
Qui ergo soluerit vnum de mãda
tis istis minimis ⁊ docuerit sic ho-
mines: minimus vocabit in regno
celorum. Qui autem fecerit et do-
cuerit: hic magnus vocabitur in re
gno celorum. Offerto. Veritas mea ⁊ mi
sericordia mea cũ ipo ⁊ in noie meo exaltabi-
tur cornu eius. Secreta.
Presens oblatio fiat domie
populo salutaris pro quo di
gnatus es patri tuo te viuentem
hostiam imolare. Qui vi. Cõio. Dñe
quinq; talenta tradidisti michi ecce alia quin
q; superlucratus sum. euge serue bone et fide
lis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te
cõstituã itra in gaudium domini tui. Postcõ.
Diuinis dñe muneribꝰ satia-
ti quesumus vt beati antho
nii cõfessoris tui / meritis gloriosis:
salutaris victime desideratum sen
tiamus effectum. Per do. Incipit offi
cium misse quinq; plagarum christi quod io-
hannes papa. xxij. composuit concedens cui-
libet dicenti et audienti ducentos annos in-
dulgentie dum tamen vere confessi ⁊ contriti
fuerint et debet celebrari quarta et sexta feria
Humiliauit seipsum do-
minus iesus vsq; ad mor
tem mortem autem cru
cis propter quod et deus
exaltauit illum et donauit illi no-
men quod est super omne nomen
ps. Misericordias domini in eternum canta-
bo. Orõ.
Domine iesu chri-
ste fili dei viui qui de celis ad
terrã descēdisti de sinu patris / ⁊ in
ligno crucis quinq; plagas sustinu
isti et saguinem tuum in remissio-
nem peccatorum nostrorum fudi-
sti te humiliter deprecamur: vt in
die iudicii ad dexteram tuam audi
re mereamur / venite benedicti pa
tris mei. Qui cum eodem patre et
spiritu sancto vi. Lec. zacha. pphete. xij.
Hec dicit dominus. Effundã
super domum dauid et sup
habitatores hierusalem spiritum
gratie ⁊ miserationis. Et aspiciēt
in me quem confixerunt. Et plan-
gent eum planctu quasi vnigeniti
et dolebũt super eum vt doleri so-
let in morte primogeniti. In die il
la erit planctus magnus in hieru-
salem. Et dicetur ei. Quid sũt pla-
ge iste in medio manuum tuarũ:
Et dicet. His plagatus sum in do-
mo eorum qui diligebant me. Fra
mea suscitare super pastorem me-
um ⁊ super virum coherentem mi
chi. dicit dominus exercituum per
cute pastorē: et dispergentur oues
ait dominus omnipotens. R. Im-
properium expectauit cor meum et miseriã
et sustinuit qui simul contristaretur et non fu
it consolantem quesiui et non inueni. V. Et
dederunt in escam meam fel et in siti mea po
tauerunt me aceto. Alla. V. Aue rex noster tu
solus nostros miseratus errores patri obedi-
ens ductus es ad crucem mansuetus vt agnꝰ
ad occisionem tibi gloria osanna tibi trium-
phus et victoria tibi summe laudis et honorũ
corona. Tractus.
Crux iesu xpi adaperiat nobis ianuam
celi crux soluit vincula mortis. V. Per
hoc vite lignũ signũ sacrũ salutis nr̃e defende

nos iesu christe qui per crucem et sanguinē re
demisti nos auxiliare nobꝫ. ℣. Saluator mū
di salua nos oēs qui saluasti petrum in mari
miserere nobis. ℣. Crux fidelis inter omnes
arbor vna nobilis nulla silua talem profert
fronde flore germine dulce lignū dulces cla=
uos dulce pondus sustinens que digna fuit
portare precium huius seculi. Sequentia.

Cenam cū discipulis christe
celebrasti. Et mortem apo=
stolis palam nunciasti. Et actorē
sceleris iudam demonstrasti. Et
egressus protinus ortulum intra=
sti. Tunc procedens dominus hu=
mi se prostrauit. Et transferri cali
cem a se postulauit. Sed patris ar
bitrio illud commēdauit. Et ecce
mox sāguinis sudor emanauit. Ju
das post hec osculum ori dedit chri
sti. Ad quid inquit dominus amice
venisti? Nūquid tradis osculo quē
iam vendidisti? Assistētes protinꝰ
irruūt ministri. Nox insomnis ita=
qꝫ tota ducebatur. Nulla prorsus
requies iesu prestabatur. Judeorū
impia plebs furiatur. Alapis ⁊ co
laphis innocens mactatur. Dum
iesum eripere pylatus conatur Ju
deorum furia magis inflamatur.
Et tumultus populi ingens exci=
tatur. Et plebis vos itonat vt cru
cifigatur. Traditur militibus vin
culis artatur. Vndiqꝫ verberibus
corpus cruētatur. Caput regꝫ glo=
rie spinis coronatur. Postqꝫ flexis
genibꝰ quisqꝫ irritatur. Ecce caro
tenera pii saluatoris. Ad columnā
nequiter coartatur loris. Sic fla
gellis ceditur impii tortoris. Hinc
emanant riuuli rubei coloris. Post
vrbis in medium iesus procedebat
Et crucis patibulum humeris fe=
rebat. Ad fores et hostia populus
fluebat. Eiusqꝫ confusio omnibus
patebat. Ad pudoris cumulum ie=
su denudaris. Et vento et frigori
nudus spoliaris. Innocēs cum im
piis in cruce dānaris. Et quasi dux
sceleris medio locaris. Tēsis ligno
brachiis manus conclauātur. Cru
ci caro trucibus clauis iūgebatur.
Nerui bene simili modo laniātur.
Pedum plante etiam ferro concla
uantur. Fundūt riuos sanguinis
fontes saluatoris Currēs huc mēs
fidelis carnis spretis moris. Sic fer
uentur hauriat aliquid dulcoris.
Quo frequenter liniat vulnera do
loris. Loquens iesus postea sitio di
cebat. Et acetum protinus felle cō
miscebat. Ac infusum spongie ori
porrigebat. Quod degustans pau
lulum sumere nolebat. O iesu mi=
rifice quid est quod agebas? Tu de
siti conquerens de cruce silebas.
Nunquid hanc doloribus magis
sentiebas? Sed salutem potiꝰ no=
stram sitiebas. Vocem promens
vltimam patrem inuocasti. Spiri
tumqꝫ manibus eius commenda=
sti. Cum clamore valido tandem
expirasti. Sic salutem omnium ve
re consummasti. Nunc ego super
uio tu humiliaris. Ego culpas per
petro tu penas mulctarꝫ. Ego po
mum mordeo tu felle potarꝫ. Ego
peto molia tu dure tractaris. De=
mum cuius valeat mēns vel lin=
gua fari. Quantum virgo credi=
tur intus cruciari? Dum cernit iā
mortuum latus vulnerari. Atqꝫ
nati viscera lancea rimari. Cor=
pus quidem mortuum iam nil sen
tiebat. Quando propter lanceam
virgo mater flebat. Quam fixam
in filii latere videbat. Vñ aqua sā=
guine mixta defluebat. Ad hūc er=
go ꝑpera fōtē redēptoris. Vt fluē

tis quippiã haurias dulcoris Aque vite lauachrũ pcium cruoris. Hinc quoq3 curatio profluat languoris: Amen. ¶ Secundum iohannem. xix.

In illo tempore. Sciẽs iesus q2 oĩa iã ɔsũmata erãt vt cõsummaret scriptura dixit. Sitio. Uas ergo positũ erat aceto plenũ. Illi aũt spõgiã aceto plenã ysopo circũponẽtes obtulerũt ori ei⁹. Cũ ergo accepisset iesus acetũ dixit: cõsummatũ est. Et inclinato capite tradidit spm̃. Judei ergo qm̃ parasceue erat vt nõ remanerẽt in cruce corpora sabbato (Erat enim magnus dies ille sabbati) Rogauerũt pylatũ vt frãgerẽt eoꝝ crura ⁊ tollerent. Uenerũt ergo milites ⁊ primi quidẽ fregerũt crura ⁊ alterius q̃ crucifix⁹ est cũ eo. Ad iesum autẽ cũ venissent vt viderunt eũ iã mortuũ: nõ fregerũt ei⁹ crura. Sed vn⁹ militũ lãcea lat⁹ ei⁹ aperuit: ⁊ cõtinuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Et q̃ vidit testimoniũ phibuit. Et scimus q2 verũ est: testimoniũ ei⁹. Offer. Insurrexerũt in me viri iniq̃ absq3 mĩa q̃sierunt me interficere et nõ pepcerũt in faciẽ meã spuere et lanceis suis vulnerauerunt me et cõcussa sunt omnia ossa mea. Secreta.

Oblatum tibi domine sacrificiũ intercedẽte filii tui passione viuificet nos semp ⁊ muniat. Qui vi. Cõio. Foderũt man⁹ meas ⁊ pedes meos et dinumerauerũt oĩa ossa mea. Postc.

Domine iesu christe fili dei viui qui hora sexta pro redemptione mundi crucis patibulum ascendisti et sanguinem tuum preciosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur vt post obitum nostru3 paradisi ianuas nos facias introire gaudentes. Qui viuis. ¶ Missa de sancta christi lachryma. Officium:

In lachryme preconium erũpat vox fidelium que stillauit ab oculo q̃ pstat lumen seculo. ps. Qm̃ tu illuminas lucernam meam domine deus me⁹ illumina tenebras meas. Oratio.

Omnipotens et misericors deus q̃ benedictum filium tuum super lazarum in signu3 amoris lachrymas effũdere voluisti: ac mirabili diuinitatis potentia eundem lazarum a mortuis suscitasti: da nobis p grãm scti spũs te cogitare/te amare/te suppliciter exorare cũ deuotis lachrymis qb⁹ viciorũ nroꝝ sordes abstergere ⁊ a morte aie resurgere valeam⁹. Per eundẽ dominum nostrum. Ad hebreos. iiii.

Fratres. Habentes pontificem magnum qui penetrauit celos iesum filium dei teneam⁹ spei nre confessionem. Qui in diebus carnis sue preces supplicationesq3 ad eum qui possit saluu3 illũ a morte facere cũ clamore valido. et lachrymis offerens: exaudit⁹ est pro sua reuerentia. Et quidẽ cum esset filius dei: didicit ex his q̃ pass⁹ est obedientiam et consummatus factus est oibus obtemperantib⁹ sibi causa salutis eterne. R. Lugens pie defunctum fratrem suum lazarum maria magdalene dixit ad iesum domine si fuisses hic non esset mortuus lazarus frater meus. V. Uidens ergo flentem mariam et sororẽ eius martham lachrimatus est iesus et accedẽs ad monumentum quatriduanum iam lazarum resuscitauit. Allã. V. O amãtis lachryma lazarum plorantis a morte notissima ipsum suscitauit. Alleluya. Prosa.

Lachryma gloriosa christi pclarissima Gemma celi preciosa limpha q3 purissima. A christo

qꝫ nata angelo collecta. Magdalene data maximino vecta. Imperatori grecorũ inde presentata. Gaufrido vindocinorum ad locum trãslata. Interna et externa conserua lumina. Gratia sempiterna corda illumina O benigna. O benigna O benigna que semper inuiolata permansisti. Amen. Secũdũ lucã. xj.

IN illo tempore. Maria magdalene cũ venisset vbi erat iesus vidẽs eũ cedit ad pedes eius: ⁊ dixit ei. Domine si fuisses hic non esset mortuus frater meus. Jesus ergo vt vidit eam plorantem et iudeos qui venerant cum ea plorantes: infremuit spiritu et turbauit seipsum et dixit. Ubi posuistis eũ? Dicunt ei. Domine veni ⁊ vide Et lachrymatus est iesus. Dixerũt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere vt hic nõ moreretur. Jesus ergo rursũ fremens in semetipso venit ad monumentum. Erat autem spelũca et lapis superpositus erat ei. Ait iesus Tollite lapidẽ. Dixit ei martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fetet: quatriduanus enim est. Dixit ei iesus. Nonne dixi tibi quia si credideris: videbis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem. Jesus autem eleuatis sursum oculis dixit. Pater gratias ago tibi quoniã audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis: sed propter populum qui circũstat dixi vt credãt quia tu me misisti. Hec cum dixisset voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus ligatus pedes et manus institis: et facies eius sudario erat ligata. Dixit eis iesus. Soluite eum: et sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariam et martham et viderant que fecit iesus: crediderunt in eum. Offerto.

Fremuit spiritu iesus et turbauit seipsum et dixit iudeis vbi posuistis lazarum dicunt ei. dñe veni et vide et lachrymatꝰ est iesꝰ. Secre.

DOmine iesu christe qui ex voluntate patris cooperante spiritu sancto super lazarum flere compassione humili voluisti. concede nobis peccatoribus tibi in carne passo ac proximis nostris compati in hac vita tali lachrymarum rore cum tãte humilitatis radice ac tante caritatis feruore: vt post luctus et suspiria mereamur ad gaudia superne glorie peruenire. Qui vi. Prefatio. Qꝛ ꝑ icarna. Cõio. Uidens dñs flẽtes sorores ad monumẽtũ lachrymatus est corã iudeis et clamabat lazare veni foras et prodijt ligatis manibus ⁊ pedibus qui fuerat quatriduanus mortuꝰ. Postcõmunio

OMnipotens et misericors deus qui nos recreasti tuis salutiferis sacramẽtꝫ / da robur vtrisqꝫ oculis cum deuoto profluuio lachrymarum ad agnoscendum ineffabilem caritatem qua tue preciose lachryme super lazarum super populum hierosolimitanum et in ligno crucis salutifere emanarũt quatenus ex recogitatione tue circa nos exhibite pietatꝫ mereamur admitti ante thronum gloriosissime trinitatis. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ Missa ꝓ euitãda mortalitate quã dñs papa clemẽs. vj. ꝯstituit et fecit cũ dñis cardialibus ⁊ ꝯcessit oĩbꝰ predictã missam audiẽtibꝰ ⁊ dicẽtibꝰ. cc. xl. dies pnie indulgẽtie: et audiẽtes predictã missã debẽt portare in manu sua vnã cãdelã ꝑ quiqꝫ dies cõtinue sequentes et ea mors nocere nõ poterit et hoc est certuꝫ et

approbatū in auinione et in partibꝰ auinio-
nis. Officiū.
Recordare do-
mine testamenti tui et
dic angelo percutiēti ces-
set nunc manus tua vt
non desoletur terra et ne perdas
omnem animam viuā. ps. Qui regis
israel intende: qui deducis velut ouem ioseph
Gloria in excelsis. Oratio.
Deus qui nō mortem sed pe-
nitentiam peccatorum desi-
deras/populum tuum in afflictio-
ne clamātem quesumus domine
ad te conuerte propicius: vt dum
tibi deuotus extiterit: iracūdie tue
ab eo flagella amoueas. Per dñm
nostrum. ¶ Fiat memoria sancti sebasti-
ani. Lectio libri regum. ij. vltimo.
In diebus illis. Immisit do-
minus pestilentiam in isra-
el de mane vsqꝫ ad tempus consti-
tutum: et mortui sunt ex populo
adan vsqꝫ bersabee septuagita mi-
lia virorum. Cumqꝫ extēdisset ma-
num suam angelus dei super hie-
rusalem vt disperderet eam: miser-
tus est dominus super afflictioneꝫ
Et ait angelo percutienti populū
Sufficit nunc contine manum tu-
am. Erat autem angelus domini
iuxta aream areuna hiebusei. Di-
xitqꝫ dauid ad dominum: cum vi-
deret angelum cedentem populū
Ego sum qui peccaui: ego inique
egi. Isti qui oues sunt quid fecerūt
Uertatur obsecro manus tua con-
tra me: et contra domum patris
mei. Uenit autem gad propheta
ad dauid in die illa: et dixit ei. Ascē-
de et constitue altare domino: in
area areuna hiebuzei. Et ascen-
dit dauid iuxta sermonē gad: queꝫ
preceperat ei dominus. ℟. Misit do-
minus verbum suum et sanauit eos et eripu-
it eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur do-
mino misericordie eiꝰ ⁊ mirabilia eiꝰ filiis ho-
minum. Alleluya. ℣. Seruabo populum
meum in medio hierusalem ero eis in deum
in veritate et iusticia. ¶ Secundum lucā. iiij
In illo tempore. Surgēs ie-
sus de synagoga: introiuit
in domum symonis. Socrus autē
symonis: tenebatur magnis febri-
bus. Et rogauerunt illum pro ea
Et stans super illam imperauit fe-
bri et dimisit illam. Et cōtinuo sur-
gēs: ministrabat illis. Cum sol au-
tem occidisset omnes qui habebāt
infirmos variis languoribus duce-
bant illos ad eum. At ille singulis
manus imponēs curabat eos. Exi-
bant autem demonia a multꝫ: cla-
mantia ⁊ dicentia quia tu es filius
dei. Et increpans non sinebat ea
loqui: quia sciebant ipsum esse chri-
stum. Facta aūt die: egressus ibat
in desertum locum. Et turbe req-
rebant eum: et venerunt vsqꝫ ad ip-
sum. Et detinebant eū: ne discede-
ret ab eis. Quibus ille ait. Quia et
aliis ciuitatibus oportet me euan-
gelizare: regnum dei. Offerto. Stetit
pontifex iuxta mortuos et viuentes habens
thuribulum aureum in manu sua et offerens
incensi sacrificium placauit iram domini et
cessauit plaga a domino. Secreta.
Subueniat nobis domine sa-
crificii presētis oblatio que
nos ab erroribus vniuersis poten-
ter absoluat/ et a totius eripiat p-
ditionis incursu. Per. Prefatio de tem-
pore. Communio. Multitudo languentium
et qui vexabantur a spiritibus immundis ve-
niebant ad eum quia virtus de illo exibat et
sanabat omnes. Postcommunio.
Exaudi nos deus salutarꝫ no-
ster et intercedente dei geni-
trice semperqꝫ virgine maria: po-

pulum tuum ab iracundie tue terroribus libera/ et misericordie tue fac largitate securu͂. Per dominu͂ nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat.

¶ Sequitur speculum celebrantis.

Sacerdos celebraturus missam prius me͂te tractet que sit celebrandi intentio. vt non propter vanam gloriam/ consuetudinem/ lucrum/ vel verecundiam celebret: sed inte͂dat potissime latriam domini reuereri mortem vtiq͂ christi et eius passionem recolere/ ecclesiam quoq͂ totam ac eius specialia supposita quibus magis affectus est secundum ordinem caritatis iuuare. Demum ꝛ intendat huius sacrificii meritis se consecutuum augmentum diuine dilectionis inseparabilitatem vnionis/ acceleratione͂ visionis insuper ꝛ propiciationem diuine offensionis. At vero vt predictum finem sic intentum digne co͂sequatur discrete premeditari debet huius misterii veritatem: vt scilicet sciat quid et quis sit recipere debeat. Quid nanq͂ co͂siderando tei dignitatem/ magnificentiam/ immensam: maiestate͂ ac eius ineffabilem clementiam. Quoniam hic sumitur verus deus rex regum sanctus sanctoru͂ ꝛ omnis sanctitatis origo qui sua bonitate cuncta creauit. et idem verus homo qui vt nostre redemptionis precium sufficientissimum offerret inestimabili pietate mortem crucis vsq͂ passus est/ seq͂ sumendum prebet hoc in sacramento cum sua uitatis amore ꝛ in nostre fidei solatium et in sperate hereditatis pignus securum. Deinde consideret quid sit et ipse sumpturus. quia creatura no͂ brutalis quidem: sed humana et rationalis que omnium spiritualium quanto infimior tanto indignior/ et ad peccandum pronior. Sic igitur co͂sideratio nostre vilitatis ad timorem et reuerentiam respectu tante maiestatis animum inclinabit. nam si tales sint iusticie qualia sunt peccata: et quidem indignissimus est ad hoc omnis homo. Uerum si ipsius clementiam bonitatem ꝛ sanctitatem atte͂damus/ quo maior est dignatio sua q͂ indignitas nostra ꝛ sua benignitas q͂ nostra miseria: eo ipso respectu ta͂te bonitatis in amorem ꝛ dilectione͂ humiliter accendemur vt ꝛ ibi simul sit cum fiducia timor non seruilis: ꝛ cu͂ humilitate amor filialis. Et sic itaq͂ in spem misericordie consequende co͂fidenter erigemur vt ab omnipotenti secure poscamus auxilium. qui dicit petite et accipietis querite et inuenietis quod credimus maxime prestatur: cum in cuius tam excellentissimi olocausti oblatione sacerdos pro se et aliis veniam et gratiam de sursum postulat. Is nanq͂ dominus ꝛ si liberalissimus ac presta͂tior ad dandum q͂ nos ad recipiendum: eo tamen q͂ iustus est: dona sua non tribuit nisi desidera͂ti. nec misericordiam impendit et gratia͂ nisi misericordiam cognosce͂ti. Ad hoc ideo vt ipse sua munera largiatur orari vult a nobis nec dum me͂taliter sed etiam vocaliter ad nostri effectus maiorem recolatione͂ et excitationem nec etiam solum per nosmetipsos: sed ꝛ per sanctos suos ad da͂dum fiduciam pauidis/ vt que non audie͂t vel no͂ possunt t͂ per se impetrare: p ydoneos impe-

tratores obtineant. ac vt per hoc humilitas in orantibus conseruet et in sanctis itercedētibꝰ dignitas declaretur: i oībusqꝫ xp̄i mēbris caritas ⁊ vnitas ostēdat cum inferiora ad superiora fiducialiter recurrunt. et superiora ad inferiora liberaliter condescendunt. Vult inq̄ orari vt salua sit libertas arbitrii et non vilescat nobilitas doni etiā vt integer perseueret cultꝰ honorqꝫ diuini. Sed quoniam orantis non est satis diuinum affectare subsidium nisi proprium cognoscat ⁊ allleget defectum: ideo missam que est orationum p̄cipua debet p̄cedere generalis cōfessio de ꝯmissis ⁊ omissis affectuosa ꝯtritio ⁊ deuota adoratio. Unde nouerit sacerdos q̄ si cū cōscientia certa vel probali peccati mortalis missam celebret: ter ad minꝰ peccat mortaliter. Qr videlicet indignꝰ presumit accedere. Et quia indignus conficit contingens eukaristiam vasaqꝫ sacra. Et quia corpus christi mādúcat ac sanguinem bibit indignus. Quapropter precipue cum ad missam celebrandum se disponit a cūctis se abstineat quātū potest. ⁊ se totū in se ipsum recolligat vt nec sensus nec cogitatio ad aliud diffundat: suaqꝫ conscientiam diligenter discutiat ⁊ quod lauandum inuenerit lauet abundantia lachrymarum. Et inde vadat ad confessorem suum maxime si sciat se esse in peccato mortali: et eidem confessori omnia venenata euomat. Ad quem accedens petat benedictionem dicendo. Benedicite pater. Cōfessor proferat. Diuinum auxilium maneat semper nobiscum. Vel sic. Deus sit in corde tuo et in labiis tuis ad digne confitēdum peccata tua deo ⁊ michi. In nomīe patris. et cetera. Confessione facta dicat in fine confitens. De istis peccatis et omnibus aliis quibus deum offēdi mea culpa ⁊c. postea dicat cōfessor. Misereatur tui op̄s deꝰ ⁊ dimissis oībꝰ pctīs tuis pducat te ad vitā eternā. Deinde dicat confitēti. Frater summa penitentia ⁊ abstinere a peccatis. maxime mortalibus. ⁊ postea penitētia specialis iniūgatur secundum exigentiam et corespondētiam delictorum. Et vt quidam dicunt valet ad satisfactionem q̄ etiam preterita bona per confitentem facta in remedium ei applicentur ⁊ similiter omnia futura generaliter etiam omnia obsequia ecclesie. Ita q̄ post specialem iniūctionem dicat confessor. Omnia bona que fecisti ⁊ facies ac cetera obsequia generalis ecclesie in cuiꝰ partē hodie restitueris sint tibi in remissionē pctōꝝ

Deīde dicat sacerdos hāc orōnē depcatiuam

Dominꝰ nr̄ iesus xp̄s Orō. q̄ est summꝰ sacerdos p suaꝫ miam te absoluat. Cōsequēter det absolutio sacramētalis his vbis. Et ego eiusdem auctoritate michi cōmissa te absoluo ab oībꝰ peccatis tuis. In noīe pr̄is ⁊ filii ⁊ spū sancti. amen. Deīde dicat cōfitēti. Uade ampliꝰ noli peccare. Postea q̄ celebraturꝰ absolutioneꝫ suscepit imediate pagat penitētiā si tūc magis cōmode pōt Deīde semetip̄m iterū recolligat ⁊ ad diuinā maiestatē eleuet mentem suam diuinam considerando magnificentiā ⁊ ad ppriā miseriā vergat. ⁊ sic videat q̄ magnꝰ ē dn̄s ⁊ q̄ paruus ymo vanus et inutilis est seruus. Et sic intret in deum quantum potest et in nichilum redigatur. Et cū fuerit alteratus et

diuinus effect⁹ vt preter deũ nichil
alius estimet: tunc cogitet qualis
fuerit erga nos dilectio dei qui pro
tam vili re vilem sibi voluit vnire
naturam. in quam seua et turpia
libens sustinuit. Et cum illam ie=
stimabilem caritatem ruminaue=
rit totus circa dilectum amore igni
tus adaperiat viscera pietatis. et
christo vulnerato compatiatur intra
se omniaqȝ illius vulnera discurrẽs
in se trãsformet et aĩo imprimat.
Dum vero in tali meditatione cũ
xp̃o fuerit crucifix⁹ vertat se aliud
opus insigne caritatis. quo xp̃s pro
prium corpus in cruce imolatũ di=
gnatus est donare in cibum et san=
guinem pro humana redemptio=
ne effusum in potum. Non tamen
credas q̄ sanguis ille quẽ recipim⁹
in altari sit extra corpus eius licet
vt effusum pro nobis in passione
recipere debeam⁹. Cum ergo istud
magnificũ sacramẽtũ ita rumina=
uerit vt iã qua si celesti dulcedine f
t⁹ appareat discrete deuote humi=
liter reuerenter honeste affectãter
confidenter grauiter et diligenter
intentus ad ipsum accedat. Et pri
mo veniens ad gradum altaris fle
xis genibus dicat. Pater nr̃. Ante
conspectum diuine maiestatis tue
peccator accedo vt q̄ me ministra=
re officiũ sacerdotis ꝯcessisti fac me
tibi placitum ad tãtum diuinũ ser
uitiũ tibi a populo ministrãdũ pla
cere. Lauet manus suas dicendo. Ampli=
us laua me dñe. Postea altari parato tri
bus mappis lineis ministret panẽ sup pate=
nã et vinũ et aquã in calice ponat et dũ ponit
vinum dicat. De latere dñi nostri iesu
christi exiuit sanguis et aqua in re=
missionem peccatorũ. In nomine
patris et filii et spiritussancti. Amẽ
Ponendo aquam infra calicem dicat. Com
mixtio vini et aq̃ pariter fiat In no
mine patris. Postea erectus sacerdos fa=
cto signo crucis capiendo amictum dicat Po
ne domine galeam salutis i capite
meo ad expugnandas et superan=
das dyabolicas fraudes. In nomi=
ne patris. Deinde ponendo albam dicat
Indue me domine vestimẽto salu
tis et tunica iusticie circunda me sẽ
per. Ad cingulum dicat. Precinge domi
ne cingulo fidei et virtute castita=
tis lumbos cordis et corporis mei.
Ad manipulum. Uenientes autem ve
nient cum exultatione portantes
manipulos suos. In nomine patr
Capiendo stolam. Stola iocunditatis
indue me domine et coronã pulchri
tudinis impone sup caput meũ. De
inde accensis luminibus accipiat casulam cũ
duabus manibus et stans altare dicat. In=
due me domine vestimento humi
litatis et caritatis et cõcede michi vir
tutem et protectionem contra ho
stem insidiatorẽ Ut puro corde no=
men sanctum tuum laudare vale
am in secula seculorum. amen. Con
sequenter dicat. Judica me deus et di=
scerne. vsqȝ ad finem. Quo finito induen=
do casulam dicat. In nomine patris et
filii. Introibo ad altare dei ad deum
qui letificat iuuentutem meam.
Kyrie eleyson. Christe eleyson. Ky=
rie eleysõ. Pater noster. Et ne nos
Sed libera. Confitemini domino
quoniam bonus. Quoniam in se=
culum misericordia eius. Ego re⁹
et indignus sacerdos. Cõfiteor deo
Clericus respondeat. Amẽ misereatur
vestri. Sacerdos respondeat Amen. De
inde dicat clericus. Confiteor deo. Sa=
cerdos. Amen. Per incarnationem
natiuitatem circuncisionem appa
ritionem ieiunium passionem re=

surrectionem vel ascēsionē. Capiat ꝟ dictoꝝ festoꝝ qđ placuerit scḋm deuotionē et exigentiā tempoꝛis dñi nr̄i iesu xp̄i p gratiam scti spirit⁹ paracliti p intercessionē btē et gliose sēpꝙ ꝟginis marie p merita btōꝝ apostoloꝛum tuoꝝ petri ꝛ pauli. et. N. patroni ecclesie beati michaelis archāgeli ꝛ oīm sanctoꝝ ꝛ sctāꝝ misereat vestri omnipotēs de⁹ et pducat ad vitā eternā. Clericus respondeat. Amen. Sacerdos dicat. Indulgentiā absolutionē et remissionē oīm pctōꝝ vestroꝝ spaciū vere penitētie emēdationē moꝛum et vite grām et cōsolationem scti spūs tribuat vobis omps pater pi⁹ ꝛ misericoꝛs dñs. Cleric⁹ dicat. Amē. Sacerdos. Adiutoꝛiū nr̄m in nomine dñi. Clericus. Qui fecit celū et terrā. Sacerdos. Sit nomē dñi benedictū. Clericus. Ex hoc nūc et usqꝫ in seculū. Sacerdos. Oꝛa p nobis sanctissima dei genitrix. Cleric⁹. Ut digni efficiamur pmissionibus xp̄i. Dñe ex. Et cla. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Oremꝰ. Deide āte altare iclinat⁹ sacerdos dicat demissa voce vnā istaꝝ orōnum vel omnes. Oratio.

Aufer a nobis dñe oēs iniqtates nr̄as. vt mereamur puris mētib⁹ introire ad sctā sctōꝛum

Ure igne scti spūs renes nostros ꝛ coꝛ nr̄m dñe vt tibi casto coꝛpoꝛe seruiam⁹ et mūdo coꝛde placeamus.

Actiones nr̄as qs dñe visitādo purifica: vt veniens dñs noster ies⁹ xp̄s cū oīb⁹ sctis i nobis inueniat māsionē. Qui tecū. Tūc sacerdos osculetur altare pri⁹ facto signo crucis et deide erect⁹ aperiat librū adoꝛādo maiestatē cum deuotione dicēs añ. sequētē. Adoꝛam⁹ te xp̄e et bñdicim⁹ tibi. qꝛ p sanctā crucem tuam redemisti mūdū. V. Ois terra adoꝛet te de⁹ ꝛ psallat tibi. Psalmū dicat noi tuo. Oremꝰ.

Perpetua dñe pace custodi quos p lignū sctē crucis redimere dignatus es saluatoꝛ mundi. Qui cū patre et spiritu sancto viuis ꝛ regnas. Tūc osculetur pedes crucifixi ꝛ postmodū dicat. Adiutoꝛiū nostrū i nomine dñi. Qui fecit celū et terrā. Sit nomē dñi bñdictum. Ex hoc nūc et usqꝫ i seculū. In noie patris ꝛ filii et spiritussancti. amē. Tūc incipiat sacerdos officiū misse ad suā deuotionē secūdū titū i missali positū. Seqtur bñdictio icensi. Ab illo sctificeris i cui⁹ honoꝛe cremaris. In noie patris ꝛ filii. Benedictio panis. Benedic dñe creaturā istā panis sicut bñdixisti quiqꝫ panes i deserto. vt omnes gustantes ex eo tā aīe ꝙ coꝛpoꝛi recipiāt sanitatē ꝛ pacē. In noie patris ꝛ. Sequitur bñdictio ad legēdū euāgeliū. Dyacon⁹ dicat. Iube dñe bñdicere. Sacerdos. Dñs sit i coꝛde tuo ꝛ i labiis tuis ad pnūciēdū sctm̄ euāgeliū pacis. In noie patris ꝛ filii et spi. ¶ Post offerto. Sumat sacerdos calicem cum pane ꝛ vino et aqua et sursum eleuando oculis i sursū erectis dicat. Quid retribuā dño pꝛo oīb⁹ ꝗ retribuit michi. Calicē salutaris accipiā ꝛ nomē dñi iuocabo. Quo eleuato aliquātulum adhuc tenēdo dicat. Oratio.

Suscipe sancta trinitas hanc oblationē quā tibi offero in memoꝛiam incarnationis natiuitatis: passionis resurrectionis assūptiōis qꝫ domini nr̄i iesu xp̄i ꝛ in honoꝛe btē virginis marie et oīm sanctoꝛum tuoꝝ qui tibi placuerunt ab initio mūdi vt illis pꝛoficiat ad honoꝛē nobis aūt ad salutem: et vt illi omnes pꝛo nobis itercedere dignentur in celis quoꝝ memoꝛiam agimus in terris. Qđ ipse pꝛestare digneris. qui in trinitate perfecta

viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. ¶ Alia oratio pro defunctis

Suscipe sancta trinitas hanc oblationem quam tibi offerimus pro animabus famulorum famularumque tuarum. N. et omnium in christo quiescentium. ut requiem eternam dones eis inter sanctos et electos tuos: ut in illorum consortio vita perfruantur eterna. Qui viuis et regnas. Postea auferendo patenam de super calicem et tegendo corporalibus dicat hymnum.

Veni creator spiritus mentes tuorum visita imple superna gratia que tu creasti pectora. Qui paraclitus diceris donum dei altissimi fons viuus ignis caritas et spiritalis unctio. Tu septiformis munere dextre dei tu digitus tu rite promissum patris sermone ditans guttura. Accende lumen sensibus infunde amorem cordibus infirma nostri corporis virtute firmans perpetim. Hostem repellas longius pacemque dones protinus ductore sic te preuio vitemus omne noxium. Per te sciamus da patrem noscamus atque filium te utriusque spiritum credamus omni tempore. Sit laus patris cum filio sancto simul paraclito nobisque mittat filius carisma sancti spiritus. Fundo ablutum manus dicat. Lauabo inter innocentes manus meas et circumdabo altare tuum domine. Ut audiam vocem laudis. et cetera Post ablutionem manuum dicat sacerdos se inclinans ante altare.

In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur a te domine et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo ut a te suscipiatur hodie et placeat tibi domine deus. ¶ Osculando altari dicat.

Domine deus omnipotens benedic et sanctifica hanc oblationem ad laudem et gloriam nominis tui preparatam et parce peccatis populi tui et aufer a me cunctas iniquitates meas exaudi orationem meam. ¶ Vertens se ad populum dicat.

Orate fratres et sorores pro me miserrimo peccatore ut meum pariter ac vestrum conspectu domini sit acceptum sacrificium. ¶ Clericus respondeat.

Sancti spiritus gratia illuminet cor tuum et labia tua et accipiat dominus hoc sacrificium de manibus tuis digne pro nostra omniumque salute. ¶ Pro defunctis.

Orate fratres et sorores pro cunctis fidelibus defunctis ut habeant vitam et requiem sempiternam. Respondeat. Requiem eternem dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Deinde dicatur secreta prefatio et cetera. Dicta autem prefatione et. Sanctus. imediate debet dicere sub silentio seu in voce me doceri. Te igitur. ut in canone continetur. Et nota quod ante canonem debet esse provisio magna circa locum maior circa vas. maxima circa materiam. Debet etiam esse diligentia magna in signis maior in verbis maxima circa intentionem operis. Ad tangendum debet esse reuerentia magna propter corporis christi continentiam. maior propter anime excellentis continentiam maxima propter continentiam excellentissime deitatis. Canone autem rite complecto. et dicto. Ite missa est vel. Benedicamus domino. dicat sacerdos orationem que sequitur. Placeat tibi sancta trinitas. et cete. quere post canonem

Nota quod conueniens est ut post sacramenti officia expleta: sacerdos recogitet apud seipsum si aliquem affectionem aut amorem spiritualem in se receperit. Quod si non: timeat hoc signum esse infirmitatis vel mortis. Ignem enim posuit in

sinu suo et calorem non sensit. Uel posuit in ore suo et dulcedinem nõ pregustauit. Inde talis miseriã su am recognoscat et mutet et vitaz suam in melius. Si vero affectio nem ibi receperit non sibi attribu at: sed infinite bonitati maiestatis diuine que se ad bonos et malos ex tendit. Et dicat in corde suo In me domin⁹ mirabilia operatur ad de testationem miserie mee: et ad cõ uincendum beneficiis iniquitatez meam magnam. Nam me mortu um fecit sentire et vermen vilissi mum celestia degustare. Si michi sic peccatori talia fecit dominus qd enim faciet si correxero vitam me am et cum conamine voluero me inmelius promouere celestib⁹ me ditationibus dedicare et sibi soli de cetero adherere. Que tamen face re proponat per auxilium domini non propria virtute. Et sicut cogi tat sic opere adimpleat. conceden te domino qui sine fine viuit et re gnat. Amen

Contra impedimenta que possunt accidere in celebratione corporis et sanguinis dñi

Sequũtur remedia quibus prouidendum est ad aliquos casus qui circa celebratu rum contingere possunt. Si post mediam noctem quispiam come dit aut optauit licet postea dormi erit. nõ debet illa die celebrare seu huiusmodi recipere sacramentum nisi infirmus Qui vero per totã no ctem propter ifirmitatem aut ali am rationabilem causam non dor mierit nec tamen post mediam no ctem comedit: poterit celebare. Si infra missam ãte celebrationez tamen se recolat aliquid comedis se vel bibisse post mediam noctem vel esse in peccato mortali vel irre gularem esse. siue excommunicati onis vinculo subiacere cuius non erat memor ante missam: tunc vl terius maxime propter excommu nicationem et comestionem non procedat: nisi forte de graui scan dalo si sic destiterit timeatur. Si vero post consecrationem p̃di ctorum recordetur alicuius: habi ta contritione cum proposito con fitendi et satisfaciendi quã cito po terit potest secure procedere et cõ plere. quia sic faciens quod in se est pro tunc per inuisibilem pontificẽ christum consequẽter absolutionẽ et dispensationẽ quantum ad di uina misteria peragenda nec indi gne celebrat sed fructuose sumit sa cramentum quia non est ibi contẽ ptus. Et circa hec sanum consiliuz dat bonauentura: q̃ homo ante missam de statu suo cogitet et se p̃ paret diligenter. sed in missa ma gis de sacramento de se autem mi nime meditetur. Si ante consecra tionem musca vel aranea siue ali ud animal: aut venenum in calice reperitur totum effundatur ĩpisci nam. calix abluatur vinum aliud et aqua ponantur. Si vero post cõ secrationem caute captuz animal abluatur et comburatur: cinisq̃ et ablutio animalis in piscinam po nantur. Propter venenum autem si sit in calice: et propter abomina bile aliquid a nullo sumatur sed in apto vasculo cum reliquiis aliis re seruetur. Et statim vinum et aqua ponantur in calicem et fiat conse cratio sanguinis resumptis verbis a. Simili modo. et cetera. et a celebrã te sumatur ne sacramentum ma neat imperfectum. Non sunt con secrate gutte que forte sunt extra

vas calicis nec hostia vel fragmen
ta que sacerdos non intendit et ꝓ
posuit consecrare. Si propter frigꝰ
aut aliquam negligentiam hostia
cadat in calicem procedatur vlteri
us nichil de iam dictis iteretur. Si
in hostia appareat forma carnis
vel aliaq̃ panis. talis hostia nō su-
matur: sed celebrans iterum cele-
bret. nisi timore reuerentie de con-
silio sibi sufficiat spiritualiter man-
dicasse. Si celebrans non recolit se
dixisse aliqua verba etiam de for-
ma consecrationis que dicere debu
it mente turbari non debet sed vl-
terius procedat. Si etiam sibi con
stet probabiliter ꝙ obmisit quedā
que tamen non sunt de forma ver
borum consecrationis non resu-
mat illa sed vlteriꝰ procedat. Sed
si certificetur se obmisse quodcun-
qꝫ verbum de forma consecratio-
nis: resumat a capite totaȝ formaȝ
scilicet. Hoc est enim corpus meum.
vel. Hic est enim calix. et cetera. vsqꝫ.
In remissionem peccatorum inclu
siue. Si de cibo vel alia re que re-
manserit in ore vel de vino. siue de
aqua cum qua quis lauit os suum
casu trahatur quasi per modum sa
liue. et in modica quātitate hoc nō
impedit celebrare. Si sacerdos de
ficiat ante canonem aliquo casu.
tunc alius sacerdos debet reincipe
re et totum rite peragere. Si autē
in canone deficiat factis iam aliqui
bus signis super hostiam ante ta-
men transubstantionem alius sa-
cerdos debet incipere vbi dimisit &
supplere quod est obmissum. Si ve
ro in ipsa prolatione verborum q̃
sunt forma sacramenti deficiat ver
bis iam imperfecte pronunciatis/
consulerem ꝙ illa hostia pro reliq-
is in altari colocata alia missa ab a
lio sacerdote super aliam hostiam
celebraretur. Innocentius dicit ꝙ
in hoc casu alius sacerdos debet in-
cipere ibi. Qui pridie q̃ pateretur
et cetera. Si autem deficit quando
corpus iam consecratum est et nō
calix: vel si vsqꝫ in finem misse de ꝑ-
parendo calicem cum vino oblitꝰ
fuerit vel de aliqua causa neglexe-
rit hostia si sumpta non fuerit mū
de in corporalibus contegatur et
calix rite preparetur. Similimo-
do postea q̃ cenatum est. et cetera. su
per calicem peragatur et ī fine mis
se corpus et sanguis accipiantur
Si vero sacerdos deficiat pronun-
ciando verba forme calicis videtur
sicut de forma corporis ꝙ in vase
mundo cum reliquiis reponatur
et calix cum alio vino preparetur
et ab illo loco. Simili modo. et cete-
ra. ab alio sacerdote sacramentum
sanguinis cum missa perficiatur:
Hec albertus. Thomas etiam di-
cit ꝙ si sacerdos ante consecratio-
nem corporis percipiat aut vinuȝ
aut aquam non esse in calice debet
statim apponere et consecrare. Et
si post verba consecrationis sangui
nis percipiat ꝙ vinuȝ sit sine aqua
in calice debet nichilominus proce
dere quia apposito aque non est de
necessitate sacramenti puniri ta-
men debet qui negligentiam com
misit. Caueat ergo ne vino iam cō
secrato apponat aquam. Si vero
post verba consecrationis sangui-
nis percipiat esse aquam in calice si
ne vino siquidem corpus non sum-
pserit: adhuc deponat aquam si ibi
est et calicem rite preparet et a ver
bis consecrationis sanguinis resu-
mat. Et si post sumptionem corpo

ris hoc aduerterit debet apponere aliam hostiam cum vino consecrã-dam. alias enim nõ seruaretur or-do consecrandi. Et debet in fine su mere hostiam vltimo consecrataz et sanguinem non obstante si pri⁹ sumpserit aquam que erat in cali-ce: quia preceptum de perfectione sacramenti maius est ꝙ preceptuz ꝙ sacramentum a ieiuniis sumatur. Si quid de sanguine ceciderit super corporale vel super pallam altaris vel albam vel casulã: pars illa rescindatur et in loco reliqui-arum seruetur prius tamen extra hatur sacramentum quantuncunqꝫ possit et sumatur: deinde abluatur ꝛ ablutio hec iterum sumatur Si vero super terram vel lapidez vel lignum ceciderit de sanguine: lingendus et extergendus et radẽdus est locus illi: et puuis in sacro loco reponendus. Quod si de corpore christi super palam altaris ceciderit vel super aliud vestimentũ benedictum non scidatur sed abluatur ꝛ a ministro sumatur. Nota ꝛ mente habeto ꝙ vt dicit magister iohannes gerson. pollutio nocturna tollens sufficientem deuotionẽ recollectionem et reuerentiam ad sacramentum. et ꝙ anima inde nimis ebes et corporalis effecta est: impedit a celebratione ꝙ diu talis carnalitas et ebetudo dominãtur nisi casu necessitatis vrgente vt puta: si sacerdos sit vnic⁹ et missa parrochialis sit celebranda. Veruntamen ille qui propter habitus virtutum et facilem sui recolectionez vel aliunde manet deuotus et reuerens ad sacramentum post nocturnam pollutionem non videt per eam impediri quin celebrare possit de sequente confessionem tamen in omnem euentum precedẽte quoniam nulle sordes corporales impediunt nisi pro quanto sũt peccata vel sunt in horrorem vel scandalum assistentium vel deuotionem debitam tollunt. ¶ De obseruatione ieiuniorum.

¶ Sacerdotes ecclesiarum precipiant omnibus etatam adultam habentibus instituta ieiunia obseruari vt ieiunium. xl. iiii. temporuz vigiliarum videlicet. natiuitatis domini. assumptionis natiuitatis purificationis: et annunciationis beate marie virginis. beati iohannis baptiste. petri et pauli mathei symonis et iude. andree laurentii. omnium sãctorum ieiunium a carnibus in letania maiori. in festo beati marci euange. in tribus diebus rogationum si qua autez de vigiliis ꝑtaxatis in die dominica euenerit indicendum est ieiunium in die sabbato: et omnia predicta prohibeant expresse et sub pena peccati mortalis.

¶ Exaratum et completum est ꝑsẽs. Missalle ad vsum ecclesie. Sagieñ. de nouo correctum et emendatum. Rothomagi nouiter impssum in officina Petro Regnault bibliopola vniuersitatis. Cadomen. Anno domini millesimo quingentesimo die. x. mensis.



Stabunt **Lectio libri sapientie.**
iusti in magna constantia adver
sus eos qui se angustiaverunt. et qui ab
stulerunt labores eorum. Videntes tur
babuntur timore horribili: et mirabun
tur in subitatione insperate salutis.
Gementes pre angustia spiritus: dicent
inter se: penitentiam agentes. Hii sunt
quos aliquando habuimus in derisum:
et in similitudinem improperii. Nos
insensati vitam illorum estimabamus
insaniam: et finem illorum sine honore.
Quomodo ergo computati sunt inter
filios dei: et inter sanctos sors illorum est.

Reddet **Lectio libri sapientie.**
deus mercedem laborum sanctorum
suorum: et deducet illos in via mirabili.
Et fuit illis in velamento diei: et in
luce stellarum nocte. Transtulit illos
mare rubrum: et transvexit illos per
aquam nimiam. Inimicos autem illorum
demersit in mare: et ab altitudine
inferorum eduxit illos. Ideo iusti tule
runt spolia impiorum: et decantaverunt
domine nomen sanctum tuum. Et victricem
manum tuam laudaverunt pariter:
domine deus noster.

In diebus dominicis. prosa.

Patrem nati paracliti una in
essentia. Deum unum vere tamen
tria singularia. Per ea que singulorum
singula sunt propria. Sic divisa ut nec
plura sint convenientia. Illi trium
neque tribus aliqua communia. Sed diversa
de diversis sunt predicabilia. Non est enim
natus pater et ab eis alia. Estque spirat
ab utroque omnium concordia. Sunt tamen
existens unum absque differentia. Prorsus
idem simplex unum non multa simplicia.
Omnium rerum principium non multa principia.
Omnis auctor unum esse quo solo sunt omnia.
Que creata multis modis sunt variabi
lia. Non sunt ipsum quod sunt vere multis
subsistentia. Deus pater et ex eo nata
sapiencia. Atque spiritus amborum qui da
tur in gratia. Quibus uni deo vero
honor sit et gloria. Amen.

Alia prosa.

Vox clarescat mens purgetur
homo reus emundetur dulci voci
conformetur pura conscientia. Patri
proli iubilemus neupma sacrum invoce
mus una laudem tribus demus quos
unit essentia. Tres persone trinitatis
unum esse deitatis sunt eiusdem maiesta
tis et idem per omnia. Pater creans
increatus nascens ab eterno natus
amor ab hiis derivatus sunt una
substancia. Distinguntur tres per
sone quamvis sua notione non humana
ratione discernuntur talia. Pater
proles et spiramen opem ferat et so
lamen nobis reis et levamen a pecca
ti sarcina. Amen. **De apostolis. prosa.**

Celi solem imitantes in occasu
triumphantes ortum solis asserunt.

Ortum solis et occasum quorum omnes ita casum terre fines referunt. Petrum paulum et andream per nerone per egea roma patras perimunt. Herodes gens pharisea iacobos et in iudea binis vitam adimunt. Johannes e serpens gratus sic manes ut est vocatus ad xpi con uiuia. At Nauri trucidant matheum et indi bartholomeum et philippum sitia. Thomam indi iudam per se symone qz sic diuerse celi celos penetrant. Sic ascendunt celi celos vbi xpo fundunt melos nobis vitam impetrent. Amen.

De vno martire. Psa.

Adest dies leticie qua de valle miserie iste beatus exiit. Exutus carnis carie indutus stola glorie gaudens ad celos transiit. Qui post aurum no abiit nec spem suam posuit in thesauris pecunie. Sed solum vitam petiit qua deus illi tribuit i sempiterna requie. Nos ergo qui quotidie coditionis prie obuoluimur mestitia. Resoluamur leticie representantes hodie superne matris gaudia. Ut post ipsius aurie vite vie qz deuie procellosa naufragia. Per ipsius suffragia mereamur cosorcia curie cure nescia. Amen. De quolibet sco

Superne matris. fo. cl. Psa.

De omnibz sanctis. Psa.

Xpisto inclito. fo. cxliiii.

De virginibz. Psa.

Virgines egregie virgines sacrate coram vestri facie spōsi coronate. In eterna requie sursum sublevate canticum leticie dnō cantate. Castitatis lilium olim custodistis pter dei filium cui placuistis. Templum scispus esse voluistis tactus et concubitus ideo fugistis. Flore pudicitie vestre reseruato carnalis lascivie motu refrenato. Debito iudicie premio donato assidetis hodie virginali nato. Non estis de fatuis q cum vasis vacuis sponsum pre stolantur. Immo de prudentibz que plenis lampadibz bene parantur. Fatuis virginibz oleo carentibus sponsus est dicturus. Uobis uo aperiam prudentes recipiam premia daturus. Sancta virgo veneranda cuius festa celebranda redierunt annua. Virgo prudens et fidelis impetrare nobis velis gaudia perpetua. Amen. Omnis euangeliste. Seq.

Omnis laus secundum nomen eius est et gloria. Et in vniuersa terra qua sua iudicia. Timet reus iudicandus teste cosciencia. Amat iustus liberandus eius sola gratia. Nec tanquam abissus multa sunt iscrutabilia. Sed de deo natus deus dei sapiencia Nos ex alto visitauit et venit in propria.

[F]actus homo qui narravit no
bis hec et alia. Que latebant in
figuris occulta misteria. Stulta
quoque mondi deus et contemptibilia.
Sublimavit dignitate prefecit
potencia. Qui ubique predicarent
eius testimonia. Hii sunt celi
continentes secreta celestia. Hii
sunt nubes unde manat doctri
narum pluvia. Hii sunt templi
fundamenta sunt porte sunt atria
Sunt bases atque columne quibus
stat ecclesia. Sunt lux mondi
verbo vite illustrantes omnia
Sunt sal terre condientes morum
temperancia. Sunt pastores po
pulorum servantes ovilia. Sunt
doctores subditorum exercentes
studia. Horum ergo flagitemus
omnes patrocinia. Ut cum
ipsis gloriemur in celesti patria.
[A]men.

[C]uncti potens genitor
deus omni creator ele
yson fons et origo boni pie
luxque perhennis eleison Sal
vificet pietas tua nos bone
rector eleison Christe dei splen
dor virtus patrisque sophia el
Plasmatis humani factor
lapsi reparator eleison Ne
tua dampnetur iesu factura
benigne eleison Amborum
sacrum spiramen nexus amor
que eleison Procedens fomes
vite fons purificans vis elei
Purgator culpe venie largi
tor optime Offensas dele sacro
nos munere reple Spiritus
alme eleison.

[K]yris factor rex eterne
eleison Pietatis fons
immense eleison Noxas omnes
nostras pelle eleison Christe
qui lux es mundi dator vite
eleison Arte lesos demonis
intuere eleison Conservans
te credentes confirmansque elei
Patrem tuum teque flamen utro
rumque eleison Deum scimus un
um atque trinum esse eleison Cl
emens nobis assis paraclyte
Ut vivamus in te eleison.

[K]yrie fons bonitatis pat
er ingenite a quo bona
cuncta procedunt eleison Ky
rie qui pati natum mundi pro
crimine ipsum ut salvaret mi
sisti eleison Kyrie qui septifo
rmis dans dona pneumatis a
quo bona cuncta procedunt
eleison Christe unice dei patris
genite quem de virgine nascitu
rum mundo mirifice sancti predixerunt
prophete eleison Christe agie
celi compos regie melos glorie cui

2

semper astat pro numine angelorum decantans apex eleison Xpe celitus nris assis precibus pronis mentibus quem in terris deuote colimus: ad te iesu clamantes eleison Kyrie spus alme coherens patri natoque unius usie consistando fluens ab utroque eleison Kyrie qui baptizato in iordanis unda christo: effulgens specie columbina apparuisti eleison Kyrie ignis diuine pectora nra succende: ut digni pariter proclamare possimus semper eleison

[K]yrie uirginum amator deus maria decus eleison Qui de stirpe iesse claram producis mariam eleison. Preces eius suscipe dignas pro mundo fusas eleison Xpe deus de patre homo natus maria matre eleison Quem uentre beato maria edidit mundo eleison Sume laudes nras marie alme dicatas eleison Qui dignum facis thalamum pectus marie eleison O paraclite obumbrans corpus marie eleison Qui supra celos spiritu leuas marie fac nos post ipsam scandere tua uirtute Spiritus alme eleison

[K]yrie uirginitatis amator inclite pater et creator marie eleison Kyrie qui nasci natum uolens de uirgine corpus elegisti


Kyrie qui septiformis ditando munere pectus consecrasti marie eleison Xpe unice de maria genite quem de uirgine nasciturum stirpis dauitice desiderauerunt prophete eleison Xpe agye gigas fortis gemine pro homine mondo sine uirili semine produxisti de uentre marie eleison Xpe celitus adsis precibus quas pro uiribus ore corde actuque psallimus proles matris pie ihesu marie eleison Kyrie spus alme amborum nexus amorque celestis gracie rorem infudisti marie eleison Kyrie qui incarnato de uirgine carne facto nato sub nra specie super flore requieuisti eleison Kyrie simplex et trine crismate sancto nos reple ut digno carmine laudes decantemus marie eleison.

[K]yrie qui katherine uirginis regine atque uictricis egregie eleison Kyrie qui katherine dedisti hodie castam gloriam uictorie eleison Kyrie qui katherine thesaurum diuine tradidisti sapiencie eleison Xpe ihesu rex catharine uirginis per quem regia uirgo uicit rege maxencium contempnendo deos gentium eleison Xpe diuine dator sapiencie imo es ipsa sapientia diuina per quam

triumphat sancta katherina
eleison xpe faciés apserator
virginū qui es katherine pre
dulcis amator atque remune
rator eleison kyrie splendor di
uine qui beate katherine cor
illuiasti sacro linguā verbo di
tasti eleison kyrie oleū fusū q
~~memores~~ pinguescis cor perfu
sum oleo nos line sancte qui me
mor es katherine eleison kyrie
virtutū amator et carū conseru
ator fer opem in fine prece san
ctissime katherine eleison.
uesumus omps deus ut
beatus apls tuus N. tuum
pro nobis imploret auxiliū ut a
nris reatibz absoluti a cunctis
etiam periculis eruamur Per d.
Lectio libri sapientie
enedictio dnī super caput
iusti. Ideo dedit illi dnš hedi
tatem. & diuisit ei ptem in tribubz
duodecim. & inuenit grām in con
spectu oīs carnis. Et magnifica
uit eū in timore inimicorū: et in
uerbis suis monstra placauit.
Glificauit eum in conspectu re
gum: & ondit illi gliaz suā. In
fide et lenitate ipsius sanctum
fecit illū: et elegit eū ex omni
carne. Et dedit illi cor ad pcepta
et legem uite et discipline.

et excelsum fecit illū. Statuit il
li testamentū eternū: et circum
cinxit eū zona iusticie. Et indu
it eū dnš: coronā glie. Secreta
acrandū tibi dnē munus o
fferimus: quo beti N. solemnia
recolentes purificationē qs nris
mentib⁹ imploram⁹ p. Post coīo
Ereceptis dnē sacris supplicit
exoram⁹: ut intercedente btō N.
aplō tuo que pro illius ueneran
da gerim⁹ sollemnia. nobis pro
ficiāt ad medelam Per dnm nrm

De iusti. Ozō Perfice qs dne de⁹
omips piū in nobis scte religiōis
effectū & ad obtinēdā tue grē lar
gitatē beatus mādet⁹ albāe egreg
iusqz cōfessor tuus suis apud te se
per pro nobis merit⁹ & pcib⁹ interce
dat Per. Eplā Iustus cor suū tra
dre in comuni. dne pueniste. Alla
Hic indetus pauper et modicus
celū diues ingreditur hymnis ce
lestib⁹ honoratur Prosa Ad [illegible]
scti laudes cōcinat hec cōcio Leprā
pellit et guttā leuat pssos demo
nio Sanitati dedit egros eius de
pcatio. Cūcti morbi expelluntur
illius imperio. Et quod sanatur
migerū aque reportatio O qz pro
bat istū sctm Xmiū fugatio Er
go cūcti decātem⁹ in isto sollēnio





Benedictio vini magni pro dicatur
Auctorium nostrum in nomine domini
Omnipotens sempiterne deus parce me
tuentibus propiciare supplicantibus
et mittere digneris sanctum angelum
de celis qui benedicat + et sanctificet
hanc creaturam vini ut sit re
medium salubre omnibus nomen sanctum
humiliter imploratibus ac semet
ipsos pro conscientia delictorum
suorum accusantibus atque ante conspe
ctum divine clementie tue facin
ora sua deploratibus vel sereni
ssimam maiestatem tuam suppliciter
obnixeque flagitantibus et presta
per invocationem sanctissimi nominis
tui et beati Clari et omnium sancto
rum tuorum ut quicumque eundem liquorem
super se asperserint vel gusta
verint pro redemptione peccatorum
suorum corporis sanitatem et anime
tutelam percipiat. Per dominum

Alia benedictio. oremus

Domine Jhesu Christe qui in chana
galilee vinum ex aqua fecisti
qui es vitis vera, bene+dicere
digneris hanc creaturam vini
quam in sustentatione servorum
tuorum tribuisti in honore servi tui
sanctissimi Clari martyris tui
atque pontificis ut ubicumque
ex hoc fusum fuerit vel cuicumque
potatum divine opitulentie dono
repleatur benedictione qui in unitate

Benedictio dei patris omnipotentis
et filii et spiritus sancti descendat
super hanc creaturam vini amen

Super infirmum oro

Deus qui humiliatione flecteris
et satisfactione placaris aurem
tue pietatis inclina precibus
nostris et occultis huius famuli
tui vel famule tue istius
liquoris aspersione attactus
effunde propitius gratiam tue
benedictionis ut eum et spiritu
compunctionis repleat et que
iuste postulaverit effica
citer tribuas et concessa per
petua stabilitate intactum
manere decernas per dominum

Vinum deinde aqua benedicta
aspergatur.

Missa de comemoratioe sctorz reliquiaru quas habem9.

Salus aute. ps. i cor. c lij.

Presta qs omps Oro deus. Ut qui sctorum tuorum comemorationem agimus a cunctis malis imi nentibus eoru itercessionibz liberemur. per. Lect libri sapientie

Iusti iperpetuu. c lv.

R. Exultabunt sancti. c lv

In illo t. Descedens ihesus de monte stetit in loco campestri. c lvi.

Off. Letamini. c lvij

Sanctoru tuoz secreta nobis dne pia no desit oratio: que et munera nra cociliet et tua nobis indul gentiam semper obtineat. p.

Justoru aie. ffolio. c lvij

Protegat qs dne postcoio populu tuu et partici patio celestis indulta conuiuij et depcatio collata sactoru.

In vigilia Nativitatis dni. Lectio ysaye prophete.

Hec dicit dns. Propter syon non tacebo: et propter ihrlm non quiescam: donec egrediatur ut splendor iustus eius: et salvator eius ut lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum: et cuncti reges inclitum tuum. Et vocabitur tibi nomen novum: quod os dni nominavit. Et eris corona glorie in manu dni: et diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis ultra derelicta: et terra tua non vocabitur desolata: sed vocaberis voluntas mea in ea: et terra inhabitabitur: quia complacuit dno in te. Si dns fuit hic dr. R. Hodie.

In prima missa de nocte. Lect. Isaie prophe.

Hec dicit dns. Populus gentium qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnam. Habitantibus in regione umbre mortis: lux orta est eis. Parvulus enim natus est nobis: et filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius. Et vocabitur nomen eius admirabilis. consiliarius. deus. fortis. pater futuri seculi: princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium: et pacis non erit finis. Super solium david: et super regnum eius sedebit. ut confirmet illud: et corroboret ~~illud~~ in iudicio et iusticia. amodo et usque in sempiternum. R. Tecum.

In secunda missa in aurora. Lectio Isaye prophe.

Hec dicit dns. Spiritus dni super me eo quod unxerit me: ad annunciandum mansuetis misit me. Ut mederer contritos corde. et predicare captivis indulgentiam. et clausis apertionem. Ut predicarem annum placabilem dno: et diem ultionis deo nro. Ut consolarer omnes lugentes: et ponere fortitudinem lugentibus syon. Et dare eis coronam pro cinere: oleum gaudii pro luctu: pallium laudis: pro spiritu meroris. Et vocabuntur in ea fortes iusticie. plantatio dni ad glorificandum. Ecce dns auditum fecit in extremis terre. Dicite filie syon. Ecce salvator tuus venit. Ecce merces eius cum eo: et opus illius coram eo. Et vocabunt eos populus sanctus: redempti a dno deo nostro.

In tercia missa de die. Lect. Isaye prophete.

Hec dicit dns. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Quam pulchri super montes pedes annunciantis et predicantis pacem: annunciantis bonum: predicantis salutem: et dicentis. Syon regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum. Levaverunt vocem: simul laudabunt. quia oculo ad oculum videbunt cum converterit dns syon. Gaudete et laudate simul deserta iherusalem: quia consolatus est dns populum suum: redemit iherlm. Paravit dns brachium sanctum suum in oculis omnium gentium: et videbunt omnes fines

tare salutare dei nostri. In circumcisione

Lectio epistole beati pauli apostoli

Fratres. Ad philippenses.

Gaudete in domino: eadem vobis scribere michi quidem non pigrum: vobis autem necessarium. Videte canes. Videte malos operarios: videte concisionem. Nos enim sumus circumcisio: qui spiritu deo servimus et gloriamur in xpristo ihesu. et non in carne fiduciam habentes quamquam ego habeam confidentiam in carne. Si quis autem videtur confidere in carne. ego magis circumcisus octavo die ex genere israel de tribu beniamin: hebreus ex hebreis: secundum legem phariseus. secundum emulationem persequens ecclesiam dei. secundum iusticiam que ex lege est. conversatus sine querela. Sed que michi fuerant lucra: hec arbitratus sum propter xpistum detrimenta. Verumptamen existimo omnia detrimentum esse: propter eminentem scientiam ihesu xpisti domini mei. Propter quem omnia detrimentum feci: et arbitror ut stercora: ut xpistum lucrifaciam: et inveniar in illo non habens meam iusticiam que ex lege est. sed illam que ex fide est ihesu xpisti. que ex deo est iusticia in fide. ad cognoscendum illum: et virtutem resurrectionis eius. et societatem passionis illius: configuratus morti eius. Si quomodo occurram ad resurrectionem que est ex mortuis: non quod iam acceperim. aut iam perfectus sim. Sequor autem si comprehendam in quo et comprehensus sum. In xpisto ihesu domino nostro.

Lectio epistole beati pauli apostoli ad thimotheum. Karissime

Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus: ut ei placeat cui se probavit. Nam qui certat in agone non coronatur nisi legitime certaverit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intellige que dico. Dabit enim tibi dominus intellectum in omnibus. Memor esto dominum ihesum resurrexisse a mortuis ex semine david secundum evangelium meum in quo laboro usque ad vincula quasi male operans. Sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: ut et ipsi salutem consequantur. Que est in xpisto ihesu: cum gloria celesti.

Decem virginum. Lectio libri sapientie

Sapiencia vincit maliciam. Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter: et disponit omnia suaviter. Hanc amavi et exquisivi a iuventute mea: et quesivi sponsam eam michi assumere et amator factus sum forme illius. Generositatem glorificat contubernium habens dei. Sed et dominus omnium dilexit eam. Doctrix est enim discipline dei.





